نظم الجوهر

Contextio Gemmarum,

SIVE,

EUTYCHII

Patriarchæ Alexandrini

ANNALES.

Illustriss. IOHANNE SELDENO,

τῶ μεγιστῶνι, *Chorago.* K-11-36

Interprete EDWARDO POCOCKIO

Linguarum *Hebraicæ* & *Arabicæ* in Academia OXONIENSI Professore Public


BIBL. CANT. ACAD.

OXONIÆ,

Excudebat H. HALL Academiæ T

phus. clɔ lɔc LVI.

Academiæ Cantabrigiensis
Liber



IOANNES SELDENUS

Natus Salvintoniæ XVII. KL. Januar.
MDLXXXIV Institutus studijs pueritijs Cicestriæ
Academicis Oxonii Denatus Londini
pridie KL. Novembres MDCLIV.

Talem se ore tulit, quem Gens, non barbara, quævis,
Quantovis pretio, mallet habere Suum:
Qualis at ingenio, vel quantus ab arte; loquentur
*Libris De Dis Syris. et †Marmora Arundeliana. Dij ipsi, et Lapides, si faceant homines.

G. L. p

نظم الجوهر

Contextio Gemmarum,

SIVE,

EUTYCHII

Patriarchæ Alexandrini

ANNALES.

Illustriss: IOHANNE SELDENO,

τῶ μαιχρίτῳ, *Chorago.*

K-11-36

Interprete EDWARDO POCOCKIO
Linguarum *Hebraicæ* & *Arabicæ* in Academia OXONIENSI Professore Publico

BIBL. CANT. ACAD.



Academiæ Cantabrigiensis Liber

OXONIÆ,
Excudebat H. HALL Academiæ Typhus. cIↃ IↃc LVI.

Dictum Mowaffekoddini Abdillatiph Bagdadenſis.

ينبغي للانسان ان يقراء التواريخ وان يطلع على السير
وتجارب الامم فيصير بذلك كانه في عمره القصير قد ادرك
الامم الخالية وعاصرهم وعاشوهم وعرف خيرهم وشرهم ❊

Oportet hominem hiſtorias perlegere, atque in mores [aliorum] *inſpicere, ac populos experiri, quo perinde ſe habeat ac ſi brevi vitæ ſuæ curriculo, populos antegreſſos aſſecutus, ipſis convixiſſet, & eorum conſuetudine uſus bona ipſorum maláque perſpecta habuiſſet.*

Hiſt. Med. in vita ipſius.

629.96

Præfatio Interpretis.

Quod iis qui Autores ἀνεκδότους in lucem emittunt primi, ferè necessarium videtur, ut ea præmittant, quibus Lectori consilii sui rationem probatam, & quod edunt opus commendatum, reddant, id mihi equidem impræsentiarum prorsus supervacaneum duxi; cùm non sponte vel consilio meo, in Eutychio *nostro operam collocaverim, sed magni viri* Ioannis Seldeni τῦ μακαρίτου *suasu atque impulsu: Cujus viri judicio quantum tribuat totus literatorum Senatus, tum quantum ille huic Scriptori, toties passim ab ipso laudato, cujusq; partem ipse pridem versione & notis orna-*

vit, nemini qui doctiſſimas ipſius lucubrationes evolverit, ignotum eſt. De Autore ergò nihil aliud mihi dicendum erit, quàm quod ex elogiis hîc ſubjectis ipſe percipiat Lector; quorum alterum cùm Mohammedani *ſit, nominis apud ſuos non obſcuri, (cujus profeſſionis homines non facilè* Chriſtiani *virtutum ſuarum præcones inveniunt,) alterum* Chriſtiani *quidem, ſed ſectæ à noſtro diverſæ,* Iacobiticæ *ſc. (quæ quàm in* Melchitas, *(quorum ſententiam amplexus eſt noſter,) obliqua ſit, librum hunc legenti facilè patebit,) qui tamen non ſolùm hîc* honorificam Eutychii mentionem *facit, cùm aliàs* Melchitarum *Patriarchas haud frequenter recenſeat, ſed & ex eo multa in hiſtoriam ſuam traduxit; indicio hæc ſunt ipſum magno, non ſolùm apud ſuos, ſed & alios in honore fuiſſe. Quibus accedit quòd cùm graves multorum inimicitias expertus fuerit, niſi fide bonâ in hiſtoria ſua egiſſet, ea præſertim quæ temporum citeriorum fuere,*

& ad res tam Christianorum quàm Mosſlemiorum ſpectant, referens, haud impune illud tuliſſet. Si in antiqua hiſtoria multa habeat fabuloſa; cum pluribus (penè dixeram omnibus qui eam tractant) illud ipſi commune. Si in rebus Europæorum geſtis aliqua ſecus narret, quàm noſtri; minimè mirabitur, qui quàm dubiâ fide, Orientalium hiſtorias tradant noſtri, perpenderit. Veniam viciſsim & petant & dent, neceſſe eſt. Plura apud ipſum de Perſarum, nec non Eccleſiarum Orientalium, rebus quàm facilè apud alios adhuc vulgatos, reperiuntur, eáque (nullus dubito) optimæ (prout tunc temporis habebantur) notæ autorum fide. In hiſtoriis è libris ſacris petitis, ubi aliqua minùs rectè enunciat; verſionibus atque exemplaribus quibus uſus eſt minùs accuratis id imputaverim: neque enim ultrò vel errâſſe, vel alios in errorem inducere voluiſſe exiſtimaverit quis virum nec ineruditum, nec indiligentem; quod de librariis etiam qui hiſto-

riam ipſius deſcripſerunt, ſi affirmari poſſet, forſan neque hæc Apologiæ loco dixiſſe opus foret. Mitto de his plura loqui, cùm non tam Autorem vel laudare vel excuſare, quàm mihimet ipſi apologiam meditari expediat; imò, mutatâ jam rerum facie ex quo primam operi manum admoverim, maximoperè opus ſit: quam facilè admiſſurum ſpero Lectorem benevolum, ubi quid in me ſuſceperim, quid & quâ lege præſtiterim, paucis acceperit. Poſtquam enim mihi imprudenti atque incauto perſuaſiſſent viri quorum mihi اشارة حكم وطاعتهم غنم nutus imperium, obſequium præda, ὁ μακαρίτης Seldenus, *& Cl. Vir* Gerardus Langbainius, (*quocum de vulgando Autore iſto conſilium ſuum communicaverat ille,*) *ut Latinam ejus verſionem aggrederer, non aliâ ego lege id in me oneris ſuſcepi, quàm ut ipſe* Seldenus *mihi & Lectorum cenſuræ ſe medium interponeret: quod & facilè fieri poterat, ſi quicquid minùs rectè verſum animadverteret, in notis*

quas

quas appendicis loco apponere ſtatuerat, corrigendo, aliorum obelos antevertiſſet. Hâc fiduciâ plenus, audentior, ac penè dixeram negligentior, vela faciebam, eóque provectus eram ut à littore ulteriori propior abeſſem; cùm ecce, dolendo nobis fato, ereptus eſt qui operis cujus autor fuit, patrocinium ſuſcipere debuiſſet; quo factum eſt ut iis jam fluctibus objiciar quorum impetum excepturum atque averſurum illum ſperaveram, atq; ob errores qui ab ipſo è medio tollendi erant, veniam deprecari cogar: nec alios eſſe ſpero quàm qui veniam obtinere poterunt, etſi plures quàm aliàs forſan fuiſſent, non tam ob aliquas qui ab Autoris ſtylo, (qui luculentus & facilis,) vel à Scribarum qui eum deſcripſerunt inſcitia vel incuria, (quæ tamẽ non ſine magno aliquando labore ſuperandæ,) quàm ob illas quæ aliunde acceſſerunt difficultates, à malitia nimirum nobis לגלי יהוה שהיה לנו בקום עלינו אדם *planè inſuperabili, quâ iis divexatus atque agitatus ſum moleſtiis quæ in ma-*

nus

nus ſumpta diutiùs aliquando deponere, ejúſque quod vel jam feceram, vel adhuc faciendum reſtabat, nec ſatis meminiſſe, nec eâ quâ par erat animi attentione perpendere ſinebant: nec tacenda, quæ & inevitabilis mihi fuit, à prelo cùm expediendi eſſent quaterniones, abſentia. Per hæc, quantum voti compos fieri poſſem, Autorem hunc verſione Latinâ donatum, publici juris fecimus; in quo vertendo non tam verbum verbo reddere curavimus (quod plus obſcuritatis autoribus ex una in aliam tranſlatis linguam, quàm lucis ſæpiùs affert,) quàm eum efferre ſenſum quem illâ loquendi formâ vulgò exprimere ſolent ii quorum uſus eſt ſcriptor, & linguâ, & conceptibus: neque eâ in re operam meam iis qui linguæ Arabicæ, rerúmque Orientalium uſum ſibi aliquem acquiſiverunt probatum iri penitùs diffido. Si diverſas iiſdem alicubi nominibus interpretationes adhibitas animadverterint, id hoc conſilio factum ut eorum vis per alias ſubinde voces, ferè ſynonymas,

nimas, expreſſa meliùs pateat: *Sic* ولي العهد *quod* Socium fœderis, *frequenter reddit* Erpenius, *aliàs*, (*ut & ille aliquando*) Succeſſorem, *reddidimus*; *aliàs*, Teſtamenti executorem. *Et munus illud ſive* ولاية العهد (*quod ille* Societatem fœderis,) Hæreditatis *vel* ſucceſſionis *jus*; *Cùm* ولي العهد *ad literam*, *eum ſonet*, qui teſtamento curando præficitur, *atque* hæres & ſucceſſor deſignatur. *Sic* بويع *aliàs*, Inauguratus *eſt*; *aliàs*, Imperator renunciatus: بايع *aliàs* Præſtitis juramentis obſequium paciſci; ſe ad alicujus obſequium obſtringere; Chalifam ſalutare; fidem alicui obſtringere; juramentum fidelitatis præſtare &c. *quæ eodem omnia tendunt, ac eam eſſe vocis vim innuunt, quæ ſe quaſi in alterius obſequium vendere, ſeu, datâ fide alteri ſe obſtringere, denotet.* روم *aliàs* Græcos; *aliàs forſan* Rumæos; *aliàs*, Romanos *enunciavimus*; *ut pateat non tam* Romanos *propriè ſic dictos quàm* Græcos, *poſtquam*

Romanorum *Imperio ſubjecti ſunt, nomen hoc ſortitos indigitari; Quod & ſequioris ævi Græcis ſcriptoribus ſolens admodùm eſt.* Mohammedanos, Mohammediſtas, Moſlemios, & Moſleminos *idem ſonare, non eſt quod moneam.* ℣, *Cùm inter polyſema ſit,* Dominum, Patronum, Servum, Libertum, libertate donatum, &c. *ſignificans, aliàs* Servum *tranſtulimus, ſæpiùs autem* Libertum; *cùm non facilè ad honores iſtos, quorum fit mentio, admitterẽtur ſervi, niſi qui libertate donati. Eſt & cùm quis forſan* aſſeclã *latioris ambitûs voce reddi malit.* ℣℣ *cùm ſæpiùs* Conſiliariũ *reddideramus, (qui nominis ſignificatus) poſteà (mutato conſilio)* Vizierũ *vertimus, quòd titulo iſti, ubi de rebus* Mohammedicis *et* Turcicis *agitur, aſſueverint etiam noſtri. Nomina propria quæ originis Græcæ ſunt, non rarò ad literarum* Arabicarum *ſonum expreſsimus, idque probante Illuſt.* Seldeno, *qui ea in notis ad origines ſuas revocaturus fuerat, quod ipſi jam Lectori incumbet. His præmiſsis Lectorem æquiori*

erga verſionem Latinam *animo futurum ſperamus. Quid in* Arabicis *præſtitum ſit, paucis expediendum reſtat. Accuratam* Syntaxeos *rationem non rarò neglectui habitam perſpiciet Lector, quod non tàm autoris, viri eruditi, quàm Scribarum inſcitiæ imputandum, (atque obitèr monere liceat hoc in libris, præcipuè Chriſtianorum manuſcriptis, ſæpiùs contingere.) eam ne juxta Grammaticorum Canones in integrum reſtituere ſatagerem, obſtitit, τῷ μαργάριτῳ* Seldeni *ſententia, quâ Autores ad Codicum, è quibus exprimuntur, fidem, nihilo prorſùs mutato, ac ne erroribus quidem ſublatis, edi voluit. Sacram videtur habuiſſe legem illam à* Pythagora *ſcriptam apud* Syneſium, *in* Dione, Ὅτις ὁ νόμος οὐκ ἐᾷ τοῖς βιβλίοις ὕπτιοι κεῖσθαι, ἀλλὰ βούλεται μὴ ἐπαύξειν ὅτι τῆς πρώτης χάρας, ὅπως ποτὲ ἔσχε τύχης ἢ τέχνης. *Quam in ſententiam & ipſe eò proniùs deſcendi, quòd ſi à me mutatum exemplar fuiſſet, corruptum diceret forſan aliquis; atque aliter, ſi loco ſuo ſtetiſſent omnia, intelligi potuiſſe quædam*

quàm ego verterim. His jam satis factum erit; aliis nihil fraudis factum, cùm Syntaxeos ratio apud Arabes *adeo certa sit ac facilis, ut à quovis, qui aliquam Grammaticæ peritiam habuerit, corrigi possint, quæ in eam peccant. Exemplaria interim ab initio tria nobis suppeditavit magni viri cura, è locupletissimâ penu suo bina, eâdem manu,* (Michaelis Thalgii *sc.* Alepensis, *viri probi, cujus olim familiaritate usi sumus, calligraphiâ magis quàm aliquâ eruditionis parte insigni,*) *exarata: Tertium ex instructissimâ Nobilissimi Baronetti* Thomæ Cottoni *Bibliothecâ, antiquius, sed aliquando mutilum, aliquibus etiam manu recentiori repositis: quorum tamen unum sequi nos inter edendum, per omnia, voluit, nec plura inter se confundere: quod eatenùs observavimus, ut bina quæ ex ipsius bibliothecâ accepimus, pro uno haberemus, cùm ejusdem codicis* ἀπογραφα *videantur, atque eâdem manu (ut diximus) inde nobis descripta. Cùm ad umbilicum ferè perductum esset opus,*

opus, aliud etiam ad manus noſtras pervenit; Bibliothecæ ſcil. Cantabrigienſis *publicæ, quod olim* Thomæ Erpenii, *magni harum literarum principis & promotoris fuerat; ex quo, cum* Cottoniano, *variantes alicubi depromi poſſent lectiones, quæ tamen cùm nec ad hiſtoriæ, nec linguæ* Arabicæ *notitiam quicquã ferè conferrẽt, ſed ad voluminis tantũ molem, ſatis jam tumeſcentem, augendam, viſum eſt ipſas omittere, niſi ubi vel nomina propria, vel numeros, (quod majoris momenti res eſt,) ſecùs aliquando enarrent. Cujuſmodi ſatis multa in Indicẽ conjecta reperies. Turbatum enim eſſe, deſcriptorum culpâ, in aliquibus numerorum ordinem, hinc liquet, quòd in eo quod expreßimus exemplari, mentio non ſemel fiat variantis in aliis exemplaribus computi. Hoc interim monere liceat, eorum quorum meminimus, exemplarium perfectiſſima atque correctiſßima eſſe* Seldeniana *iſta. His auſpiciis in lucem jam prodit Autor iſte, ab aliis dudùm promiſſus ſub nomine* Felicis

Patriarchæ Alexandrini, *quem doctiſſ.* Maronita, Latinè *interpretandum, &* Romano *Pontifici dicandum ſuſcepit.*

Libri titulum non alium præfert, quod ſecuti ſumus, exemplar, quàm illum quem paginâ primâ exhibuimus; in aliis نظم الجوهر Contextio Gemmarum *inſignitur; neque ſectionum iſtarum (quibus diſtinctum fuiſſe librum hunc monet* Hiſtoria Medicorum*) ullum apparet in codicibus* Seldenianis *veſtigium: in* Cottoniano, *ubi* Chriſti *incipit hiſtoria, ſecunda pars initium ſumere dicitur. Atque ita, cum* Hejrâ Mohammedicâ *tertia non inconcinnè incipere potuit. In* Cantabrigienſi *ſecundæ partis initium loco longè diverſo aſſignatur; nempe mediis* Theodoſii *magni temporibus, quæ voluminis totius in duas partes æquales diſtributio videtur. Monendum interim in horum utroque (at foliis in* Cottoniano, *recentiori quàm cætera manu exaratis) mentionem fieri trium ſectionum in ipſa libri præfatione, ſed alio quàm*

quàm ſumſiſſe videtur Hiſtoriæ Medicorum *Autor, vel jure ſumendum exiſtimaverim, ſenſu, unà cum aliâ quadam, haud ſatis, ut mihi videtur, congruâ, totius operis in capita partitione; quam tamen, ut ſuo utatur de eâdem judicio lector, hîc apponere viſum eſt. Poſt verba igitur præfationis iſta* [iſte noſter repetere] *quæ in editione noſtra pag.* 12. *ſunt, leguntur in utroque iſta*, وقد قسمت

كتابنا هذا علي ثلثة مقالات فالمقالة الاولي ذكرنا فيها التاريخ مبسوطا ومجموعا وكيف تستخرج التاريخات بعضها من بعض واسما بطاركة الاسكندرية وروميـة واذاكية والقسطنطينية وبيت المقدس واعمارهم والمقالـة الثانية ذكرنا فيها كيف يستخرج فصح اليهود وفصح النصاري وصومهم والمقالة الثالثة ذكرت فيها شهور الروم والقبـط والفرس والعرب واليهود وكيف يستخرج بعضها من بعض ابواب الكتاب ذكر جوامع مقالات كتاب سعيد بن بطريـق المتطبب وهي تسعة مقالات الباب الاول في معرفة فصح النصاري وصومهم الباب الثاني في التاريخ المبسوط الباب الثالث في التاريخ المجموع الباب

الباب الرابع في اسما بطاركة الاسكندرية ورومية
والقسطنطينية وانطاكية وبيت المقدس واعمارهم الباب
الخامس في معرفة تاريخ سني ادم الباب السادس في
معرفة تاريخ سني الاسكندر الباب السابع في معرفة تاريخ
سيدنا مسيح الباب الثامن في معرفة تاريخ سني
ديوقليطيادوس الباب التاسع في معرفة سني سعيد بن بطريق
المتطبب الباب الاول &c.

Porrò librum hunc noſtrum diſtinximus in tres ſermones, quorum primo egimus de Chronologia tam ſimpliciter, quàm collectim, necnon quomodo Epocharum aliæ ex aliis deducuntur: ac de Patriarcharum Alexandrinorum, Romanorum, Antiochenorum, Conſtantinopolitanorum & Hieroſolymitanorum *nominibus & ætatibus. In ſecundo, oſtendimus quomodo eruantur Paſcha* Iudæorum, & *Paſcha* Chriſtianorum, *cum jejuniis ipſorum. In tertio, Menſes* Romanorum, Cophtitarum, Perſarum, Arabum & Iudæorum *recenſuimus, & quomodo ipſorum alii ab aliis deducantur.*

Capita

CAPITA LIBRI.

Enarratio eorum quæ in ſermonibus libri Saidi Ebn Batrik *continentur.*

Cap. 1. *De notitia Paſchatis* Chriſtianorum, *eorúmque jejunio.*

2. *De Chronologia ſimplici.*

3. *De Chronologia collectim.*

4. *De nominibus Patriarcharum* Alexandrinorum, Romanorum, Conſtantinopolitanorum, Antiochenorum, *&* Hieroſolymitanorum, *eorúmque ætatibus.*

5. *De cognitione Epochæ annorum* Adami.

6. *De cognitione Epochæ annorum* Alexandri.

7. *De cognitione annorum Domini noſtri* Chriſti.

8. *De cognitione Epochæ annorum* Diocletiani.

9. *De cognitione annorum* Saidi Ebn Batrik, *Medici.*

Cap. 1. *Inquit* Said Ebn Batrik; *Cùm autem*

tem his in Præfatione libri mei præmissis &c. deinde, post verba [cuique innitaris], *hæc:*

قال سعيد بن بطريق ان الاصل في معرفة فصح النصاري
وصومهم هو ان تعرف تاريخ سني ادم وتاريخ سني الاسكندر
وتاريخ سني ديوقليطيانوس وتاريخ سعيد بن بطريق
المتطبب لتستخرج بها ما تريده فان لم تكن بالتاريخ
عالما لم تقدر علي استخراج شي مما تريد فلنبدا الان
بمعرفة التاريخ ان كان هو الاصل في معرفة صوم النصاري
وفصحهم ونجعل ذلك من اول ما خلق ادم الي سنتنا
هذه علي ما جاء به التوراة وغيرها من الكتب الباب الاول
في التاريخ المبسوط

Inquit Said Ebn Batrik, *Fundamentum notitiæ Paschatis* Christianorum, *eorumque jejunii, est, ut notã habeas Epocham annorum* Adami, *Epocham annorum* Alexandri, *Epocham annorum Domini & Redemptoris nostri* Iesu Christi, *Epocham annorum* Diocletiani, *& Epocham* Saidi Ebn Batrik *Medici, quò inde deducas quicquid tibi libuerit. Quòd si Chronologiæ peritiam non habueris, non poteris*

eorum

eorum quæ velis aliquid eruere. Jam autem incipiamus de notitia Chronologiæ agere, cùm ſit ipſa radix ſcientiæ jejunii Chriſtianorum, *eorúmque Paſchatis: eam autem inſtituemus ab initio quo creavit Deus* Adamum *ad annum hunc noſtrum, ſecundùm illud quod in lege aliiſque libris traditum eſt.*

Caput primum. De Chronologia ſimplici.

Inquit Said Ebn Batrik, *manifeſtò certè & plurimùm inter ſe diſcrepant homines &c.*

Quæ omnia à Sciolo quodam, qui nec lectoris attenti, nedum autoris, partes egerit, inſerta eſſe, ipſe libri contextus abundè docebit.

Vita Saidi Ebn Batrik, sive Eutychii, filii Patricii, ex Historia Medicorum Ebn Abi Osaibaæ.

سعيد بن البطريق من اهل فسطاط مصر وكان طبيبا مشهورا عارفا بعلم صناعة الطب وعملها متقدما في زمانه وكانت له دراية بعلوم النصاري ومذاهبهم ومولده في يوم الاحد لثلاث بقين من ذي الحجة سنة ثلاث وعشرين ومايتين للهجرة، ولما كان في اول سنة من خلافة القاهر بالله محمد بن احمد المعتضد بالله صير سعيد بن البطريق بطريركا علي الاسكندرية وسمي اوثوشيرس وذلك لثمان خلون من شهر صفر سنة احدي وعشرين وثلثمايئة ولسعيد بن بطريق من العمر نحو ستين سنة وبقي في الكرسي والرياسة سبع سنين وستة اشهر وكان في ايامه انشقاق عظيم وشر متصل بينه وبين شعبه، واعتل سعيد بن البطريق بمصر بالاسهال وكان متميزا في صناعة الطب فحدس انها علة موتة فصار الي كرسيه بالاسكندرية

بالاسكندرية واقام به اياما عدة عليلا ومات يوم الاثنين
سلخ رجب من سنة ثمان وعشرين وثلثماية ، وكان
لسعيد بن البطريق اخ طبيب مشهور في ايامه بصناعة
الطب كان يقال له عيسي بن البطريق ، ولسعيد
بن البطريق من الكتب كتاب في الطب ، كتاب في
الجدل بين المخالف والنصراني ، كتاب نظم الجوهر
ثلاث مقالات ، كتبه الي اخيه عيسي بن البطريق المتطبب
في معرفة صوم النصارى وفطرهم وتواريخهم ، واعيادهم
وقد ذيل علي هذا الكتاب تلميذ لسعيد بن البطريق
يقال له يحي بن سعيد بن يحيي وسمي كتابه
كتاب تاريخ الذيل ❊

Said Ebno'lBatrik, è Fuſtati Ægyptiaci *incolis, Medicus fuit inſignis, partis Medicinæ tam Theoricæ quàm Practicæ gnarus, temporibus ſuis excellens, Scientiarum & inſtitutorum quæ apud Chriſtianos in uſu ſunt peritus. Incidit Natalis ejus in diem Dominicum qui erat* XXVII. *menſis* DilHajjæ *anni* Hejræ CCCXXIII. *Primo autem anno Chalifatûs* Alkaher Billahi, Mohammedis *fil.* Ahmedis AlMotaded Billahi, *factus eſt* Said Ebno'l Batrik *Patriarcha* Alexandrinus, *& appellatus* Eutychius. *Contigítque hoc die octavo menſis* Sephar, *anni* CCCXXI. *cùm eſſet* Said Ebno'lBatrik *annorum circiter* LX. *Sedit autem ſeptem annos & ſex menſes. Porrò, accidit tempore ipſius diſſidium magnum, & lis continua inter ipſum & gregem ſuum. Laboravit deinde* Said Ebno'lBatrik *diarrhœâ; quam cùm, juxta artis medicæ præcepta*

ceptâ indicium ſumens, lethalem ſibi fore conjiceret, Alexandriam *ſe ad Sedem ſuam recepit, ibique, poſtquam per dies aliquot valetudine infirmâ ſubſtitiſſet, diem obiit, die Lunæ, ultimo menſis* Rajeb *anni* CCCXXVIII. *Fuit etiam* Saido *frater qui & Medicus fuit, ob peritiam ſuam in Medicina, illis temporibus, inſignis, cui nomen* Iſa Ebno'l Batrik. *Libri quos compoſuit* Said Ebno'l Batrik *hi ſunt. Liber de Medicina. Liber Diſputationis inter Hæreticum & Chriſtianum. Liber dictus* نظم الجوهر Contextio Gemmarum *in tres partes diviſus; quem ſcripſit in gratiam Fratris ſui* Iſæ Ebni'l Batrik *Medici, de ſcientia jejunii* Chriſtianorum, *& Paſchatis ipſorum, Ærarúmque & feſtorum quæ apud eos. Cui libro appendicem ſubjunxit quidam* Saido Ebni'l Batrik *affinis, nomine* Yahya Ebn Saidi, Ebn Yahyæ, *libróque titulum impoſuit,* كتاب تاريخ الذيل *i. e. Liber hiſtoriæ Appendicis* [*ſeu appendice continuatæ.*]

De eodem ita *Georgius Ebnol' Amdæ* Hiſtoriæ *Saracenicæ* lib. III. cap. I.

وفي سنة ثمان وعشرين وثلثمايـة مات سعيد بن
بطريق صاحب التاريخ وكان بطرك الملكيـة على
الاسكندرية يوم الاثنين سابع رجب منها اقام في البطركية
سبع سنين وستة اشهر وكان في ايامه شقاق كثيرة
وشر متصل بينه وبين شعبـــه ❊

Anno trecenteſimo viceſimo octavo vitâ exceſſit Saidus *filius* Batriki *Hiſtoricus, qui Patriarcha erat Melchitarum* Alexandriæ, *die Lunæ fine menſis* Rajebi, *cùm Patriarcha ſedisſet ſeptem annos & ſex menſes. Hujus tempore multa fuerunt diſſidia & continuum odium inter ipſum & populum ejus.*

Ex

Ex Præfatione incomparabilis viri *JOHANNIS SELDENI* AD

EUTYCHII Origines Eccleſiæ *Alexandrinæ*, Editas *Londini* A.D. MDCXLII.

In quâ de Autoris Nomine, Patriâ, Natalibus, Ævo, Scriptis, adeóque eis unde Origines iſtæ ſumptæ.

Autoris Nomen.

PAtriarchæ huic à natalibus nomen erat سعيد *Said* cum adjectione patronymica ابن بطريق *Ibn Batrik*, id eſt, *Saidus Filius Batrici* ſeu *Patricii*, aut *Batricides*. Cùm autem Patriarcha factus eſt, maluit ſibi nomen افتيشيوس, quod & exaratur ſubinde اوتيشيوس & اوتوشيوس pro eo quod è Græco eſt *Entyches* aut *Entychius*. Vocabulum illud è Græco ſic in Arabica elementa deformatum legi quidem olim, ſed non ſine errore, *Aphthyſius*; uti &, juxtà mecum, vir ſummus Thomas Erpenius Orientalium linguarum, maximè Arabicæ, in Occidente parens, dum vixit, colendiſſimus. Id quod ex ejuſdem annotatiunculâ de Autore hoc, codicum quibus utor alteri, ſua manu, dum aliquamdiu conſuetudine ejus Londini annis abhinc ampliùs viginti fruebar, adjecta liquet. Et lectionem ejuſmodi ſatis ferunt ipſa vocabuli elementa. Sed tandem vidi *Eutychis* & *Eutychii* nomina ab ipſo Saido eiſdem literis deſignari, unde & eundem *Eutychium* aut *Eutychen* dicendum minimè dubitavi. Nec tam novum ità ſumpſit ſibi nomen Saidus, quàm priſtini interpretationem, aut alia ex lingua ſynonymum. Nam سعيد *Said* idem Arabicè ſignificat quod Græcè *Eutychius* aut *Entyches*, aut Latinè *Fortunatus*.

Patria

Patria Eutychii; *Natalium item Locus & Tempus.*

Patria erat Ægyptus. Natalium locus (ut teſtatur ipſe in Chalifatu *Kahiri Billa*) Fuſtatum; de quo vide, ſi placet, Geographiam Nubienſem in parte 3. climatis 3. præter Leunclavium in Pandectis Turcicis cap. 61. & 212. Tempus Natalium ejus fuit annus octavus Mutemadis Billa Ibn Metwachal Chaliphæ in Syria, Achmede Ibn Tolon Chaliphatum obtinente Ægypti; dies verò Dominicus & 27 menſis Dilhuggiæ, anni Hegiræ 263, ut expreſſim in Codicum quibus utor ejuſdem altero, ſive ab ipſo Eutychio, ſive à neſcio quo alio traditur. De anno verba ſunt وذلك في سنة ثلاثة وستين ومايتين قمرية ومن الهجرة الي مولده مايتين وخمسون سنة واربعة *Atque hoc evenit anno* 263 *Lunari. Et ab Hegira ad natales ejus anni ſunt Solares* 254. Dum verò numeratur ibi annus à Chriſti Incarnatione, fit ille 868; qui planè idem eſt qui nobis in Chronologia receptiſſima habetur 876. Nimirùm Eutychius paſſim in Chronologia ſua Chriſti natales octennio facit recentiores quàm in æra vulgari, uti & monuimus in Commentario, numero 15. Adeoque ex ea ratione Hegiram ab anno Chriſti 614 auſpicatur, quam unanimes tribuunt Chronologi noſtri anno vulgari Chriſti 622. Atque ex 622 & 254 annis ſolaribus conficitur annus ille 876. Dies autem 27 Dilhuggiæ in anno Hegiræ 263, reſpondet diei 8 Septembris in anno 876 Iuliano. Accepi verò, & beneficium libentiſſimè agnoſco, ab viro literis optimis ac virtute ornatiſſimo Edwardo Pocockio, Oxoniis linguæ Arabicæ Profeſſore digniſſimo, vitam MS. Eutychii noſtri ab Ibn Abi Oſaibea Mahumedano, inter vitas Arabum qui Medicinâ (nam & Medicus erat inſignis Eutychius) claruêre ſcriptam. In ea idem Dies, Menſis, ac Feria eadem, Natalibus ejus tribuitur. Annus verò interim ibi eſt ثلث وعشرين ومايتين للهجرة 223 *Hegira.* Sed Librarii error

error eſt manifeſtus. Et pro عشرين *vigeſimus*, planè ستين *ſexageſimus* legendum. Autor ille aliàs dicitur Abu Elaighbas Achmed Ben Caſem, quem eundem exiſtimo eſſe cum Ben Caſem virorum illuſtrium vitarum Autore aliquoties citato à Gabriele & Joanne Maronitis in tractatu de rebus Orientalibus Geographiæ Nubienſi ſubnexo. Floruit hic ſub annum Hegiræ 610, ſeu annum Chriſti 1212. Anno nempè ætatis ſuæ 37 mortuus eſt, anno Hegiræ 616, qui Chriſti eſt 1220. Igitur natus eſt Eutychius Carolo Calvo Occidentis, Baſilio Orientis Imperatoribus,& Alfredo Rege Angliæ, Patriarchâ Alexandrino tunc Michaële. Dum autem temporis hunc qualemcunque calculum ex Arabiſmo afferimus, ſubit in mentem illud Landulphi Sagacis de ſumma atque inaudita numerandi inſcitia, quàm Arabibus, autore Græculo aliquo, imputat. Ait nempè, libro 20, Ulid, ſeu Walid: Chalifam Syriæ *prohibuiſſe ſcribi Græcè publicos logotheſii codices, ſed in Arabicis annotari ſine computo: quoniam*, ſic ille, *impoßibile eſt illorum linguâ monadem, vel dualitatem, aut trinitatem, aut octo & dimidium, aut tria ſcribi, propter quod & uſque hodiè ſunt notarii Chriſtiani.* Ita in rebus Juſtiniani Rhinotmeti ſeu ſub annum Chriſti 700 Landulphus. Sed mirari ſatis nequeo, undenam hoc Commentum primò natum. Manifeſtius nihil eſt quam non ſolùm in Arabum linguâ Walide hoc vetuſtiore, utpotè etiam in Alcoranica, numerandi rationem paritèr, ut linguis in aliis, exprimi, verùm etiam ipſas, quibus utimur Europæi, Figuras Numerales, operationibus Arithmeticis adeò accomodas, quas Barbaricas appellitamus, ab eis olim mutuò Europæos accepiſſe, necita multò aliter à nobis etiamnùm quàm ab illis formatas. Et Guilielmus Malmesburienſis lib. 2 de Geſtis Regum Angliæ, cap. 10, ubi Gereberti, poſteà Silveſtri ſecundi Papæ, (quem tamen ille Joannem XV. perperàm facit) hiſtoriam intertexit, eum ait *primum à*

De Numerandi apud Arabas *ratione.*

Saracenis Abacum rapientem, regulas dediſſe quæ à ſudantibus abaciſtis vix intelligantur. Sed hæc obiter.

Eutychius *Medicinâ, Hiſtoriarum Scientiâ, & Theologiâ clarus.*

Dignitas Eutychii noſtri cernitur tum in artis Medicinæ ſingulari quâ claruit famâ, tum in rebus & Hiſtoricis & Theologicis quibus admodùm polluit, adeóque in Faſtigio in quod evectus eſt Patriarchali. Medicum quidem ipſe ſe in ſcriptis ſuis non ita rarò appellat, adjecto nomini ſuo, quod, juxta Orientalium morem, ſubinde inſerit, vocabulo المتطبب *Medicus*. Et Achmed Ben Caſem in vita ejus; وكان طبيبا مشهورا عارفا بعلم صناعة الطب وعملها متقدما في زمانه *Et Medicus fuit inſignis, tum Theoricæ tum Practicæ ejuſdem partis gnarus, ac tempore ſuo præcellens*; quemadmodùm item erat frater ejus Iſi Ibn Batrik dictus. Scientiam ejus Hiſtoricam ſcimus ex Annalibus ejus, de quibus mox. Theologum autem ſubinde in Annalibus illis agit acutum, dum in Arianos, Neſtorianos, id genus alios, tam obitèr, ſed breviuſculè, diſputare vult quam res eorum narrare. In dignitatẽ Patriarchalem evectus eſt, poſt obitũ Chriſtoduli Patriarchæ Alexandrini, annos natus ſolares circa quinquaginta octo. Nimirùm anno Hegiræ 321, ſeu primo Chalifatûs Kahiri Billa, factus eſt Patriarcha, die 8 menſis Tzephari, ut expreſſim tum Ben Caſem, tum Eutychius ipſe. Sed altero in exemplari Eutychii (nam binis uſi ſumus, ut ſtatim dicemus) manifeſta eſt in numeris hac de re depravatio. In calculo Juliano reſpondet annus Chriſti 933 ac dies Februarii octavus. Sedit annis Lunaribus 7 præter 6 menſes, quod teſtatur tam Georgius Elmacinus, aut adnotatio ei adjecta l. 3. c. 1. quam Vitæ ejus autor jam ante dictus. Macarius erat tunc temporis Jacobitarũ, ſeu Eutychianorum ibi Patriarcha, uti hic المكبة *Orthodoxorũ*. Sic enim in urbe illa, ſeditionibus deditiſſima, diù etiam anteà obtinuerat, ut tam Hæreticis ſuus quam Orthodoxis ſuus eſſet ibi Epiſcopus. Vide Nicephorum hiſt. 15. c. 16. Et Breviculum hiſtoriæ Eutychianiſtarum, ſeu *Geſta de Nomine Acacii*

Patriarcha Alexandrinus fit Eutychius.

Eutychius *Patriarcha Orthodoxorum.*

Acacii, cum Pontificum Romanorum Epiſtolis aliquot ab Jacobo Sirmondo dudùm edita, pag. 16; *Mortuo Principe Marciano, collectis turbis hæreticorum, Timotheus & Petrus veniunt Alexandriam, & ordinatur ab hæreticis Timotheus Epiſcopus, Duo igitur apud Alexandriam Epiſcopi eſſe cæperunt.* Orthodoxorũ tunc erat Proterius. Tam verò Georgius Elmacinus quã Ben Caſem ait diſſidia viguiſſe non levia inter Eutychium & plebẽ ſuã. Diarrhœa tandẽ laborantem Alexandriæ eũ obiiſſe anno Hegiræ 328, die Lunæ qui poſtremus erat menſis Ragebi. Initium anni illius erat 18 Octobris anni Chriſti 939, feriâ ſextâ ſeu die Veneris. Ita in calculo Juliano mortuus eſt die Maii duodecimo, anni Chriſti 940, poſtquã annos 63 aut circitèr vixiſſet. Caliphatum Syriæ tenente Arade Billa; Romano Orientis, Ottone Magno Occidentis Imperatoribus, atq; Athelſtano Rege Angliæ. Coævos ita habuit Abi Hali Ben Mucla, qui primus elegantioris apud Arabas ſcribendi generis autor extitit, atque Albatenium ſeu Albategnium; Id eſt Mahumedem Aractenſem, Aratenſem Copernico aliiſq; dictum & ſubinde Aracenſem, celeberrimum illum Aſtronomum; de quo legitur in Tzemach David, הוא המציא וחידש חשבון נכון ולוחות לחכמי התכונה אשר נהגו בם עד היום הזה לחשוב ממנו התקיפה האמיתית *Is invenit ſimul & inſtauravit calculum exactum & Tabulas Aſtronomis, quibus utuntur ipſi uſque in hunc diem in motu vero ſupputando.* Sic David ille part. 2. anno Chiliadis quintæ 635, ſeu Chriſti 875. Alphonſinas, ut videtur, vult ex Albatenii libro de Scientiis ſtellarum (quem ex Arabico vertit olim Plato Tiburtinus) conſtructas. Etiam Thebit Ben Cora & אבו אלמשאר התוכן ואלקנדי *Abu Elmaſchaar Aſtrologus & Alkindi* notantur ab Abraha Zacuthio in Sepher Jukaſin (fol. 146.[b]) ut Caliphis, ſub quibus vixit Eutychius, Coævi. Sed de Thebit non conſentiunt alii. Videſis Jac. Chriſtmannum in caput ſextum Alfragani. At verò Euclidem à mendis purgâſſe Thebit ac Commentariis illuſtraſſe anno Hegiræ 282, ex Orientalium libris docent Gabriel & Joannes

Eutychii *mors.*

Quos habuerit viros doctrinâ claros ſibi coævos.

Albatenius.

Thebit Ben Cora.

Maronitæ in rebus Orientis Geographiæ Nubienſi ſubnexis. Annus autem ille idem eſt cum Chriſti 895, quo tempore Eutychius trigeſimum aut circitèr agebat annum. Sed peſſimè eluxatum habetur Thebiti nomen apud Joſephum Blancanum, ubi in decimo tertio à Chriſto ſeculo ponitur. Ex loco illo Zacuthii Joſephus Scaliger in Dynaſtia Chaliparum, *tunc florebant*, inquit, *Miſchaar Aſtrologus & Elchandi*. Legendum non dubito אבו אלמעשר *Abu Elmaaſar*, atque intelligi eum quem vulgò *Albumaſar* & *Abumaſar* vocitamus. Sic enim Arabicè ſcribitur ابو معشر اوي ſeu *Abu Maſiar*. Floruit ille Eutychio coævus. Nempè mortuus eſt anno Hegiræ 272, ſeu Chriſti 885, Eutychio juvene, ſeu annorum quaſi viginti. Quod docetur ab Ibn Chalican MS. Illuſtrium virorum apud Arabas vitarum autore perquàm eximio. Mihi inde deſcripſit hæc etiam vir egregius Edwardus Pocockius. ابو معشر جعفر محمد بن عمر البلخي المنجم المشهور له المولفات المفيدة في علم الفلك كالمدخل والزيج والالوف وله اصابة حميدة توفي سنة اثنين وسبعين ومايتين (*Abu Maſiar Giafar, Mahumed Ben Omar, Balachius, Aſtronomus celebris (cujus ſunt egregia de ſcientia ſyderali opera, ut Introductorium, Tabulæ, & Conſtructio; ac fuère inventa ejus perutilia) obiit anno* 272. Hinc liquet cur in verſionibus vocetur *Abalachi*, uti & interdùm *Faphar*. Japhar planè factum eſt à Giafar, & *Abalachi* à *Balachi*, ſeu *Balachius*, quo nomine dictus eſt à Natalium loco. *Bactrianus* vertitur à Jacobo Golio in Catalogo Lugduno-Batavo num. 41. Malè autem a Blancano tribuitur Abumaſar ſeculo Chriſti decimo. Nec meliùs Johannes Picus Mirandulæ Comes, cum Arabibus eâ voce dictum Aſtrologum negans, ait Philoſophum tantùm apud eos ſic nominari. Aſtrologum

gum autem quem ex Arabico habemus, vocandum Aboaſar. Sic ille lib. 1. in Aſtrologiam; ſed hallucinatus. Verum quidem eſt, non Albumaſar dicendum Aſtrologum (quemadmodùm Picus ipſe paſſim) ſed Abumaſar; non verò Aboaſar. Citatur aliquoties in Franciſci Buranæ verſione Averrois Commentarii in Priora Ariſtotelis Analytica alibíque, Abumazar, qui planè Abunazar exarandus. Is eſt Abunazar Alpharabius Dialecticus & Philoſophus eximius; cujus nomen in Averrois Commentariis in Poſteriora & Avicennæ Chymicis ſæpiſſimè alibíque ſic rectè ſcribitur. Qui verò dicitur Scaligero Elkandi, Alkindum, Arabibus الكندي *Alkindi*, ſeu Alchindum, eſſe non dubito. Philoſophus erat is celebris, uti & Medicus & Mathematicus. Locum habet inter novem Judices qui cum Haly de Judiciis Aſtrorum plerúnque conjunguntur. Quædam ejuſdem de Gradibus medicaminum excuſa ſunt, quæ haud parùm vilipendens impugnat Averroes in *Colliget.* lib. 5. cap. 58. Nuncupatur ſubinde Jacobus Alkindi. Sed in Bibliothecæ Lugduno-Batavæ Catalogo occurrit inter codices Arabicos MS. *Iſaac Kindæus, quem vulgò Alkindum vocant, de metiendis diſtantiis. Idem de Electione dierum.* Ex Junioribus (inquit Joannes Picus, tum in Apologia, tum in libello de Hominis dignitate) *qui Magiam*, illam verè naturalem, *olfecerint, tres reperio; Alchindum Arabem, Rogerium Bachonem*, Anglum illum percelebrem, *& Guilielmum Pariſienſem.* Magiam, puto, Alchindi maximè cerni voluit in libello de Radiis, in quo de Specierum rerum omnimodarum, uti radiorum à Sole, emanatione, & de relatione partium univerſi quaſi Magneticâ agit. Hic, puto, nondum editus eſt. Coætaneus item Eutychio erat Photius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, atque, uti volunt aliqui, Theophilactus Bulgariæ, & Vitellio Opticus. Libri ab Eutychio ſcripti ſunt quatuor. كتاب في الطب *Liber de Medicina;*

Alkindus.

Photius.
Theophilactus.
Vitellio.

Eutychii *Opera.*

cina; كتاب في الجدال بين المخالف والنصراني *Liber Diſputationis inter Hæreticum & Chriſtianum*, كتاب نظم الجوهر *Ordinatio* aut *Ordinata diſpoſitio Gemmæ*, ſeu *Ordinatio* aut *Ordinata diſpoſitio* aut *Syntagma Subſtantiæ* (ut paritèr fert vox) الجوهر) ſeu *Syntagma compendioſum*; quaſi *Medullam Hiſtoricam* nuncupâſſet. Neque enim eodem vocabulo pro Gemma ac Subſtantia (ſcilicet الجوهر *Giauhar*) ſolùm utuntur Arabes; verumetiam ideò utuntur, quia ut Gemmæ inter reliqua bona, ita Subſtantiæ inter cætera prædicamenta dignitas eſt eminentiſſima. Nam inde nominis hæc communio, ut expreſſim Averroes in Epitome in libros Metaphyſices, tractatu primo. Quartus liber Eutychio tributus, eſt *de rebus Siciliæ poſtquam à Saracenis capta eſt*, qui in Catalogo Bibliothecæ Orientalis Viri præſtantiſſimi Thomæ Erpenii, annexus eſſe dicitur Hiſtoriæ ejus Eccleſiaſticæ, id eſt, *Medullæ* quam diximus *Hiſtoricæ*. Librorum, quos memoravimus tres priores meminit Achmed Ben Caſem ille. Etiam in illorum Tertio, ſeu Medulla Hiſtorica, Secundum memorat ipſe Eutychius. Tertius autem Annales complectitur à rerum conditu uſque in ſua tempora deductos; in quibus quamplurima ad Hiſtoriam tum Sacram tum Profanam attinentia occurrunt notatu digniſſima, quæ nullibi omninò apud Scriptores qui proſtant, alióſve, quos mihi videre contigit, ſive Græcos, ſive Latinos, ſive Ebraicos, ſive Arabicos lecta. Conſcripti ſunt illi ad Iſi Ibn Batrik fratrem ſuum. Citantur multotiès à Georgio Elmacino in hiſtoria Saracenica. Et recenſentur proculdubiò inter Codices Arabicos Orientis res complexos, quibus olim Guilielmum Archiepiſcopum Tyrium inſtruxit Almaricus rex Hieroſolymitanus, ut inde opus de Principibus Orientalibus conficeret. Nec ut vulgares, ſed primarii. *Seith filius Patricii & vir venerabilis* vocatur huic Tyrio; nec alibi apud Scriptores Europæ veteres, quantum obſervavi, memoratur. Almarico rege, inquit Tyrius, in Prologo

Eutychii *Opus, ſeu Annales unde* Origenes *hæ ſumptæ.*

Citatur à Guilielmo *Archiepiſcopo* Tyrio.

logo ad Hiſtoriam, *Arabica Exemplaria miniſtrante aliam Hiſtoriam, à tempore ſeductoris* Mahumeth *uſque in hunc annum, qui eſt Nobis Ab Incarnatione Domini* MCLXXXIV. *per annos quingentos ſeptuaginta decurrentẽ conſcripſimus: autorẽ maximè ſecuti virũ venerabilẽ* Seith *fil.* Patricii Alexandrinum *Patriarcham.* Quod verò ait ſe maximè hunc ſecutũ, planè intelligendum eſt de tempore duntaxat annum Chriſti 937 ſeu Hegiræ 326. antevertente. Tunc enim ſuos claudit Annales Eutychius, circa biennium pòſt mortuus. Atque ex Annalibus ejus hiſce, quos ipſis Eccleſiæ Alexandrinæ archivis plurima debere nullus dubito, Teſtimonium quod dixi de loco illo Hieronymi traduximus. Id eſt, integram de Marco Evangeliſta & Eccleſiæ illius Originibus moribúſq; vetuſtis interſertam Periocham. Exemplaribus uſus ſum binis MSS. ex Oriente dudùm allatis. Alterum antiquius eſt & trecentis quadraginta ampliùs abhinc annis exaratum, quod Bibliothecæ Cottonianæ cimelium eſt. Alterum, quod tum recentius tum multò elegantius eſt, cum aliis aliquot Orientis ſcriptis in Anglia à Judæo, ut opinor, neſcio quo ante decennium amplius emptum, dono mihi dedit Georgius *Gage*, popularis meus; vir, dum vixit, tum ſingulari morum ſuavitate, tum optimis artibus ornatiſſimus. Prioris erat olim dominus, Michael Patriarcha Antiochenus, qui & Eccleſiæ Antiochenæ, ni fallor, illud donavit. Id enim ſignificari didici, eo quod ſcriptum in calce reperio. Nempe nomen jam dicti Patriarchæ Antiocheni primò Arabicè conſcriptum, dein adjectum, codicem illum illius eſſe, quod ſolenni illo in Sacrilegos carmine clauditur فكل من يسرقه لم يختلسه يكون محروم من الله *& ſi quis eum clam ſurripuerit, Deo anathema ſit,* Hiſce ſubjicitur ipſâ Michaelis manu (ut par eſt credere) literis invicem in ſe, ad Græcorum, cum nomina ſcribunt, morem, inſilientibus, ✝ Μιχαὴλ ἐλέῳ Θεοῦ Πατριάρχης Ἀντιοχείας. Hunc autem eundem eſſe exiſtimo qui ante annos ampliùs

Exemplaria Eutychii, *quibus uſi ſumus, Arabica bina.*

amplius ſexaginta Patriarchatu illo valdè ſenex dejectus, non ſemel memoratur à Martino Cruſio in Gratulatione ad Solomonem Schweigerum de ejuſdem peregrinatione conſcripta, non in Turcogræcia, ſed ſeorſim Argentorati 1582 excuſa. Hinc eſt quod in Commentario vocari volumus Codicem ſeu exemplar hoc, *Antiochenum*. Recentius autem Exemplar exaratum eſt anno Hegiræ 1028, id eſt, Chriſti 1618, Alepi, à Scriba ibi celebri تلجي *Talgi* dicto. Unde *Alepenſem* codicem eum nuncupavi. In Bibliotheca Lugduno-Batava, quæ codicibus eſt Arabicis MSS. refertiſſima, nullum Scriptoris hujus reperitur Exemplar, ſi fides Catalogis ejuſdem. Idem dicendum, de Bibliotheca Ambroſiana quæ Mediolani eſt; & D. Laurentii, quæ Madriti; & Oxonienſi publicâ, uti & Arundellianâ; quæ omnes tamen codices habent Arabicos MSS. maximè Oxonienſis, perplurimos. Sed verò in Bibliotheca Cantabrigienſi publicâ, Exemplar Annalium ejus reperitur inter libros Bibliothecæ Orientalis Thomæ Erpenii, quibus illa pridem donata eſt à Georgio Duce Buckinghamiæ, ejuſdem Academiæ Cancellario. Quænam in Privatorum Muſæolis lateant eorundem exemplaria alia, neſcio. Sed verò jam nunc dum hæc proditura ſunt, perhumanitèr communicat mecum Annales hoſce integros nitidiſſimè atque eâdem opinor manu quâ Codex meus, ſeu *Alepenſis*, etiam & hoc aliquot annis recentiùs exaratos Guilielmus *Corderoy*, Civis Londinenſis, uti item alios aliquot libros notæ ſingularis Arabicos, quibus in Oriente ſibi comparatis patriam ſuam nuperrimè ditavit. Et de Editionis cauſâ, Autore, & Codicibus unde quæ ſequuntur Origines hauſtæ ſunt, hactenûs.

Sed verò Eutychio fidem heic parùm habendam ideò forſan quis moroſiùs exiſtimaverit, quòd ævi fuerit ipſe adeò rebus quas tradit recentioris) nam Seculo, ut vides, floruit Decimo) certè neceſſe eſt, ut is, ſi parili in paribus utatur ratione, nec Joſepho, Livio, Halicarnaſſæo, Plutarcho, Euſebio, Zonaræ,

Zonaræ, origines & res geſtas Judaicas, Romanas, Græcas, Punicas, Chriſtianas, tamdiu ſeculum ſuum antevertentes narrantibus, nec id genus aliis credat, imò ut pro fide dignis habeat hiſtoriis (præter ſacras literas) duntaxat ipſa Archivorum penetralia, Conciliorum acta ipſa, Thucidides, Polybios, Saluſtios, Cæſares, Tacitos, Guicciardinos, Comminæos. Mihi ſanè Eutychius in hiſce eſt veluti Beda planè Ægyptius.

Johannes Heſronita, è monte *Libano Maronita*, hanc *Eutychii* Hiſtoriam jam olim in ſe edendam, & *Urbano* VIII. pp. *Romano* dicandâ ſuſcepit; quæ in Epiſt. ad *Bellarm.* Catechiſmum majorem, ex *Italico Arabicè* ab ipſo redditum, præliminari, ſic affatur.

Accipe igitur hunc quâ ſoles benignitate libellum, mole quidem exiguum, ſed Orientalium fructu populorum (uti ſperatur) ampliſſimum; dum interea Hiſtoriam de mundi Seculis *Felicis Alexandrini* patriarchæ, Arabico, ſed *pereleganti* ſtylo conſcriptam, paro.

Abraham Ecchellenſis (et ipſe *Maronita*) in Supplemento ſuo ad Hiſtoriam Orientalem CAP. X. periodos intercedentes inter *Hegiram Mahommedis* aliáſque Epochas ab Orbe Condito, ex *Eutychii* patr: *Alexi Melchitæ* Eccleſiaſticâ Hiſtoriâ exhibet, [prout hîc viſendæ extant Tom. II. pag. 227. Quin & ejúſdem operis CAP. V. p. 166. commentationis ſuæ neſcio cujus lucifugæ meminit, in quâ de *Arabum* Moribus *fuſè ſe egiſſe* jactitat *in Reſponſione ſuâ ad Eutychium Seldeni.*

E' Noſtris *Johannes Hottingerus* V. Cl. in Hiſtoriâ ſuâ Orientali, *Eutychii* (ſub nomine *Patricidis* Authoris ἀνεπιγράφου) Annales hóſce ſæpius citat.

Menſium aliorum, quorum apud Auctorem frequens mentio, cum Romanis Συζυγία, vid: *Tom.* I. *pag.* 447. 448. *Tom.* II. *pag.* 524. 527.

Romanorum, in anno *Juliano* & Ærâ Chriſti vulgari.		*Syro-Græcorum*, in Ærâ *Seleucidarum.*		*Cophtitarum Ægypti*, in Ærâ *Diocletiani.*		*Arabum*, in Ærâ *Hejræ Mohammedicæ*: qui lunares ſunt et vagi.	
Ordo	Dies.	Ordo	Dies.	Ordo	Dies.	Ordo	Dies.
I. *Januarius.*	31.	IV. *Canun* poſt.	31.	V. *Tubah.* Τυβί.	30.	I. *Moharram.*	30.
II. [a] *Februarius.*	28.	V. [e] *Shebat.*	28.	VI. *Amſhir.* Μεχείρ.	30.	II. *Saphar.*	29.
III. *Martius.*	31.	VI. *Adar.*	31.	VII. *Bormahat.* Φαμενώθ.	30.	III. *Rabia* pri.	30
IV. *Aprilis.*	30.	VII. *Niſan.*	30.	VIII. *Barmudah.* Φαρμοῦθι.	30.	IV. *Rabia* poſter.	29.
V. *Maius.*	31.	VIII. *Ayiar.*	31.	IX. *Baſhnes.* Παχών.	30	V. *Jomada* prior.	30.
VI. *Junius.*	30.	IX. *Haziran.*	30.	X *Baunah.* Παῦνι.	30.	VI. *Jomada* poſter.	29.
VII. *Julius*	31.	X. *Tammuz.*	31.	XI. *Abib.* Ἐπεφί.	30.	VII. *Rajeb.*	30.
VIII. *Auguſtus.*	31.	XI. *Ab.*	31.	XII. *Meſhri.* Μεσορί.	30.	VIII. *Schaban.*	29.
IX. *September.*	30.	XII. *Ilul.*	30.	XIII. [b] *Epactalis.*	5.	IX. *Ramadan.*	30.
X. *October.*	31.	I. *Tiſhrin* prior.	31.	I. & *Thut.* Θωθ.	30.	X. *Schawal.*	29.
XI. *November.*	30.	II. *Tiſhrin* poſt.	30.	II. *Babah.* Παοφί.	30.	XI. *Dilkaada.*	30.
XII. *December.*	31.	III. [f] *Canun.* pri:	31.	III. *Atbur.* Ἁθύρ.	30.	XII. [c] *Dilhajja.*	29
				IV. *Chihac.* Χοιάκ.	30.		

In anno biſſextili, ſive intercalari, diebus conſtant

[a] *Februarius.* 29.

[b] *Epactalis appendiculus.* (qui & ἐπαγόμενος. ἐμβόλιμος. & Κλοπιμαῖος.) 5.

[c] *Dilhajja* 30.

[e] *Alii Shebat, vel Aſhbat, faciunt* ~~dicunt~~ *dicunt* 29.

[f] *Alii Canun priorem dicunt.* 31.

[g] *Incipit die Auguſti Juliani.* 29.

ERRATA.

Erratorum Typographicorum Κατόρθωσις. Quorum quæ graviora ſunt ſuo quódque obeliſco(–)præſignivimus. Variantibus etiam Lectionibus è Codd. *Cantabrigienſi* & *Cottoniano* ſubinde interſertis.

Pag.	lin.	Errat.	Corrige.
16	—8	*optima*	*optimas*
	—13	*poſt* (Kaini,) *adde,*	*Cúmque afferrent oblationes ſuas, acceptam habuit Deus oblationem* Abelis, *non autem* Kaini.
	—32	*poſt*, Azrun (*adde*) *ibiq́ habitavit.*	
19	17	Barmudak,	Barmudah,
20	25	*Cymbola,*	*Cymbala,*
23	—21	*centeſ. triceſimo*	*centeſimo triceſimo quinto*
	—22	Kainan	Adam [*ut* Cant. & Cott.]
24	—3	Enoſh	Enoch.
28	12	Martii,	Martis;
	—19	*quinque;*	*novem;*
31	—13	Babah;	(*potiùs* Baunah; Cant. Yunah.) [Junii.]
31	—26	*nongentos*	*octingentos*
32	—1	*ducenteſ. ſexto.*	leg. *ducenti. ſexageſimo ſexto* (*ut* Cant.)
	—2	*tertio;*	*decimo tertio;* (Cant. & Cot.)
	—7	*quinquageſimo nono*	*nonageſimo quinto*
36	9	*Fgreſſi*	*Egreſſi*
39	—23, 24	*ſexaginta quinque*	*quinquaginta ſex* (*ut* Cot. & Cant.)
42	*ult.*	ܘܫܢܝܢ	ܘܫܢܝܢ
43	2	Barmudal,	Barmudah.
	—*ult.*	*centenario*	*centum & duos* (*annos nato* Cot.
47	—5, 6	*quinquaginta tres,*	*triginta quinq́*
47	—10	Arphacſhadi	Kainani
48	8	octuaginta	octoginta
80	10	octuaginta	octoginta
48	*ult.*	*occl. eſt*	*occlt eſt.*
55	20	Hanran	Hauran
56	—3	*octuaginta ſeptem:*	*ſeptuaginta octo:*
67	25	Deſtar	Radeſtar
68	12	Hieruſalem	Hieruſalem.
60	—10	*oct: ſexto obiit* Eber.	*ſexageſimo octavo obiit* Eber,
	12, 13	*quatuor, annoq́*	*quatuor. Annoq́*
71	—13	Saru,	Sarug,
72	—13	Chayebab,	Chabib.
	32	*ſecundo*	*nono*
76	—10	*quinquaginta*	*quinque*
80	2	Abaham	Abraham
	22	*lippa,*	*lippa,*)
83	23	*octuageſimo*	*octogeſimo.*
95	12	*ſexageſimo* (*forte*)	*octogeſimo.* [Cant.] *vivente adhuc* Levi [*anno non expreſſo*]
	—21	*viginti*	*decem*
	—23	Kahato	Amrano
99	11	*mates*	*mater*
	19	*dixerunr*	*dixerunt*
100	—17	*octoginta,*	*ſeptuaginta,*
103	13	Abraham	Abraham,
107	—22	*adduxit*	*abduxit.*
11	—3	Chonce	Chunte
112	10	Giiun	Gibeon
116	—23	*viginta*	*decem*
119	11	*populnm*	*populum*
	12	*paſſi*	*paſſi*
	22	*ipſornm*	*ipſorum*
	26	*andaciâ*	*audaciâ*
120	—17	*exercitûs*	*exercitûs*

ERRATA.

Pag.	lin.	Errat.	Corrige.
123	22	*inter*	*inter-*
124—24		*poſt* (Madianitarum)	*adde* Reges
128—8		*filium*	*filii*
	13	Kamarat	Kamara
131	22	*ſ facias*	*facias*
132	21	*fieret*	*fieret,*
135—3		*ſeptem*	*octo*
	7	Amalikitarum	Amalekitarum
136	9, 15	*alieniginarum*	*alienigenarum*
	1	*ſegitem*	*ſegetem*
	20	*qnam*	*quam*
	24	*timuerunut*	*timuerunt*
140	23	*occidi*	*occidit*
144	18	*Arcam*	*Arcâ*
155	13	*accercito*	*accerſito*
	ult.	*præputio*	*præputia*
156—1		*præputiæ*	*præputia*
	17	Abinadamo	Abinadamo
159—12		*tres.*	*tredecim.*
163—22		*ipſo*	*ipſe*
—26		Shilo	*(potiùs)* Sihon
164—3		Sobâ,	Sobæ,
	14	Hieruſolyma	Hieroſolyma
168—5		Amali	Amyali *(potiùs* Amiudi)
—17		Abiſhlaodomum	Abiſhalomum
	20	*conſlictus*	*conflictus*
—21		Abiſhalomi	Abiſhalomo
	22	*implexi*	*implexi*
183	16	*ſedecem*	*ſedecim*
—17		*ſeptemdecim*	[*ſic* Cott. & Cant. *at* Seldd. *ſedecim,*]
184	27	*mulieres*	[*at* Cott. حرم
185	1	نساء	*domeſticos.* Cant. *omittit.*]
187—17		*ſcuta*	*ſcuta*
188—11		*occiciſq;*	*occiſiſque*
192—6		*accepiſſet*	*accepiſſent*
	7	Gaiathi	Gainathi
195	2	, Hanani	Hanani,
	22	*repulerit*	*repulerit*
199	24	*quadr. trig. quat.*	*quadr: trigin.* [*at* Cott. 480 Cant. 84. *potiùs* 450.]
203	ult.	*uſque*	*uſq;*
204—23		*in duas*	*induas*
207	12	*antem*	*autem*
208	12	*qnod*	*quod*
212—20		*meam*	*meum*
	23	*Tre*	*Tre.*
219—4		Achaziâ	Achazia
223—21		*vig. ſeptem*	*ſeptemdecim*
228	26,27	*viginti ſex*	*ſexdecim*
231	9	*ejus*	*ejus*
232	27	*principis*	*Regis*
236	4	*cad entibus*	*cædentibus*
243—17		*decem*	*undecim*
248—8		*poſt (bis mille)*	*adde centum triginta & unus. A Diluvio bis mille.*
255	15	*una*	*unâ*
	17	*ergò*	*erga*
256	14	Dauielem	Danie'em
—19		*autem cr. è lacu egreſſus*	*ergò cr. è lacu extractus*
	21	*accuſſſent*	*accuſâſſent*
	ult.	*quotidiana*	*quotidianum*
260	4	*ò*	*ô*
263	14	Joſhuæ	Joſhuæ *filii*
264	1	*viginri*	*viginti*
—18,19		Kowayiſelah *præfectum*	Kô *præfectum,* *quem rogavit*
267	15	R. *Fuſt.* Æ. *arcem,*	Rex, Fuſtati, Ægypti, *arcem*
268—10		*inuſſu regum*	*injuſſu regnum*
—14		*continuâſſet*	*continuâſſes*
	19	*morà*	*morâ*
271	18	*neceſſero*	*receſſero*
280	23	*etiam*	*autem*
292—22		Ruſhta	Ruſhtac
295	13	*conſolarionem*	*conſolationem*
296—4		*Galeb-uz*	*Galeb-ur*
299—5		Uzo	Uro
300	5	*pœnam*	*petram* [ὡς λίθο τῦ κλαίειν τ πέτρεαν.]
320—9		*effoderat*	*effoderat*
323	4	*profecti*	*profecti,*
331	24	*octodecim*	*octodecim.*
335	19	*Evangelinm*	*Evangelium*

ERRATA.

Pag.	lin.	Errat.	Corr.
336	16	*Deiinvt*	*Dei invitans*
	ult.	*interfccerunt,*	*interfecerunt,*
343	19	*ſeptinginti*	*ſeptingenti*
	21	*quigenti*	*quingenti*
344	19	*cum dimidio,*	[*abſunt à* Cant.]
347	—24	*decimo quinto*	(Cant.) *quinto* [*rectiùs.*]
348	16	*Lex*	*Lex.*
	—18	*ignos*	*ipſos*
352	—1	*quinquaginta.*	*viginti.*
	—19	*ipſius*	*ipſis*
359	—8	Antiochenus,	Alexandrinus
360	—7	Antonius Severus (*potius*)	Antoninus & Verus
	—8	*nonginta*	*novemdecim*
	22	*eſt*	*eſt.*
	—25	*mortuum*	*mortuus*
368	23	*ſcripſerat*	*ſcripſerat,*
371	—21	*repetam*	*rependam*
375	9	—Haur	Jaur
	10	Ardeſhir	Azdaſhir
	—12	Miſan	Biſan
376	—4	*poſt* (*ejuſdem*)	adde *quinto*
379	13	*bîc*	*hic*
387	—7	*pui*	*qui*
	8	*imperiii*	*imperii*
407	15	Dalmilatia	Dalmitia
432	26	*Aſy to*	*Aſyuto*
447	—12	*ieperi*	*reperi*
460	12	*ctimen*	*crimen*
472	—15	*quinque*	(Cott. & Cant.) *quinquaginta* [*potiùs* 52.]
479	11	,*miſſo*	*miſſo,*
480	24	*duos*	(Cant.) *ſex* [*malè.*]
484	21	*ederet*	*ederet.*
487	—13	*vic.*	[*potiùs vic. tertio*]
	17	Dares	Dades
592	—*ult.*	*ſententiæ.*	*ſententia.*
496	1	*mane*	*manè*
	25	*paupertate*	*paupertate,*
500	15	*feræ;*	*feræ,*
	21	*induit*	*induit.*
	22	*primà*	*prima,*
	23	*ſecundà,*	*ſecunda,*
503	2	,*conſpexi*	*conſpexi,*
	—20	*habens;*	*habentem;*
511	2	*viginti.*	*quinquaginta.*
	16	*Dei,*	*Dei*
512	7	*unam*	*unam,*
515	24	*iis,*	,*iis*
519	10	*tune*	*tu ne*
520	19	*carnis*	Cott. & Cant. (*bîc & deinceps*) *carnium* [*nullâ piſciummentione*]
523	—22	*cui*	[*dele*]
524	10	*ſta tuit*	*ſtatuit*
531	—1	*apprauerunt*	*apparuerunt*
532	—1	*undi*	*undè*
536	3	*Aniiochenus*	Antiochenus
548	11	Antioch	Antiochenus
	—12	(*poſt, ejuſdem*) *adde*	*quarto* [*ſic. n* Cant. & Cott.]
	15	*viginti unum*	Cant. *viginti*

TOM. II.

Pag.	lin.	Errat.	Corr.
8	13	*ad ventum*	*adventum*
15	15	Chrtſtus	Chriſtus
19	16	*Ædternus*	*Æternus*
20	16	*nativitatis,*	*nativitatis :*
27	22	*ſit*	*ſit*
28	23	*ſuſtantiam*	*ſubſtantiam*
31	16	*abſcindatur,*	*abſcindatur :*
35	26	*luce emunditie*	*luce munditie*
40	17	*alternm*	*alterum*
47	7,8	*diviſi oni*	*diviſioni:*
51	—1	*tribui*	*tribuit*
	8	*ſubſiſtentia*	*ſubſiſtentia.*
	12	*unquam;*	*unquam,*
55	—4	verbvm	verbum
56	—3	*craſſum*	*craſſam*
	5	*divnitatis*	*divinitatis*
	6	,*corrumpente*	*corrumpente,*
	—8	*ſuum*	*ſuam*
	—21	*accenſerenıur*	*accenſeretur*
59	5	*vctò*	*verò*
67	21	*ptopria*	*propria*
68	—21	*at*	*ac*
71	22	*unnm*	*unum*
73	8	ط ا س ب ي ش	ط ا ب ي ش

ERRATA.

Pag.	lin.	Errat.	Corr.
76	2	*ac*	*&*
79	14	*diſpuuationis*	*diſputationis*
	26	*qui*	*quí*,
80	7	*detergerc*	*detergere*
84	8	*noctâque in aliquib.*)	*noctúque*
88	23.24	*ſi niſtrâ*	*ſiniſtrâ*
81 *		*Paginas Quaternionis* Mmmm, *eiſdem numeris perperam prænotatas quibus præcedentis* LIII. *diſtinctionis ergò aſteriſco* *, *tum hîc, tum aliâs in Indice &c ſubſignavimus. Quod idem in Quaternione* Xxxx. *commiſſum ſimiliter indicavimus. Sit ſemel monuiſſe ſatis.*	
84 *	3	Antioch nus	Antiochenus
95	19	*divinatem*	*divinitatem*
103	*ult.*	*decem*	*tredecim*
104	3	*ſex annos*	(Cant.) *juvum annũ*
ter Patriarchas *Alexandrinos*, *Athanaſius* III. *Gaianus*. *Gregorius*. et *Johannes* III. Claſſ. VII. §. II. *Antiochenos*, *Athanaſius*. et *Eudoxius*. *ib.* §. 3. *CPolitanos*, *Eudoxius* idem. et *Euſebius*. *ib.* §. 4. *Hieroſolymitanos*, *Arſenius*. *ib.* §. 5.

Marcion, cum ſuis, tres Deos, (ſive tria principia) ponebat, bonum, malum, medium. 443. Princeps Apoſtolorum à ſuis habitus. *ib.*

Mariamitæ Chriſtum et matrem ejus duos eſſe Deos præter Deum ſummum aſſerebant. 440

Maron, Monachus tempore *Mauricii* Imp. Sectæ *Maronitarum* Author, nonniſi unam in *Chriſto* voluntatem agnovit. b.191.267.332. cui mortuo urbis *Hamæ* incolæ Monaſterium cognomine ſtruxerunt, ubi maximè hæreſis ejus invaluit. *ib.*

Maronitarum jejunia. 523. *Maronitæ* erant Imppp. *Heracleonas*. b.335. & *Heraclius*. b.240.248. & *Philippicus*. b.337 Patriarchæ *Alexandrini*. *Cyrus*. & *Petrus* V. vid. Claſſ. VII. §. 2. *Antiocheni*, *Jaribus*. *Macarius*. & *Macedonius*. *ib.* §. 3, *CPolitani*, *Petrus*. & *Pyrrhus*. *ib.* §. 4.

Monothelitæ. unam in *Chriſto* ſolùm voluntatem ſtatuentes. in Concilio *CP.* III. damnantur b.348.351. hoc nomine veniunt, *Eutychiani*, *Jacobitæ*, *Neſtoriani*, etiam & *Maronitæ*. b.268. &c.

Neſtorius, Patriarcha *CP.* hæreticí dogmatis author. b.332. *Mariam* Deiparam negans. in *Chriſto* duas perſonas ſtat. ē. &c. b.4. quem *Cyrillus Alexandrinus* et *Johannes Antiochenus* per literas ad ſanā fidem fruſtra reducere tentā. *ib.* undè Concilium *Epheſi* indictum. 551. ubi comparere recuſat. b. 7. ideóque excōmunicatur & deponitur. b. 8. undè *CPoli* exactus, *Ægyptū* ſe recipit, ibíq; obit. b. 12. cujus hæreſis ad tempus ſuppreſſa; poſtea invaleſcit. *ib.* quibus potiſſimū regionibus incubuit. *ib.*

Neſtoriani recentiores à *Neſtorii* ſententiâ nonnihil receſſerunt. b. 15. contra quos Author Diſputationem inſtituit. *ib.* ex miſtionis modis ignoratis in errorem inciderunt. b. 24. 31. 35. 36. qualem in *Chriſto* naturarum miſtionem ſtatuebat *Neſtorius*. b. 40. *Neſtorianorum* jejunia. 523. eorum Eccleſia quæ *Damaſci* erat, à *Saracenis* direpta. b. 515. pro *Neſtorianis* habentur *Celadion*, *Eudoxius*, & *Johannes* I. Patriarchæ *Antiocheni*. vid. Claſſ. VII. §. 4. & *Barſuma Niſibenſis*. b.12

Paulus Samoſatenus. 396.440. 443. unicam in Divinis perſonam aſſeruit; Divinitatem Filii & Spiritûs Sancti negavit. undè *Pauliciani* (ſive *Samoſateni*) *ib.*

Sabellius, *Libyæ* Epiſc. unam in Divinis perſonam docet. 440. quod in Concilio *CP.* I. damnatur. 511.512

Sabii. Secta Gentilium, ecrūo igo. 63. *Junani* Græco juxta quoſdam aſcribitur. *ib.* cum *Nazianzi* invaleſcerent à *Gregorio* Epiſcopo confutantur. 483.484

Salikini, (Piſcarii,) Secta *Manichæorum*. 515. qui per totā v tā jejunabant. 520

Samakini, altera *Manichæorum* Secta. 520

Samaritanorum Sectæ origo. 232. & dogmata. *ib.* 235

Severus. b.23,39. unam ſolam in *Chriſto* naturam agnoſcit. b.332. *Anaſtaſium* Imp. in *Eutychetis* ſententiam pellicit. b.139. Concilū *Chalcedonense* impugnant. *ib.*

Thaddæus. [*Theodorus Mopſueſtenus*;] in Concilio *CP.* I. damnatur. b.340

[*Valentinus*.] *Etianus*. *Chriſtum* per virginē tanquā per canalē trāiiſſe docuit. 440

Claſſis. X.

Authores *Eutychio* memorati.

Abu Korrah. [*Abucaras*.] De Cultu Imaginum. b.452

Anaſtaſius Sinaita. b. 276. (antea dictus *Mabuu*) Author Homiliæ in Pſalm. VI. b.276

Index Perſonarum.

Ariſtoteles, in Dialecticis. 11
Athanaſius Patr: *Alex.* 455
Clemens, *Romanus*. 344
Cyrillus. *Hieroſ:* 475
Demetrius Alexandrinus. De Computo Paſchali. 362. De jejunio celebrando. 363
Dionyſius Alex: Patr: 384
Elias. *Ant.* Patr: b.488
Eutychius (Author.) lectorem ad Diſputationem ſuam inter Hæreticum & Orthodoxum remittit. b.79
Galenus, in expoſitione Juramenti *Hippocratis*. 264. In Indice librorum ſuorum. 364. Lib. I. de animi morbis. ib.
Gregor: Naz. Orationes contra *Sabios* binæ recitantur. Ex ſcil. quæ in editis *Pariſ.* habentur XXXVIII. & XXXIX. 483.484
Hippocratis juramentum. 264
Honain. f. *Iſaaki*, *Galeni* interpres in *Arabicum*. 264
Honorius. PP. *Rom.* De unâ *Chriſti* voluntate. b.328. 331. vid. [*Pyrrhus.*]
Plato. in *Dialecticis*. 11
Pyrrhi CP. [non *Honorii*] Diſputatio cum *Maximo* &c. b.327
Sabæ typicon. b.247
Said. f. *Patricii*. vid. *Eutychius*.
Sophronius P. *Alexandrinus*. De Cultu Imaginum. b.452
Sophron: P. *Hier*: Ecthesis fidei. b. 271.328. 356
Tadduſus. *Decii* Imp: Patricius. De VII. Dormientibus *Epheſ*. 535
Theodoſius. Patr: *Alex*. b.* 148
Typicon Eccleſiæ. b. 248

Coronis.

Loca S. Scripturæ citata, vel explicata.

Gen. cap. VI. verſ. 2. 3. *filii Dei deſcenderunt ad filias hominum*. 27
XV. 13. *filii Abrahami in ſervitutem redacti annos quadringentos*. 100. 103
XXVIII. 17. *hæc eſt Porta cœli*. b.287
Pſalm. [CXXXVI.] CXXXVII. 9. *Beatus qui parvulos tuos accipiens, Petræ ipſos alliſerit*. b.232
Eſai: LIII. 2,3 4,5.6,7,8. *Morbos noſtros & dolores ſuſcepit, &c*. b.355
Malach: IV. 2. *orietur ſol juſtitiæ*. b. 352
Matth: III. 17. *Hic eſt filius meus dilectus*. b.47
VII. 26. *Qui domum ſuam ſuper arenam ſtruxit*. 11
VIII. 2. 3. *Domine, ſi vis, potes me mundare*. b.67
XV. 11. *Quodcunq; os ingreditur, hominem non polluit*. 467
XVII. 5. *Hic eſt filius meus dilectus*. b.47
XXIII. 38. *Ecce relinquetur domus veſtra deſerta*. b.288
XXIV. 2. *non relinquetur Lapis ſuper lapidem*. ibid.
XXVIII. 18. *data eſt mihi omnis poteſtas in cœlos & in terram*. 436
Luc. II. 48. *Filî mî*. b.47
Joh: I. 1. *In principio fuit verbum*. b.55
I. 3,4,10. *omnia per ipſum facta ſunt &c. mundus per ipſum factus*. 459
I. 14. *verbum factum eſt caro*. b.352
III. 16,17,18. *Sic Deus dilexit mundum &c*. b.76
V. 17. 21. *Pater meus creat, & ego creo. Sicut pater vivificat quē vult &c* 460
X. 37. *Si non facio ego opera patris mei*. ib.
Act. X. 9 ad 16. *Petre ſurgens macta & veſcere*. 468.516
Rom. VIII. 3. *in ſimilitudine carnis peccatricis*. b.328
1 Corinth. VI. 13 *cibus ventri, & venter cibo*. 468
Col: IV. 14. *Lucas medicus vos ſalutat*. 336
Hebr: VII. 2,3. *&c. Dedit Abraham Melchiſedeco Decimas. Nec initium dierum nec vitæ finem*. 67.68. 71. quæ Epiſtola *Paulo* adſcribitur. 68. 71

بسم الله الواحد الابدي الازلي
السرمدي وبه
نستعين

كتاب التاريخ المجموع على التحقيق
والتصديق تاليف البطريرك افتيشيوس
المكنى بسعيد ابن بطريق
كتبه الي اخيه عيسي في
معرفة التواريخ الكلية من عهد
ادم الي سني الهجرة
الاسلامية


الهمك

الله يا اخي من الامور البهية
احسنها واوفقها واصرف عنك
من المحزنات الرديه اعظمها
واوبقها وجللك من الستر اعمه ودام
لك من العز اعظمه وافاد بالدارين همك
وفي العالمين قسمك وفهمك

تبع

In nomine Dei, Vnius, Æterni, Immutabilis, Immortalis, à quo & auxilium petimus.

LIBER HISTORIÆ

Juxta accuratam veri rationem collectus, operâ Patriarchæ EUTYCHII, *qui cognominatus est* SAID EBN BATRIK, *quem scripsit ad fratrem suum* Isam, *de cognitione Historiarum Universalium à tempore* Adami *usque annos* Hejræ Islamiticæ.

SEU,

Eutychii Patriarchæ Alexandrini *ANNALES.*



INSPIRET Tibi DEUS (Mi Frater) rerum pulchrarum optimas & commodissimas, & avertat à Te, earum quæ tristitiam afferunt, malarum maximas & nocentissimas: operiat Te protectionis velo quàm latissimè expanso, & continuet Tibi potentiam ampliſſimam: largiatur Tibi in utroque Seculo portionem, & in utroque Statu sortem: intelligere

Te faciat omnia, quæ ipſi placent; neque ſeparet Te à vicinio ſuo cum illis quæ longè amovet. Intellexi quid deſcribi tibi juſſeris (beet Te DEUS amictu virtutum, & mundum Te conſervet, ne ſordidas vitiorum veſtes induas) in cognitione Hiſtoriæ univerſalis à tempore *Adami* uſque ad annos *Hejræ Iſlamiticæ*; atque illud demonſtravi juxta ſeriem menſium, ſeculorum, & annorum, ut in ejus cognitione ſit quod abundè Tibi ſufficiat, ne opus habeas quemlibet è potioribus aut vulgo interrogare; deſcripſique Tibi (indicet tibi *Deus* viam ad felicitatem maximè expeditam, & notam Tibi perpetuò faciat ſcientiam, & utilitatem præcipuam) typum, exemplar, & normam; quæ conſtitui compendioſa & utilia, prout judicavi competere animi tui præclari celſitudini, & conforme eſſe acumini ingenii Tui præſtantis & ſublimis, ſuccinctè & ſummatim tradi ea quæ è *Lege* & *Euangelio*, cæteríſque libris veteribus & novis collecta complexus ſum libro hoc meo quem compoſui, quod ad methodum, rebus inveſtigandis præſtantiſſimum; quod ad doctrinam, veriſſimum; cum in ipſo aſſecutus terminum qui prudenti gratus ſit, & intellectu prædito ſufficiat, eâque Tibi & fratribus tuis evidentiâ (res) explicui, quæ nobis Tibique præmii & boni conſequendi cauſa ſit.

Sic

جميع ما يرضيه ولا افرزك من حوله بما
يستقصيه فهمت ما امرت برسمه لك اسعدك
الله بلبوس الفضيلة وطهرك من الترذي
باطمار الرذيلة في معرفة التواريخ الكلية من
عهد ادم الي سني الهجرة الاسلامية
وبرهنت ذلك علي ممر الشهور والدهور والاعوام
لتستغني بمعرفته عن سوالك لكل احد من
الخاص والعام ورسمت لك انهج الله لك افسح
السبيل الي السعادة وعرفك في كل حين ابلغ
العلم والافادة رسما وانموذجا وكبدا وجعلته
مختصرا مفيدا بقدر ما رايته مشاكلا لعلو نفسك
الشريفة ومطابقا لذكا فطنتك العالية المنيفة
من الايجاز والتقريب مما تمتد من التوراة
والانجيل وباقي الكتب القديمة والمدونة
وضمنته لكتابي هذا وجعلته خير مطلبا
واصدق مذهبا وبلغت فيه مبلغا يرتضيه
ذو لب ويكتفي به ذو فهم واوضحت لك
ولاخوانك ايضاحا يوجب لنا ولك اجرا
وخيرا ⁘

قال

قال سعيد ابن بطريق المتطبب اول ما نبتدي
بحمد ربنا وباريئنا وخالقنا ومحيينا جل ثناؤه
ان كان حمد تقدس اسمه متفاضلا لجميع الكتب
والرسايل وفضائله عز وجل العون لنا عن ذلك
بجميل عادته والمجد لله اهل المجد ووليه
والراجي به شكرا من عباده مقدر الاشيا من
قبل كونها ومدبرها من بعد حدوثها الذي
جعل الرحمة والعدل من سنن الحق وامر بهما
وجعل الفسق والجور من سبيل الباطل ونهى
عنهما الذي لم يجبر علي عباده بفعل يتجاوز
وسعهم ولم يقدر علي خلقه مما تضعف عنه
طاقتهم بل جعلهم لافعالهم مختارين ولامالهم
مدبرين ولامورهم مكتسبين واعانهم علي ذلك
من فضيلة التمييز والروية ولطيف التفكير
والمعونة بما ركبه فيهم من جوهرية العقل الذي
صيره سببا داعيا لثبوت الحجة عليهم ومحجة
مودية الي الدلالة لهم ايثارا لصلاحهم وتعطفا
عليهم فالحمد لله المنفرد بالوحدانية
فهو

Sic ait, SAID EBN BATRIK Medicus. Initium capiemus à laude Domini noſtri & Creatoris qui nos condidit, & in vitam perduxit, cujus fama glorioſa eſt, cùm ipſius laus (ſanctificetur ejus nomẽ) clavis ſit omnium librorum & tractatuum. Ipſum (potentiſſimum & glorioſiſſimum) rogantes, ut opem nobis conferat ad illud præſtandum, pro bonitate ſua conſueta. Gloria ergò *Deo*, qui gloriâ dignus eſt ejuſq; Dominus, & ob quam gratias expectat à ſervis ſuis, qui res decrevit antequam eſſent, eáſq, gubernat poſtquam productæ ſint; qui miſericordiâ & juſtitiâ è viis veritatis conſtitutas præcepit; nequitiam autem & injuſtitiam è viis falſi vetuit: qui non cogit ſervos ad faciendũ quicquam quod vires ipſorum excedit; neque præſtituit creaturis ſuis opera quibus impares ſunt vires ipſarum, verũ ipſas actionum ſuarum arbitras, operúmque ſuorum moderatrices, ac rerum ſuarum adminiſtras conſtituit; atque ad hoc illas inſtruxit excellentiâ judicii & conſilii, ac bonitate deliberationis & ſcientiæ, ope ejus quod indidit ipſis de natura intellectûs; quem fecit cauſam impellentem ad confirmandum contra ipſos argumentum, & viam quæ ipſos compotes directionis faceret, quod ipſis commodum eſt eligens, & miſericordiâ erga ipſos propéndens. Laus ergo *Deo* qui individuus eſt ratione unitatis ſuæ, quique (potentiſſimus

&

& glorioſiſſimus) ob eſſentiam ſuam, ſapientiam, & vitam æternas, dignus eſt laude & celebratione, meretúrque gloriam & exaltationem; qui nihil in lege ſua poſuit ambiguum, quod dubitandi anſam præberet, neque in præceptis ſuis incertum, quod diſſenſionem pareret; ſed ipſa conſtituit perſpicua & manifeſta populis, non obſtante nationum & regionum diſcrepantiâ, & ſcientiam claram omnibus gentibus, quantumlibet ſermone & dialectis invicem diſtinctis, per revelationem Prophetis ſuis & Apoſtolis [*factam*] & quæ miſit ad ipſos miracula ſignáque tremenda ad cultum ſuum invitans; & benignum aſpectum ei qui ipſi crediderit promittens; exitum verò peſſimum, ei qui ab ipſo ſe averterit ipſúmq; negaverit, minatus. [*celebretur inquam*] laude quæ majorem Ipſius beneficentiam provocet & acceſſum ad Ipſum præſtet. Ipſum rogo, Ipſi ſupplico, ut ſinceras reddat intentiones noſtras ad amplectendum quod ipſi gratum ſit, & convertat intimos affectus noſtros ad illud quod obſequium Ipſi præſtandum promoveat, & conſequi nos faciat gradum ſibi propinquum.

Hæc hactenus. Quicunque non habuerit notitiam fundamenti alicujus ſcientiæ, de qua ſermonem inſtituere velit, ut inde deducat quas ipſi viſum fuerit conſequentias, quarum etiam cognitioni

فهو عز وجل بجوهره الابدي وحكمته القديمة وحياته
الازلية مستحق الحمد والثنا ومستوجب
المجد والسنا الذي لم يجعل في ناموسه شبهة
تقتضي شكا ولا في شريعته ارتيابا يوجب اختلافا
بل جعله واضحا بينا للشعوب علي اختلافهم
بالاسباب والجهات وعلما ظاهرا لسايـر
الامم علي تباينهم في الكلام واللغات بما اظهر
علي يدي انبيايه ورسله وما بعثه اليهم
من المعجزات ومهولات الايات ودعا الي دينه
ووعد بجميل النظر لمن امن به واوعد بسو المنقلب
لمن انحرف عنه وجحده مما يمتري من المزيد
لاحسانه ويقتضي الزلفة لديه واياه اسل
واليه ارغب في خلوص نياتنا لقبول ما
يرضيه وصرف طوياتنا الي ما يعود الي
العمل بطاعته ويكسبنا التقرب منه
برافته ❊

اما بعد فان كل من لم يكن له معرفة
باصل علم من العلوم التي يريد ان يتكلم
فيها لمنتج منه نتيجة يريده وكانت معرفته

ايضا اصلا في فرع لذلك العلم لا عن اصل
يرجع اليه كان كلامه واكاجه هذرا وهذيانا
وصار تعبه وعناؤه في ذلك هزلا ولعبا وقد ضرب سيدنا
ومخلصنا في الجيلسة المقدس مثالا فقال
من بنا داره علي الرمل فاحدر ريح تمر بها تسقطها
واذا هتبلان من الما يجوز بها يهلكها
ومن بنا داره علي الصخر فلا الرياح تسقطها
ولا هتبلان الما يهلكها فهذا قياسنا ومثالنا لمن
يلهم لان كل من تكلم في اي علم كان
من غير اصل يرجع اليه ويستند عليه كان
مريح الاضلال وينقطع وشبكنا كالباني
داره علي الرمل ومن تكلم في اي علم كان
عن معرفة باصل ذلك العلم كان كلامه
سديدا خيرا واضحا وطيبا لانه تكلم عن
اصل يرجع اليه ويستند عليه كالباني داره علي
الصخرة وقد تكلم في ذلك افلاطون وارسطاطاليس في
كتب المنطق وغيرها في اصول العلوم وحدودها
واصول الحساب وحدوده وكيف سبيل المتعلم اذا اراد
الدخول علي معرفة اي علم اراد معرفته بكلام كثير في
هذا

nitioni, cùm ſit propago ejuſdē ſcientiæ, nō ſubeſt aliud aliquod fundamentū ad quod ſubinde recurratur, erunt ſermo & ratio concludendi ipſius vana & futilis, labórque & ſtudium ei rei impenſum fruſtranea & ridicula. Parabola autem, quam edidit Dominus & Servator noſter in Evangelio ſuo ſancto, dicens, *Si quis domum ſuam ſuper arenā ſtruxerit vel tenuiſſimus ventus pertranſiens ipſam dejiciet, & minimus aquæ torrens ipſam diruet: Quòd ſi eam ſuper petram ædificaverit, neque à ventis dejici, neque à torrente ſubverti poterit*, regula eſt & exemplum intelligenti. Quiſquis enim locutus fuerit de aliqua ſcientia ſine fundamento ad quod reſpiciat, cuiq; innitatur, ſubitò incaſſum cedet, & quàm citiſsimè deficiet, inſtar ædificantis domum ſuam ſuper arenam; at ſi quis de ſcientia aliqua, percognito priùs ipſius fundamento, loquatur, futurus eſt ſermo ipſius verus, luculentus, perſpicuus, firmus, quoniam locutus eſt ſubſtrato fundamento, quod reſpiciat, cuique innitatur, ut cùm quis domum ſuam petræ ſuperſtruxerit. Porrò in hanc ſententiam multa dixerunt *Plato* & *Ariſtoteles* in libris Dialecticis, aliiſque, de fundamentis ſcientiarum earúmque definitionibus, et Arithmetices fundamentis ac definitionibus, et quam rationem tenere debeat ſtudioſus, cùm peritiam cujuſvis tandem ſcientiæ acquirere velit, fusè quæ huc ſpectant explicantes

plicantes et exponentes, quæ, non opus est nobis (ne longior evadat liber iste noster) repetere. Cùm autem, his in præfatione libri mei præmissis, dixerim oportere quemlibet qui loqui velit de cognitione alicujus scientiæ, ejusdem fundamenta callere, cùm (inquam) hæc ita se habeant, necesse est ut substernamus ei quod postulâsti fundamentum ad quod recurratur, cuiq; innitaris. Manifestò certè & plurimum inter se discrepant homines in historia, quod autem mihi hac in re, post disquisitionem longam & laborem multum, compertum est, illud est quod ex iis quæ in Lege cæterisque indubitatæ fidei libris exhibitum, explicatione justâ & sufficienti explicaturus sum, adjunctis ei narrationibus succinctis, compendiosis quo sit tibi liber iste meus per se sufficiens, faciátq; ne opus sit ad quemvis alium, rei alicujus in historia cognoscendæ gratiâ, recurrere. Propositum autem est ordiri ab initio, quo Deus *Adamum* condidit usque ad tempus hoc nostrum, ut sit ejus cognitio tibi manifesta. In *Deo* autem est auxilium & vires & potentia, quæ opem nobis ferant ad omnia quæ quæruntur percipiẽda, & directio ad illud, quo prosperentur res nostræ, obsequium ipsi præstandum, & beneplacitum ipsius adimplendum, cum ipse sit omnipotens. *Laus ergo Deo, Domino creaturarum.*

CREAVIT

هذا المعني بما قد شرحوه وفسروه وليست بنا حاجة
الي ذكر ما شرحوه لئلا يطول كتابنا هذا
فان قد قدمت في صدر كتابي هذا وقلت ان
كل من اراد ان يتكلم في معرفة علم من
العلوم فينبغي له ان يكون باصل ذلك العلم
عالما فانه اذا كان ذلك كذلك وجب ضرورة
ان نصنع لما سالته اصلا يرجع اليه ويعتمد عليه
وقد اختلف الناس في التاريخ اختلافا متباينا
كثيرا والذي صح عندي من ذلك بعد بحث
طويل وتعب كثير هو ما ابينه مما هو في التوراة
وغيرها من الكتب الصحيحة وسوف اشرحه شرحا
كافيا شافيا واضمنه اخبارا وجيزة مختصرة حتي
يكون كتابي هذا مكتفيا بنفسه عن ان يرجع
الي احد في علم شي من التاريخ مستغنيا والسر فيه
ان ابتدي من اول ما خلق الله ادم الي عصرنا
هذا لتكون معرفة ذلك عندك واضحة وبالله
التاييد والحول والقوة معيننا علي ادراك كل طلبة
والتوفيق لما فيه صلاح امورنا عن عمل طاعته وعقد
مرضاته اده علي كل شي قدير ❊

ان

ان الله عز وجل خلق الدنيا بما فيهما وادم
وحوي في ستة ايام وكان خلق ادم في اليوم
السادس وبارك الله في اليوم السابع لان فيه اكمل
الله الخلق وادخل ادم وحوي في الفردوس
وامرهما ان ياكلا من جميع الاشجار ما خلا شجرة
المعرفة فلا ياكلا منها فوسوس الشيطان لحوي
فخالفت ما امرها الله تعالي به فاكلت من
الشجرة واطعمت ادم منها فلما عصيا ربهما اخرجهما
من الجنة في ساعة هاعات من يوم الجمعة علي جبل
من جبال الهند واسكنهما الارض وامرهما ان يتناسلا
ليكثرا ويملئا الارض ووقع ادم علي حوي فحملت
وولدت غلاما وجارية فسمي الغلام قاين وسمت الجارية
ازرون ثم حملت وولدت غلاما وجارية فسمت الغلام هابيل
وسمت الجارية اوبن وبالرومي لغورا فلما كبرا الغلامان
قال ادم لحوي ليناخذ قاين اوبن التي ولدت
مع هابيل وليناخذ هابيل ازرون التي ولدت مع
قاين فقال قاين لامه حوي انا اخذ اختي
وياخذ هابيل اخته لان ازرون كانت احسن
من اوبن فلما سمع ادم هذا الكلام شق عليه جدا
وقال

CREAVIT *Deus*, Potentissimus, gloriosissimus, mundum cum iis quæ in eo sunt, nec non *Adamum* & *Evam*, sex diebus. Creatus est autem *Adam* die sexto, benedixitque *Deus* diei septimo, quoniam in eo opus Creationis absolvit. *Adamo* autem & *Evæ* in Paradisum intromissis præcepit, ut de omnibus arboribus comederent, exceptâ arbore scientiæ, de ea verò ne comederent. Tentante autem *Evam* diabolo, transgressa est illa mandatum *Dei*, & comedit de arbore ista, ac comedendum de ea præbuit *Adamo*. Cùm ergo in Dominum suum rebellâssent, expulit ipsos è Paradiso, horâ nonâ diei *Veneris*, in quendam è montibus *Indiæ*, collocatósq; in terra jussit sobolem procreare, quò multiplicarentur, & implerent terram. Congressus ergo est *Adam* cum *Eva*, quæ, cùm concepisset, peperit puerum & puellam; puerum appellavit *Kain*, puellam *Azrun*. Tum rursus concipiente *Evâ*, ac puerum & puellam enixâ, puero nomen imposuit *Abel*, puellæ *Owain*, quæ *Græcè Laphura*. Cùmque jam provectiores facti essent pueri, dixit *Adam Evæ*, ducat *Kain Owain*, quæ unà cum *Abele* nata est. *Abel* autem *Azrun*, quæ cum *Kaino* nata: Dixit autem *Kain* matri suæ, ducam ego sororem meam, & ducat *Abel* sororem suam. Quippe pulchrior erat *Azrun Owainâ*. Quod cùm audisset *Adam*, malè admodum ipsum habuit, dixítque

dixítque, Hoc eſt contra præceptum, ut ſororem tuam gemellam ducas. Et fuit *Cain* agricola, *Abel* paſtor *ovium*. Dixítq; illis *Adam*, accipite de fructibus terræ, & de fœtu ovium, & conſcenſo montis hujus ſacri faſtigio offerte munera veſtra, deinde uxores veſtras accipietis. Attulit ergo *Kain* de fructibus terræ in oblationem *Deo*, optimos, ſelectiſſimos: *Abel* è primogenitis ovium ſuarum optima & ſelectiſſimas. Interea autem dum cacumen montis aſcenderent, indidit Satanas (*in mentem*) *Kaino*, ut fratrem ſuum *Abelem* occideret, ſororis ſuæ *Azrun* gratiâ. Ideóque non acceptam habuit Deus oblationem *Kaini*. Quare magis in *Abelem* irâ & æſtu commotus *Kain*, invidit fratri ſuo, cúmque de monte deſcendiſſent, in ipſum irruens, ac lapide caput ejus feriens, ipſum interfecit. Summo ergo mœrore affecti *Adam* & *Eva* centum annos *Abelem* lugebant. Maledixit autem Deus *Kaino* & ſoboli ipſius; fuítque *Kain* pavidus, trepidus, ac errabundus omnibus vitæ ſuæ diebus. Et expulit ipſum *Deus*, dum adhuc *cœlebs* eſſet, in (regionem) *Nud*. Cepit ergo *Kain* ſecum ſororem ſuam *Azrun*. inde congreſſo *Adamo* cum *Eva*, concepit illa, cùm *Adamo* anni eſſent ducenti triginta, peperítq; puerum quem *Sethum* appellavit. Fuítque *Seth* pulchrâ facie, fortis, ſtaturâ perfectâ inſtar patris ſui: ipſéque pater Gigantum qui ante diluvium fuerunt.

Cúmque

وقال هذا خلاف الوصية ان تاخذ اختك التي ولدت
معك وكان قاين فلاحا للارض وكان هابيل راعي غنم
فقال لهما ادم كل من اثمار الارض ومن اولاد الغنم واطلعا
الي راس هذا الجبل المقدس وقربا قربانكما وحينئذ
تاخذ ادهما اكما فجاب قاين من ثمرة ارضه بقرابين لله
طيبة دقيقة وجاب هابيل من ابكار غنمه بقرابين لله مرضية
طيبة دقيقة فبينما هما طالعان الي راس الجبل ان دخل
الشيطان في قاين ان يقتل اخاه هابيل من اجل دررن
اخته ومن اجل هذا لم يقبل الله قربان قاين فلما قدما
قرابينهما قبل الله قربان هابيل ولم يقبل قربان قاين
فازداد قاين علي هابيل غضبا وحنقا وحسد اخاه فلما
نزلا من الجبل شد قاين علي هابيل فضرب راسه بحجر
فقتله فاشتد حزن ادم وحوي وناحا علي هابيل مايه
سنة ولعن الله قاين وولده وكان قاين فرحا مرتعشا هاهما
ايام حياته وطرحه الله في عزبه في نود واخذ قاين ازرون
اخته معه وكان مسكنه هنالك ثم وقع ادم علي حوي امراته
فحملت بعد ان اتا علي ادم مايتين وثلاثون سنة فولدت
غلاما فسماه شيث وكان شيث صبيح الوجه جبارا تام
الخلق مثل ابيه وهو ابو الجبابرة الذين كانوا قبل
الطوفان

الطوفان فتزوج ادم لشمث اوجن اخت هابيل وولد له منها
انوش وولد لانوش قاينان وولد لادم بعد ذلك اولاد كثير
فلما قرب موت ادم دعا ابنه شيث وانوش ابن شيث
ومهلاييل ابن قينان واوصاهم وقال لهم تكون هذه
الوصية في اولادهم ان امت فحنطوا جسدي بالمر واللبان
والصاعقة واجعلوني في مغارة الكنوز والذي يكون
من اولادكم في ذلك الزمان عند خروجكم من حول
الفردوس ياخذ جسدي معه واجعلوه في وسط الارض لان
من هناك يكون خلاصي وخلاص كل اولادي
فجميع ما عاش ادم تسعماية وثلاثون سنة ومات ادم
يوم الجمعة في اربعة عشر ليلة من الهلال في ستة ايام من
نيسان وهو برموده في تسع ساعات من يوم الجمعة وفي
الساعة التي اخرج فيها من الفردوس فلما مات ادم حنطه
ابنه شيث كما امره وطلع بجسده الي راس الجبل
ودفنه في مغارة الكنوز وناحوا عليه ماية واربعون
يوما فلما اتت علي شيث مايتين وخمس سنين ولد له
انوش ومن بعد موت ادم افترقت قبيلة شيث
من قبيلة قابين اللعين واخذ شيث ابنه انوش
بكره وقينان ابن انوش ومهلاييل ابن قينان
وسما

Cúmque *Setho* dediſſet *Adam* in uxorem *Owain*, *Abelis* ſororem, natus eſt ipſi ex illa *Enoſh*; natúſque eſt *Enoſho*, *Kainan*. Nec non *Adamo* poſtmodùm liberi complures. *Adamus* antea, appropinquante jam morte ipſius, convocatis filio ſuo *Setho*, *Sethíq*; *Enoſho*, *Enoſhi Kainano*, & *Kainani Mahlaliele*, præcepit, dicens ipſis, Sit hoc mandatum omnibus filiis veſtris. Vbi mortuus fuero, corpus meum myrhâ, thure, & caſſiâ conditum reponite in ſpelunca *Alcanuz*: & quicunque fuerit è filiis veſtris eo tempore cùm è confiniis Paradiſi abeundum vobis ſit, corpus meum ſecum ſublatum ponat in medio terræ, quoniam inde futura eſt ſalus mea, & ſalus omnium filiorum meorum. Totum autem vitæ *Adami*, ſpatium erat nongentorum triginta annorum, ac mortuus eſt die *Veneris*, Lunâ decimâ quartâ, ſexto *Niſan* (qui eſt *Barmudah*) horâ nonâ dici *Veneris*, quâ etiam horâ è Paradiſo pulſus eſt. Mortuum ergò *Adamum* pollinxit, juxtà ipſius mandatum, filius ejus *Seth*, corpúſque ejus ad faſtigium montis ſublatum in ſpelunca *Alcanuz* ſepelivit: ipſúmque centum quadraginta dies planxerunt.

Setho, cùm ducentorum & quinque annorum eſſet, natus eſt *Enoſh*. Poſt mortem autem *Adami* ſubduxit ſe familia *Sethi* à familia *Kaini* maledicti. *Seth* ergò, aſſumptis ſecum filio primogenito *Enoſho*, & *Kainano Enoſhi* f. & *Mahlaliele Kainani*, unà

cum uxoribus & liberis ipſorum, traduxit in montis faſtigium, ubi ſepultus eſt *Adam*, *Kain* verò, omnéſque ipſius filii infra ſubſtiterunt in valle ubi occiſus eſt *Abel*.

Coluerunt autem filii *Sethi* in iſto monte puritatem & ſanctimoniam, vocem Angelorum, à quibus prope aberant, audientes, unáque cum ipſis Deum laudantes & celebrantes; appellatíque ſunt ipſi cum uxoribus & liberis ſuis, *Filii Dei*. Neque erat ipſis opificium, nec ſeges, nec meſſis; ſed victum præbebant arborum fœtus: nec ullus apud ipſos locus invidiæ, injuſtitiæ, aut mendacio; juramentum ipſorum erat, *Non, per ſanguinem Abeli*. Quotidiè autem faſtigium montis ſancti conſcendentes, proni Deum adorabant, & corpus *Adami* (viſendo) benedictionem captabant. Cúmque jam appropinquaret *Sethi* mors, filios ſuos per *Abelis* ſanguinem adjuravit, neminem ex ipſis de monte iſto ſancto deſcenſurum, nec permiſſuros ſe ut quiſpiam è liberis ſuis ad *Kaino* maledicto prognatos migraret. Totum ergò quod vixit *Sethus* erat annorum nongentorum & duodecim. *Enoſho*, cùm annorum eſſet centum & nonaginta, natus eſt *Kainan*; cujus tempore conficiebant filii *Kaini* meledicti tympana, cymbola, barbita & inſtrumenta muſica, primíque ferrum & æs elaborabant, quæque ex ipſis conficiuntur omnia: taber

nacula

ودماهم واولادهم واصعدهم الي الجبل الي العلية
حيث دفن ادم فاماقابين وكل اولاده فبقوا اسفل
في البقعة حيث قتل هابيل ❊

وكانوا بنوشيث في ذلك الجبل علي الطهارة
والقدس وكانوا يسمعوا اصوات الملايكة لانهم كانوا
بالقرب منهم وكانوا يسجدون ويهللون مع الملايكة
فسميوا اولاد الله هم ودماهم وابناوهم ولم يكن لهم
مل ولا زرع ولا حصاد انما كان طعامهم من اثمار
الاشجار ولم يكن عندهم حسد ولا بغي ولاكذب وكان
امامهم لاودم هابيل وكانوا في كل يوم يطلعوا
الي راس الجبل المقدس ويسجدون قدام الله
ويتباركون بجسد ادم فلما قرب موت شيث استحلف
اولاده بدم هابيل ان لا ينزل احد منهم من هذا
الجبل المقدس ولايتركون احد من اولادهم ينزل
الي اولاد قاين اللعين فجميع ما عاش شيث تسعماية
واثنا عشر سنة وانوش بعد مماية وتسعين سنة
ولدله قينان وفي ايامه اتخن اولادقايين اللعين
الطبول والصنوج والبرابط والمعازف وهم
اول من عمل الحديد والنحاس وكلما يتخذ منهما
وبنوا

وبنوا القباب وسكنوا فيها وفي تلك مايه هنه
من حياة انوش قتل قاين اللعين ابن ادم قاتل
اخيه هابيل وذلك ان السابع من ولد قاين اسمه لامخ
كان راعي قرما بسهم وهو يلعب فاصاب قلب جده
قاين وقتله وكان قاين يدور في الغابة لانه كان
خايفا لايقف في موضع واحد ثمات قاين اللعين
وكانت حياته تسعماية وثلاثون سنة ٭
فجميع ما عاش انوش تسعماية وخمس سنين
وقينان بعد مايه وسبعين سنة ولد له
مهلالاييل فلما قرب موت قينان دعا مهلالاييل
واستحلفه بدم هابيل الا يترك احد من اولاده
ينزل من الجبل الي اولاد قاين اللعين فجميع ما
عاش قينان تسعماية وعشره سنين ومهلالاييل
بعد مايه خمسة وستين سنة ولد له يارد وفي
مايه خمسة وثلاثون سنة من حياة مهلالاييل
مات قينان فدفن في مغارة الكنوز ولما قرب
موت مهلالاييل دعا يارد واستحلفه بدم هابيل الا
يترك احد من اولاده ينزل من الجبل الي اولاد قا
ين اللعين القاتل فكان جميع ما عاش
مهلالاييل

nacula etiã ſixerunt in quibus degerent. Porrò anno vitæ *Enoſhi* trecenteſimo occiſus eſt *Kain* maledictus, *Adami* filius, qui fratrem ſuum *Abelem* interfecit. Septimus enim è poſteris *Kaini*, nomine *Lamech*, qui paſtor fuit, ſagittâ, quàm inter ludendum jecit, corde avi ſui *Kaini* transfixo, ipſum interfecit; *Kain* ſcilicet in nemore circumvagabatur, utpote qui conſternatus uno in loco non conſiſteret. Mortuus eſt ergo *Kain* maledictus cùm annos ſeptingentos & triginta vixiſſet. Totum autem vitæ *Enoſhi* ſpatium erat annorum nongentorũ & quinq;. *Kainano* verò cùm annorum eſſet centũ & ſeptuaginta natus eſt *Mahlaliel*. *Kainan* ergò, appropinquante jam morte, accerſitũ *Mahlalielem* adjuravit per *Abelis* ſanguinẽ, non permiſſurũ ſe ut è liberis ſuis quiſpiam, de monte ad *Kaini* maledicti poſteros deſcenderet. Tota autem *Kainani* ætas annorum erat nongentorum & decem. *Mahlalieli* jam annorum centum ſexaginta quinq; natus eſt *Iared*, annóque centeſimo triceſimo ætatis *Mahlalielis*, mortuus eſt *Kainan* & ſepultus in ſpelunca *Canuz*. *Mahlaliel* autem appropinquante jam morte ipſius filium ſuum *Iaredum* accerſitum per ſanguinem *Abelis* adjuravit, ne permitteret ut è natis ipſius quiſpiã de monte ad poſteros *Kaini* maledicti homicidæ deſcenderet. Totum ergò quod vixit

Mahlaliel

Mahlaliel, ſpatium annorum erat octingentorum nonaginta quinque. *Iaredo*, cùm annorum eſſet centum ſexaginta duorum, natus eſt *Enoſh*. Quod ad poſteros autem *Kaini* homicidæ, adhinniebant viri mulieribus inſtar equorum, eodemq; modo abſq; pudore viris fœminæ, ſcortantes, aliiq; cum aliis turpia patrantes, palámq; congredientes, eadé cum fœmina viris duobus aut tribus rem habentibus, erántque vetulæ juvenibus ſalaciores; patres cum filiabus, juvenes cum matribus ſuis Venere promiſcuâ utebantur, adeò ut nec liberi patres ſuos, nec patres liberos dignoſcerent, omnibus interim inſtrumentis muſicis utebantur, adeo ut clamoris & luſus ipſorum ſonus ad faſtigium montis ſancti aſcenderet; quem cùm audiviſſent *Sethi* poſteri, convenerunt ex ipſis centum viri ut é monte ad poſteros *Kaini* maledicti deſcenderent, quos juramento per ſanguinem *Abelis* obſtrinxerat *Iared*, ne de monte ſancto deſcenderent; ipſi tamen, dictum ejus nihil morati, deſcenderunt: cúmque deſcendiſſent filias *Kaini* maledicti ſpecie pulchras & ſine pudore nudas conſpicientes, cupidine exarſerunt: eos ſimiliter conſpicientes *Kaini* filiæ, viros ſpecie pulchrâ ſtaturâ giganteâ, ipſos ferarum inſtar inſilientes corpora eorum inquinárunt, atque ita cum filiabus *Kaini* ſcortando perierunt filii *Sethi*. Pepererunt autem

filiæ

مهلالايل ثما نماية خمسة وتسعون سنة ويارد بعد ماية
اثنين وستون سنة ولد له اخنوخ واما اولاد قايين
القاتول فكان الرجال منهم مثل الخيل يصهلون
خلف النسا وكان النسا خلف الرجال مثل
ذلك بلا حيا وكانوا يزنون ويفسقون بعضهم
ببعض وقدام بعضهم بعض علانية وكان يجتمع
علي الامراة الرجلان والثلاثة وكان العجايز
منهم اشبق من الشباب والابا علي بناتهم والشباب
علي امهاتهم وما كان اولادهم يعرفون ابايهم
ولا الابا يعرفون اولادهم وكانوا يلعبون بكل الة
من الات اللهو فصعد صوت صياحهم ولهوهم الي
راس الجبل المقدس فلما سمع بنو شيث الصياح
اجتمع منهم ماية رجل لينزلوا من الجبل الي
اولاد قايين اللعين فاستخلفهم يارد بدم هابيل
الا ينزلوا من الجبل المقدس فلم يقبلوا قوله ونزلوا
فلما نزلوا ابصروا بنات قايين اللعين صباح الوجوه
عراة بلا حيا فاحترقوا بالشهوة ونظروا اليهم بنات
قاين انهم رجال صباح جبابرة فركبوهم مثل السباع
ودنسوا اجسادهم وهلك بنو شيث بالزنا ببنات قايين

ولدت بنات قاين اللعين من بني شيث الجبابرة وفي
التوراة يقول ان بني الله ويسمون بني الوهيم لما
نظروا الي بنات قاين حسنات نزلوا اليهم فكانوا
منهم الجبابرة فالذي يغلط ولايدري ما يقول ان الملايكة
نزلوا الي بنات البشر وانما هم بنو شيث نزلوا من الجبل
المقدس الي بنات قاين اللعين لان بني شيث لطهارتهم
وسكناهم في الجبل المقدس كانوا يسموا بني الوهيم اي
بني الله فاما الذين يقولون ان الملايكة نزلوا الي بنات
البشر فيغلطون لان جوهر الملايكة جوهر بسيط وليس
في طبعهم الجماع والانسان جوهر مركب في طبعه
الجماع وكذلك جميع الحيوان ولوكان الملايكة
يجامعون لم يكونوا يتركوا عذري من بنات الناس
الا افسدوهن فلما ارادوا بنو شيث الذين نزلوا من
الجبل الي بنات قايين اللعين ان يطلعوا الي الجبل
المقدس صارت حجارة الجبل نارا فلم يتهيا لهم ان
يعودوا الي الجبل واقبل بعد ذلك قوم بعد قوم ينزلون
من الجبل المقدس الي بنات قايين اللعين
فلما دنا موت يارد دعا ابنه اخنوخ وماتوشالخ
ابن اخنوخ ولامخ ابن ماتوشالخ وذوح ابن لامخ فقال لهم
انظروا

filiæ *Kaini* maledicti, filiis *Sethi* gigantes. In Lege siquidem ait, *filios Dei* (*Bani Elohim* appellatos) *cùm conspexissent filias Kaini pulchras, ad ipsas descendisse, atque ex ipsis prognatos Gigantes.* Qui autem errant, neque sciunt quid dicant, aiunt Angelos descendisse ad filias hominum, cùm (intelligend) sint filii *Sethi* qui à monte sancto ad filias *Kaini* maledicti descenderunt. *Sethiadæ* enim ob sanctitatem suam, & quòd montem sanctum incolerent, appellati sunt *Bani Elohim*, i. e. *filii Dei.* Errant ergò, qui dicunt Angelos descendisse ad filias hominum, cùm substantia Angelorum substantia simplex sit, nec competat naturæ ipsorum *Veneris* ulùs. Homo autem substantiæ compositæ sit, cujus naturæ ejus usus competat, paritérque omnia animantia. Quòd si Angeli (cum mulieribus) congrederentur, nullam uspiam è filiabus hominum virginem, incorruptam reliquissent. Cùm autem vellent filii *Sethi*, qui è monte ad filias *Kaini* maledicti descenderant, in montem sanctum ascendere, facti sunt lapides montis ignis, ita ut nullo modo pateret ipsis in montem reditus. Deinde cœperunt alii post alios de monte sancto descendere ad *Kaini* maledicti filias. Cùm ergò jam appropinquaret *Iaredi* mors, convocatis filio suo *Enocho*, *Enochi Mathusshalecho*, *Mathusshalechi Lamecho*, & *Lamechi Noaho*, dixit,

Cavete ne descendat vestrum quis de monte hoc sancto. Filii enim vestri lapsi sunt & perierunt. Novi autem Deum potentem & glorioſum non relicturum vos in hoc monte sancto. Quisquis ergò vestrum ex hoc loco discesserit, tollat secum corpus *Adami*, unà cum oblationibus istis, ipsúmq; condat ubicunque dixerit ipsi Dominus. Totum autem vitæ *Iaredi* spatium annorum erat nongentorum sexaginta duorum. *Enocho* verò cùm annorum esset centum sexaginta quinque, natus est *Mathuſhalech*; annóq; *Enochi* vicesimo obiit *Seth* die *Martii*, horâ diei nonâ, vicesimo septimo mensis *Ab* (qui est *Meshri*) cùm vixisset annos duodecim ultra nongentos, ipsúmq; myrrhâ, thure, & cassiâ pollinctum sepeliit filius ipsius *Enoſh* in spelunca *AlCanuz* juxta *Adamũ*, plãxerúntq; ipsũ quadraginta dies. *Mathuſhalecho*, exactis annis centũ octoginta septem, natus est *Lamech*: totum autem quod vixit *Mathuſhalech* anni sunt nongenti sexaginta quinq;. Porrò anno quinquagesimo tertio vitæ *Mathuſhalechi* obiit *Enoſh*, die Sabbati occidente jam sole, tertio *Tishrin* prioris, qui idem est ac *Babah*, cùm vixisset annos quinq; ultra nongentos: quem myrrhâ, thure, & cassiâ pollinctum sepeliit filius ipsius *Kainan* in spelunca *AlCanuz*: planxerúntque ipsum quadraginta dies. *Lamecho* exactis annis centũ octoginta duobus, natus est *Noah*; totum ergò

quod

انظروا الا يترل احدكم من هذا الجبل المقدس فامابنوكم
قد سقطوا وهلكوا وانا اعلم ان الله عزوجل لا يتركم
في هذا الجبل المقدس ولكن من خرج منكم من هذا
المكان فلياخذ معه جسد ادم وهذه القرابين ويوديه الي
حيث يقول الله له فجميع ماعاش يارد تسعماية واثنين
وستين سنة واخنوخ بعد ماية تسعة وستين سنة ولد له
ماتوشالخ وفي عشرين سنة من حياة اخنوخ مات شيث
يوم الثلثا في تسع ساعات من النهار في سبعة وعشرين
يوما من اب وهو مشري وكانت حياته تسعماية واثني
عشر سنة وحنطه ادوش ابنه بالمر واللبان والسليخة
ودفنه في مغارة الكنوز مع ادم وناحوا عليه اربعون
يوما وماتوشالخ بعد ماية وسبعة وثمانون سنة ولد
له لامخ فجميع ماعاش ماتوشالخ تسعماية تسعة وستين
سنة وفي ثلاثة وخمسون سنة من حياة ماتوشالخ مات
ادوش في يوم السبت عند مغيب الشمس لثلاث ايام
خلت من تشرين الاول وهو بابة وكانت حياته تسعماية
وخمس سنين وحنطه ابنه قينان بالمر واللبان والسليخة
ودفنه في مغارة الكنوز وناحوا عليه اربعون يوما ولامخ
بعد ماية واثنين وثمانين سنة ولد له نوح فجميع
ماعاش

ماعاش لامخ سبعماية سبعة وسبعين سنة وفي ثلثة
عشر سنة من حياة لامخ اصطفي الله اخنوخ ورفعه اليه
والعرب تسميه ادريس وكان لاخنوخ وقت رفعه الله اليه
ثلثماية خمسة وستون سنة فلما رفع اخنوخ كانوا بنو
قايين اللعين وبنو شيث الذين نزلوا اليهم كل من
اجبه شي وهويته نفسه ومالت اليه عبده وفي احد
وستين سنة من حياة لامخ مات قينان يوم الاربعا نصف
النهار في ثلثة عشر يوما من حزيران وهو بابة فحنطه ابنه
مهلاليل بالمر واللبان والسليخة ودفنه في مغارة
الكنوز وناحوا عليه اربعون يوما فكانت حياة
قينان تسعماية وعشرة سنين ونوح بعد خمس مايه
سنة ولد له ثلاثة اولاد فسما الكبير سيم والثاني
حام والثالث يافث فجميع ماعاش نوح تسعماية
وخمسين سنة وفي اربعة وثلاثون سنة من حياة
نوح مات مهلاليل يوم الاحد في ثالث ساعة من
النهار ليومين خليا من نيسان وهو برمودة
فحنطه ابنه يارد بالمر والسليخة ودفنه في مغارة
الكنوز وناحوا عليه اربعون يوما وكانت
حياة مهلاليل ثمانماية خمسة وتسعون سنة وفي
مايتين

quod vixit *Lamechus* ſpatium annorum fuit ſeptingentorum ſuptuaginta ſeptem: anno autem vitæ *Lamechi* decimo tertio, *Enochum* electum ad ſe ſuſtulit Dominus,(*Arabes* verò ipſum *Edris* vocant) habuítq; *Enochus*,quando ipſum ad ſe recepit Dominus, annos tercentum ſexaginta quinq;.Sublatóq; jam *Enocho*, *Kaini* maledicti poſteri, cum illis *Sethi* filiis qui ad ipſos deſcenderant, unuſquiſque quod ipſi placeret, aut ad quod inclinaret, propenderétq; animus ipſius,coluerunt. Anno autem vitæ *Lamechi* ſexageſimo primo obiit *Kainan*, die *Mercurii* circa meridiẽ decimo tertio *Hazirani*, qui eſt *Babah*;quem myrrhâ thure & caſſiâ pollinctum ſepeliit filius ipſius *Mahlaliel* in ſpelunca *Al-Canuz*; ipſúmq; quadraginta dies planxerunt. Vixítq; *Kainan* annos decem ultra nongentos.*Noaho*, cùm annorum eſſet quingentorum, nati ſunt tres filii, quorum majorem appellavit *Semum*,ſecundũ *Hamum*,tertium *Iaphetum*: Totum autẽ vitæ *Noah* ſpatium fuit annorum nongentorũ quinquaginta, annoq;triceſimo quarto vitæ *Noahi* obiit *Mahlaliel*, die Solis,horâ diei tertiâ exacto *Niſani* (qui idem eſt ac *Barmudah*) ſecundo,quem myrrhâ thure & caſſiâ pollinctum, ſepeliit filius ipſius *Iared* in ſpelunca *Al-Canuz*, ipſúmq; quadraginta dies planxerunt.Vixit autem *Mahlaliel* annos nongentos nonaginta quinque. Porrò anno vitæ *Noahi* ducenteſimo

simo sexto, obiit *Iared*, die *Veneris*, occidente Sole, *Adari* (qui est *Bormahat*) tertio; quem pollinctum sepelierunt, filius ipsius *Mathusalech*, *Lamech* & *Noah*, in spelunca *Al Canuz*; ipsumque quadraginta dies planxerunt; Vixitq; *Iared* annos nongenos sexaginta duos. Porrò anno vitæ *Noæ* quingentesimo quinquagesimo nono obiit pater ipsius *Lamech*. *Lamech* autem ante mortem suam, *Noaho* filio suo accersito, dixit, non sinet te Deus potens, glorioſus, in monte isto Cùm ergo descendes tollas tecum *Adami* corpus unáque tres oblationes, scil. aurum, myrrham, & thus deferas, filiôque tuo præcipe ut mox à morte tua corpus *Adami* sublatum in medio terræ ponat, ibíque ad serviendum è filiis suis quendam constituat, qui sit per totam vitam suam religioſus, cœlebs, neque sanguinem fundat, neque in sacrificium offerat vel volucrem vel feram, sed panem tantùm & vinum; quoniam ab isto loco erit *Adami* salus; induatúrque pellibus ferinis, nec crines radat, nec ungues præsecet, solúsque permaneat: vocabitur enim *Sacerdos Domini*: innuens *Melchisedechum*. Cùm ergò præcepisset (ista) *Lamech* filio suo *Noaho* mortuus est, die Dominico sub occasum solis, *Adari* (qui est *Bormahat*) decimo nono; ipsúmque pollinctum sepeliit *Noah* in spelunca *Al Canuz*. planxerúntque ipsum dies quadraginta.

Fuit

مايتين وستت سنين من حياة نوح مات يارد يوم الجمعة
عند مغيب الشمس في ثالث يوم من اذار وهو برمهات
وحنطه ماتوشالخ ابنه ولامخ ونوح ودفنوه في مغارة
الكنوز وناحوا عليه اربعون يوما وكانت حياة
يارد تسعماية واثنين وستين سنة وفي خمسماية وخمسة
وتسعون سنة من حياة نوح مات ابوه لامخ فدعا
لامخ لابنه نوح قبل موته وقال له ان الله عز وجل
لايتركك في هذا الجبل فان انزلت فخذ معك جسد ادم
وانزل معك الثلثة قرابين وهي الذهب والمر واللبان
واوصي ابنك من بعد موتك ان ياخذ جسد ابينا ادم
ويجعله في وسط الارض ويجلس من اولاده رجلا يخدم
هناك ويكون قاسكا ايام حياته لا يتزوج ولايهرق دما
ولايقرب قربانا ولاطيرا ولاسبعا الاخبزا وخمرا الان من هناك
يكون خلاص ادم ويكون لباسه من جلود السباع
ولا يحلق شعره ولايقص اظفاره ويكون وحده لانه يدعا
كاهن الله اعني بذلك ملشيسداق فلما اوصالامخ
ابنه نوح مات لامخ يوم الاحد عند مغيب الشمس لتسعة
عشر يوما من اذار وهو برمهات فحنطه نوح
ودفنه في مغارة الكنوز وناحوا عليه اربعون يوما

وكانت حياة لامخ سبعماية وسبعة وسبعين سنة وفي
ستماية سنة من حياة نوح مات ماتوشالخ يوم
الجمعة نصف النهار في الحادي والعشرون من
ايلول توت وحنطه نوح وسيم ودفناه في مغارة
الكنوز وناحوا عليه اربعون يوما وكانت حياة
ماتوشالخ تسعماية وتسعة وستون سنة ولم يبق في
الجبل المقدس الا نوح وحده وامراته اسمها هيكل
ابنة ناموسا ابن اخنوخ وثلاث اولاده سيم وحام
ويافث وثلثة نسوة لهم وهم من بنات ماتوشالخ واسم
امراة سيم صليت واسم امراة حام نحلت واسم امراة
يافث اربسيسة فلما كثر الفساد في الارض اختلط اولاد
شيث باولاد قابين اللعين وعملوا المعاصي واستعملوا
الفسق واتكلفوا على الملاهي فاوحي الله الي نوح اني
مرسل على الارض طوفان واهلك كل شي يوجد عليها
وامره ان ينزل من الجبل المقدس هو واولاده وامراته
ونساء اولاده وامره ان يعمل سفينة من خشب مربع
وقال قوم من خشب الساج يكون طول السفينة ثلثماية
ذراعا وعرضها خمسون ذراعا وعلوها ثلاثون ذراعا ويلطخها
من داخل ومن خارج بالزفت والقير ويجعل فيها ثلاث
طبقات

Fuit autem vita *Lamechi* annorum ſeptingentorum ſeptuaginta ſeptem. Porrò anno vitæ *Noæ* ſexcenteſimo mortuus eſt *Mathuſhalech*, die *Veneris* circa meridiem, viceſimo primo *Ilul*, qui eſt *Thut*: quem pollinctum ſepelierunt *Noah* & *Sem* in ſpelunca *Al Canuz*, ipſúmque quadraginta dies planxerunt. Fuit autem vita *Mathuſhalechi* annorum nongentorum ſexaginta novem. Neque jam quis ſuperfuit in monte Sancto præter ſolum *Noahum* ipſiúſque uxorem (cui nomen erat *Haical*) filiam *Namuſæ* filii *Enochi*, cum tribus ipſorum filiis *Semo*, *Hamo*, & *Iapheto*, tribúſque eorum conjugibus quæ è filiabus *Mathuſhalechi* fuere: uxori *Semi* nomen *Salit*; *Hami*, *Nahlat*; *Iapheti*, *Ariſiſah*. Ingraveſcente autem in terra iniquitate, cùm *Sethi* poſteri, *Kaini* maledicti poſteris permiſti, ſcelera committerent, turpia patrantes, & ad ludicra converſi, indicavit Deus per revelationem *Noaho*, Miſſurus ſum in terram Diluvium, & omnia quæ ſuper ea reperientur perditurus: Ipſiq; de monte Sancto, unà cum filiis & uxore, filiorúmque uxoribus, deſcendere juſſo, præcepit ut è lignis quadratis navim extrueret (juxta nonnullos è lignis platani *Indicæ*) cujus longitudo eſſet cubitorum ter centum, latitudo quinquaginta, altitudo triginta; eámque interiùs & exteriùs pice ac bitumine oblitam in tres contignationes

distingueret; quarum infima, feris esset & jumentis; media, volucribus; suprema, ipsi & filiis suis; essétq; porta navis in latere ipsius ad partem orientalem, fieréntque in ipsâ loci aquæ recipiendæ, ac locus cibo. Ingressus ergò *Noah* speluncam *Al. Canuz*, & *Sethi*, *Enoshi*, *Kainani*, *Mahlalielis*, *Iaredi*, *Mathushalechi*, & *Lamechi* corpora deosculatus, corpus *Adami* unàq; oblationes sustulit, ferente *Semo* aurum, *Hamo* myrrham, *Iapheto* thus. Egressi igitur ut è monte sancto descenderent, sublatis ad paradisum oculis flevere, dicentes, *Vale Paradise Sancta*: lapidésque deosculati, ac arbores amplexi de monte Sancto descenderunt; fabricatúsq; est *Noah* navim. Cui indicavit etiam Dominus ut campanam è ligno platani Indicæ conficeret tres cubitos longam, latitudine sesquicubitalem, cujus etiam malleus ex eadem esset materia: quam ter quotidie pulsaret; mane quò ad ipsum congregarentur operæ, deinde ad meridiem, tempore prandii; ac rursus vesperi, cùm discedendum esset: dixítque ipsi; Cùm audientes te campanam pulsantem, dixerint tibi, Quid hoc rei est quod facis? responde ipsis, Immissurus est Dominus Diluvium. Fecit ergò *Noah* omnia quæ jussit ipsum Dominus. Misítque ad eum Dominus ex omnibus animantium genere, scil. pecudibus, volucribus, feris, reptilibus; dicens, Introducas tecum ex illis

qua

طبقات الطبقة السفلي للسباع والبهايم والطبقة الوسطي
للطير والطبقة العليا له ولبنيه ويصير باب السفينة في
جانبها من الناحية الشرقية ويصير فيها امكنة للماء
وموضع للطعام فدخل نوح الي مغارة الكنوز فقبل جسد
شيث وادرش وقينان ومهلالايل وبارد وماتوسالخ
ولامخ وحمل نوح جسد ادم وحمل القرابين فحمل سيم
الذهب وحمل حام المر وحمل يافث اللبان فلما خرجوا
لينزلوا من الجبل المقدس رفعوا اعينهم الي الفردوس
المقدس وبكوا وقالوا عليك السلام ايها الفردوس المقدس
وكادوا يقبلوا الحجارة ويعانقون الاشجار ثم نزلوا من
الجبل المقدس فعمل نوح السفينة واوحي الله اليه بان
يعمل ناقوس من خشب الساج طوله ثلاث اذرع وعرضه
ذراع ونصف وتكون مرزبته منه ويكون يضرب به ثلاث
مرات بالنهار بالغداة لتجمع اليه الصناع ونصف النهار اخري
لوقت الغدا وبالعشي اخري لوقت الانصراف وقال له اذا
سمعوك تضرب بالناقوس وقالوا لك اي شي هذا الذي
تصنع فقل لهم ان الله يرسل الطوفان فعمل نوح كما امره
الله به وبعث الله اليه من كل اجناس الحيوان من الانعام
والطير والوحوش والهوام وقال له الله اولج معك من هذه
ماكان

ماكان منها فقي طاهر سبعة ازواج سبعة ذكرا وانثي
وماكان منها ذي نجس زوجين زوجين ذكرا
وانثي فدخل نوح السفينة وزوجته واولاده ونساء اولاده
وجعل نوح في السفينة جسد ادم وجعله في وسط السفينة
والقرابين فوقه وكان نوح وبنوه في شرقي السفينة
وزوجته وزوجات بنوه في غربي السفينة ليلا تجي
الرجال الي النساء ولاالنساء الي الرجال وحمل معه كلما
امر الله به ان يحمل معه ففتح الله عيون لمياه
فغارت الارض والتقت البحار وامطر الله من السماء
ما وكان الطوفان ولنوح ستماية سنة ولابنه سيم
ماية سنة فاقام الماء يغور من الارض والامطار من السما
اربعين يوما واربعين ليلة فارتفع الماء فوق الارض علي
اعلا جبل في الارض خمسة عشر ذراعا وتعالا الما علي
وجه الارض ماية وخمسون يوما فلم يبق علي الارض
حيوان ولانبات الا هلك فمن ادم الي الطوفان
الفان ومايتان وخمسة وستين سنة
وبعد مايتة وخمسون يوما للطوفان بعث
الله ريحا علي الارض هابة فسكن الما وهدت
العيون واستنع المطر وجعل الماء يذهب
ويقل

quæ inter hæc munda fuerint ſeptem paria, mares ſeptem, & fæmellas totidem: ex immundis autem bina, bina, marem ſcil. & fœminam. Ingreſſus ergò *Noah* navim cum uxore, filiis, filiorúmque uxoribus, corpus *Adami* in navim importatum in ejus medio collocavit, impoſitis ipſi oblationibus. Fuerúntque *Noah* & filii ejus ad partem navis orientalem; uxor verò ipſius & filiorum uxores ad occidentalem; ne viri ad fœminas, aut fœminæ ad viros accederent. Cúmque omnia quæ inferri juſſerat Deus ſecum intuliſſet, aperiente Domino aquarum fontes, ſcaturivit terra, cõmiſſa ſunt maria, pluviámque Deus è cœlo demiſit. Fuítque Diluvium cùm *Noah* annorum eſſet ſexcentorum, filius verò ipſius *Sem* centum. Prorumpente autem è terra aquâ, pluviâque de cœlo, quadraginta dies noctéſque continuos uſque adeo invaluit aqua ſuper terram, ut altiſſimum quí in terra (ſunt) montium quindecim cubitis ſuperaret, terræque ſuperficiem centum & quinquaginta dies operiret, donec non ſupereſſet in terra animal vel planta quin perderetur. Iam ab *Adamo* ad Diluviúm anni erant bis mille ducenti ſexaginta quinque. Poſt dies verò à Diluvio centum & quinquaginta, mittente Deo ventum qui ſuper terram flaret, adeo ut quieſceret aqua, ceſſarent fontes, & coerceretur pluvia, cœpit aqua continue

ſ bſidere

ſubſidere & decreſcere uſque ad menſem ſeptimum. Menſis autem ſeptimi, ſcil. menſis *Ilul* (qui idem eſt *Thut*) die decimoſeptimo reſedit navis ſuper monte dicto *Ararat*, qui eſt mons *Alluda*, in *Muſal*, in regione *Diarrabiæ*, in vico appellato *Korda*; vocatur autem hodie Terra *Thamanin*, & Inſula *Bani Omar*. Cúmque non ceſſaret aqua decreſcere & ſubſidere uſque ad menſem decimum, primo die menſis decimi apparuere montium juga, deinde poſt quadraginta dies, apertâ navis portâ, emiſit *Noah* corvum ad explorandum num exiccata eſſet aqua à ſuperficie terræ, qui abiens reverſus non eſt. Miſit ergò columbam, quæ ſine mora reverſa eſt pedibus aquâ madentibus, unde cognovit *Noah* adhuc eſſe aquam ſuper terram. At poſt ſeptem dies cùm mitteret rurſus columbam, ea ad ipſum veſperi, in ore folium olivæ gerens, reverſa eſt. Tum ubi ſeptem adhuc dies expectâſſet, columbam iterum emiſit, quæ ad ipſum non rediit. Cùm ergò poſt hæc ſeptem dies moratus, navis portam aperuiſſet, proſpexit, & ecce terra herbam viridem produxerat, & ab ipſa receſſerant aquæ. Egreſſus eſt ergò *Noah* è nave cum filiis ſuis, *Semo*, *Hamo* & *Iapheto*, ſuáque & filiorum uxoribus, omnibúſq; quæ in navi cum ipſo fuere animantibus, poſt duos ultra annum menſes, die decimoſeptimo menſis

ويقل وينقص حتي الشهر السابع فاستقرت السفينة
في الشهر السابع في سبعة عشر يوما من الشهر وهو
شهر ايلول وهي تورت علي جبل يقال له اراراط وهو جبل
الجودي بالموصل بارض ديار ربيعة في قرية يقال
لها فردا وتعرف اليوم بارض ثمنين وبجزيرة بني عمر
وجعل الما ينقص ويذهب الي الشهر العاشر وفي اول
يوم من الشهر العاشر تبين روس الجبال. بعد هذا
باربعين يوما فتح نوح باب السفينة وبعث الغراب
لينظر هل ذهب الما عن وجه الارض فذهب الغراب
ولم يرجع فبعث الحمامة فلن تلبث حتي رجعت وجليها
مبلولة بالماء فعلم نوح ان الماء بعد علي الارض وبعد
سبعة ايام بعث ايضا الحمامة فرجعت اليه بالعشا
وفي فمها ورقة زيتون واقام ايضا سبعة أيام ثم بعث
الحمامة فذهبت ولم ترجع اليه فاقام نوح بعد هذا
سبعة ايام ثم فتح باب السفينة فنظر فاذا الارض
قد انبتت الخضرة وذهبت عنها الماء فخرج نوح
من السفينة واولاده سيم وحام ويافث وامراته
ونساء اولاده وكما كان معه في السفينة
من الحيوان بعد سنة وشهرين في سبعة عشر يوما

من

من الشهر الثاني وهو نيسان وهو برمودة
فلما خرجوا بنوا مدينة وسموها ثمنيين
على عددهم اي نحن ثمانية نفس
وقال الله عز وجل لنوح لايكون طوفان
بعد هذا ابدا وجعل الله عهدا لنوح وهو
القوس الذي يبين في السحاب وقال الله
لنوح اذا رايتي هذا القوس فانه يكون علامة
العهد ونصب بنو نوح كرما فلما عصروا شرابا
جديدا اعطوا اباهم نوح فشرب وسكر فلما
نام انكشفت عورته فابصرها حام فضحك
واعلم اخوته فاخذ سيم ويافث ازارا فجعلاه
عليهما ومشيا الي خلف ليلا ينظران
عورة ابيهما فغطيا عورة ابيهما فلما انتبه نوح من نومه
قالت له امرته الخبر فغضب على ابنه حام ولعنه
وقال ملعون حام ويكون عبدا لاخوته وبعد هذا
لعن حام جميع الات اللهو فلعن ايضا من هذه
الجهة فصار عبدا لاخوته هو ولاهله الذين هم القبط
والسودان والحبشة ويقال البربر وبعد الطوفان بعشرين
ولد لسيم ارفخشاذ ولسيم مائة وستة وعاش نوح
بعد

اربعون سنة ودفن في بيت داوود وملك بعده ابنه
راجبعام وهو ابن ستة عشر سنة وملك ستة عشر سنة
باورشليم فلما سمع ربعام ابن ناباط ان سليمان
قد مات صعد من مصر الي مدينة ساعير واجتمع بنو
اسرايل الي راجبعام ابن سليمان وقالوا له ان اباك
ساسنا سياسة قبيحة ردية فسهنا انت سياسة حسنة
فنكون لك عبيدا فقال لهم انصرفوا وبعد ثلثة ايام
اجيبكم فشاور اصحابه فقالوا له تقول لهم ان كان
ابي ساسكم سياسة ردية فاني انا اسوسكم
باكمل سياسة واحسنها واخفها عليكم
والطف

propheta, veſtémque ſuam arreptam in duodecim partes cùm ſcidiſſet, *Rabaamo Nabati* filio decem earum tradens, dixit, Regnaturus es tu in decem *Iſraelitarum* tribus. In animo autem *Salomoni* fuit *Rabaamum* morte afficere. Ille ergò ab ipſo fugâ ſe ad *Shiſhakum*, *Ægypti Pharaonem*, proripiens, apud ipſum manſit; qui in uxorem ei conjugis ſuæ ſororem dedit, cui nomen *Atu*, quæque filium ipſi peperit, quem nomine patris ſui appellavit. Prophetârunt tempore *Salomonis*, *Nathan* & *Achia Shilonita*, fuítque Sacerdos ſummus *Sadoc*. Eodem tempore in *Græciâ* floruit *Homerus* Poëta *Græcus*. Obiit autem *Salomon* cùm annos quadraginta regnâſſet, & in *Davidis* domo ſepultus eſt. Ipſi in regno ſucceſſit filius ipſius *Rehoboam*, annos natus ſedecim, qui *Hieroſolymis* annos ſeptendecim regnavit. Porrò audiens *Ieroboam*, *Nabati* filius, mortuum eſſe *Salomonem*, ex *Ægypto* ad urbem *Sair* aſcendit. *Iſraelitæ* autem ad *Rehoboamum Salomonis* filium congregati, dixerunt, Pater tuus malè admodum nos gubernavit, tu autem ſi benè nos gubernaveris ſervi tibi futuri ſumus: Quibus ille, Abite (inquit) & poſtriduum vobis reſponſum reddã. Cùm ergò è ſuis aliquot conſuluiſſet, dixerunt illi, Dicas illis, Si malâ vos ratione rexit Pater meus, ego vos optimâ ac pulcherrimâ, quæque vobis leviſſima futura ſit

&

& placidiſſimâ, recturus ſuni: quod cùm audire nollet, ad mulieres ſuas ingreſſus idem illis dixit, quæ conſilium ipſi dederunt ut hoc modo *Iſraelitis* reſponderet, Si malè vos rexit pater meus, ego vos ita regam ut conventus veſtros diſſipem, & cætus veſtros diſpergam; hoc (dixerunt) illis dicas ne te pro puero habeant, & ipſorum de te præſumptio confirmetur. Quarum conſilium ſecutus, ea *Iſraelitis* dixit quæ ipſæ illi ſuggeſſerant. Illi ergò auditis ejus verbis, à præſentiâ ipſius egreſſi, tumultuati ſunt. Egreſſus ergò ad ipſos *Rehoboam* miſit ad ipſos *Adoniramum* tributorum præfectum, quem illi adeo ut moreretur lapidârunt, fugiente ab ipſis *Rehoboamo Hieroſolyma*. Congregati ergò *Iſraelitæ* Regem ſibi conſtituerunt *Ieroboamum Nabati* filium, atque ita diviſum eſt regnum. Regnavítque *Ieroboam*, *Nabati* filius, in decem tribus; & *Nables*, in qua & habitavit, condidit, necnon *Phanuel*: Regnavit autem *Rehoboam*, *Salomonis* filius, in tribum *Iudæ* & *Benjamin*. Fuerúntque *Rehoboamo*, *Salomonis* fil. bellatores centies vicies mille, multáſq; poſſedit urbes, è quibus *Bethlehem*, *Batſhur*, *Ziph*, *Lahiſh*, *Gath*, & *Azika*, cum omnibus terræ *Iudaicæ* & *Benjaminticæ* urbibus. Fuit matri ipſius nomen *Nanak*, è filiabus *Ammonitarum*, quæ ipſum ad Idola colenda incitavit. At *Ieroboam*, *Nabati* filius, timens

ne

والطف بكم فلم يقبل من اصحابه ودخل الي ذهايه
فقال لهن مثل ذلك فاشاروا عليه ان يقول
لبني اسرايبل ان كان ابي قد ساسكم سياسة رديه
فانا اسوسكم سياسة افرق فيها جمعكم واشتت شملكم
فقالوا له قل لهم هذا ليلا يعتصبوتك ويستحكم اطماعهم
فيك فقبل من النساء وقال لبني اسرايبل بالذي
اشاروا به عليه دهايه فلما سمعوا قوله خرجوا من عنده
وشغبوا فخرج اليهم راجيعام ووجه اليهم بدوديرام
صاحب الخراج فرجموه بنو اسرايبل بالحجارة حتي
مات وهرب راجيعام الي اورشليم واجتمع بنو اسرايبل
وملكوا عليهم ربعام ابن ناباط وانشق الملك فملك
ربعام ابن ناباط علي عشرة اسباط بني اسرايبل
وبنا نابلس وسكن فيها وبنا فانوبل وملك رجيعام
ابن سليمان علي سبط يهوذا وسبط بنيامين وكان
مع راجيعام ابن سليمان ماية الف وعشرون الف
مقاتل وملك مداين كثيرة منها بيت لحم وباشور
وزيف ولاحيش وجات وعزيقا وكل مدينة بارض
يهوذا وبنيامين وكان اسم امه ناثان من بنات العاديين
فحملته امه علي عبادة الاصنام فلما ربعام ابن ناباط
فخاف

فخاف ان يصعدوا بنو اسرايل بالقرابين الي
اورشليم الي بيت الرب ويروا الهيكل فيصورته ويشاوه
الي راجيعام ابن سليمان ملك يهوذا فعمل عجلين من
ذهب وصور واحد في بيت ايل والاخر في باذياس
وصير لهم كهنة من بني لاوي وقال لهم ان هذه الهتكم
التي خلصتكم من يد فرعون فاعبدوها ولا تحتاجوا
تصعدوا الي اورشليم وعمل لهم عيدا عظيما كما يعمل العيد
بارض يهوذا وفي السنة الخامسة من ملك راجيعام ابن
سليمان صعد شيشق فرعون مصر الي اورشليم ومعه اثنين
وعشرين الف رجل منهم سبعة الاف فارس فهرب منه
راجيعام ابن سليمان فاخذ شيشق فرعون مصر كل ذخيرة
من ذهب وفضة في بيت الرب والاقداس الذهب والفضة
التي في قصر الملك وعمل بدلها راجيعام ابن سليمان
نحاسا ووقع بين راجيعام ابن سليمان وبين يربعام ابن
ناباط حروب كثيرة طول ماعاش راجيعام وتزوج راجيعام
بن سليمان ثمانية عشر امرأة وولد له اولاد كثيرة
وتزوج ماخا بنت ابيشالوم فولدت له ابيا واخوته وكان
له ثلاثون سرية فجميع اولاده ثمانية وعشرون ذكورا واناثا
وتنبا في ايام رجيعام ابن سليمان سفيا من غلام
واحيا

ne *Iſraelitæ*, ſicum victimis *Hieroſolyma* ad domum Domini aſcenderent, cùm Templum viderent, in ipſum rebellarent, *Rehoboamáq;*, *Salomonis* filio, *Judæ* Regi traderent, duos vitulos aureos confecit, quorum unum in *Bethel*, alterum in *Banias* poſuit, iiſdémque Sacerdotes è *Levitis* conſtituit, dicens ipſis, Hi ſunt dii veſtri qui vos è manu *Pharaonis* liberârunt, colite ergò ipſos, cùm non ſit opus ut *Hieroſolyma* aſcendatis: quin & feſtum magnum illis inſtituit, ſicut in terrâ *Judæ* fieri ſolebat. Porrò cùm anno *Rehoboami*, *Salomonis* filii, quinto, aſcenderet *Shiſak Pharao Ægyptiacus Hieroſolyma* cum viris vicies & bis mille (quorum ſepties mille equites erant) fugiente ab ipſo *Rehoboamo*, cepit *Shiſhak* omnes auri & argenti theſauros qui in domo Domini fuerunt; necnon ſcuta aurea & argentea, quæ in arce regiâ, quorum loco alia ex ære confecit *Rehoboam*, *Salomonis* filius. Multa autem acciderunt inter *Rehoboamum*, *Salomonis* filium, & *Jeroboamum*, *Nabati* filium, bella, quamdiu in vivis eſſet *Rehoboam*. Porrò duxit *Rehoboam* S. f. uxores octodecim, multóſque genuit liberos. Duxit etiam *Macham*, *Abſolomis* filiam, quæ ipſi *Abiam* fratréſque ejus peperit: fuerunt inſuper ipſi concubinæ triginta; omnes autem ipſius liberi tam mares quàm fœminæ fuerunt viginti octo.

Prophetârunt tempore *Rehoboami S. f. Semaiah Machlamita*, & *Achia Shilonita*, prophetante etiam *Obedo Beitheli* fissum est Altare. Cùm obiisset autem *Rehoboam*, *Salomonis* filius, cum patre suo in domo *Davidis* sepultus est: post ipsum regnante in *Iudam* & *Hierosolyma* filio ipsius *Abiâ* sex annis, idq; anno decimo octavo regni *Ieroboami*, *Nabati* filii, Regis *Israelis*. Acciderunt etiã inter *Abiam* Regem *Iudæ*, & *Ieroboam Israelis* Regem bella multa, ipsum in fugam convertente *Abiâ* Rege *Iudæ*, occicisq; *Israelitarũ* quingenties mille, adeo ut ab *Abia* Rege *Iudæ* timeret *Raboam Israelis* Rex. Mortuus autem *Abia Iudæ* Rex sepultus est in urbe *Davidica*; regnante post ipsum in *Iuda* & *Hierosolymis* filio ipsius *Asâ* annis quadraginta & uno, idque anno regni *Ieroboami*, *Nabati* filii Regis *Israelis*, vicesimo quarto. Matri autem *Asæ* Regis *Iudæ* nomen erat *Naemah Absalomi* filia. Porrò mortuus est *Ieroboam Nabati* filius, *Israelis* Rex, postquam annos viginti quatuor regnâsset; post quem regno *Israelis* potitus est filius ipsius *Nabat* annis duobus, idque anno regni *Asæ* Regis *Iudæ* secundo. *Nabatum* autem adortus *Baasha*, *Ahiæ* filius, *Gibbethoni* ipsum interfecit, omnémque una *Ieroboami*, *Nabati* filii, progeniem. Regnavitque *Baasha Abiæ* filius, in *Israelem* in *Tirsa* annos viginti quatuor; idque anno regni *Asæ* Regis *Iudæ* tertio. Porrò, multa

واخيا السيلوني وعوبيد قتلا في بيت ايل وانشق
المذبح ومات راجيعام ابن سليمان ودفن مع ابيه في بيت
داوود وملك بعده ابنه ابيا علي يهوذا باورشليم ست
سنين وذلك في ثمانية عشر سنة من ملك ربعام ابن
داباط ملك اسرايبل ووقع بين ابيا ملك يهوذا وبين
ربعام ملك اسرايبل حروب كثيرة فهزمه ابيا ملك
يهوذا وقتل من بني اسرايبل خمسماية الف انسان وفزع
ربعام ملك اسرايبل من ابيا ملك يهوذا ومات ابيا
ملك يهوذا ودفن في مدينة داوود وملك بعده ابنه
اسا علي يهوذا باورشليم احد واربعون سنة وذلك في
اربعة وعشرون سنة من ملك ربعام ابن داباط ملك
اسرايبل واسم ام اسا ملك يهوذا اناية بنت ابيشالوم ومات
ربعام ابن داباط ملك اسرايبل وله في الملك اربعة
وعشرين سنة وبعده ملك ابنه داباط سنتين وذلك
في السنة الثامنة من ملك اسا ملك يهوذا فوثب علي
داباط فعشا ابن اخيا في كبعاثون فقتله وقتل
كل نسل ربعام ابن داباط وملك فعشا ابن اخيا
علي اسرايبل في ترسا اربعة وعشرين سنة وذلك
في السنة الثالثة من ملك اسا ملك يهوذا فوقع

بين

بن اسا ملك يهوذا وبين فعشا ملك اسرايل حرب
كثيرة وصار فعشا ملك اسرايل الي ارض يهوذا
وبنا راما فوجه اسا ملك يهوذا الي هداد ابن
جرابل ملك دمشق هدايا كثيرة وكل الذخاير
التي في بيته من ذهب وفضة وجوهر وجعل بعده
النجدة علي فعشا ملك اسرايل فوجه اليه هداد ابن
جرابل بعسكر عظيم نجدة له فخرج مع العسكر فخرب
مدينة عيون وبالي وكل الكفاريات وارض نفتالي
كلها فلما سمع فعشا ملك اسرايل ترك بنيان
راما ورجع الي ترصا فحمل اسا ملك يهوذا الحجارة
والخشب التي اراد فعشا ملك اسرايل يبني بها
راما وبنا بها كل قلعة وحوصف في بنيامين ويخرج
عليه زارح ملك الكوش وهم السودان ومعه الف الف
مقاتل فلقيهم اسا ملك يهوذا ومعه ثلثماية الف من
يهوذا واثنان وخمسون الف من بنيامين فهزم السودان
وقتل منهم مقتلة عظيمة واخذ كلما كان معهم
ومات فعشا ملك اسرايل ودفن في ترصا وملك بعده
ابنه ايلا علي اسرايل في ترصا سنتين وذلك في
سنة وعشرين سنة من ملك اسا ملك يهوذا
وكان

inter *Aſam Iudæ* Regem, & *Baaſham Iſraelis* Regem acciderunt bella. Invadente autem *Baaſhâ Iſraelis* Rege terram *Iudæ*, urbémque *Rama* extruente, multa miſit *Aſa* ad *Hadad*, *Iazaelis* filium, *Damaſci* Regem, munera, omnéſque quos domi ſuæ habuit auri, argenti, ac gemmarum theſauros, opem ab ipſo contra *Baaſham, Iſraelis* Regem petens; quare miſit ipſi *Hadad Iazaelis* filius, exercitum magnum in auxilium; quocum egreſſus urbem fontium & *Bal*, omniáque repoſitoria terrámque *Naphtalim* univerſam devaſtavit: quod cum audiiſſet *Baaſha, Iſraelis* Rex, ab ædificanda *Rama* deſiſtens *Tirſam* reverſus eſt: *Aſa* autem *Iudæ* Rex, compotatis lapidibus & ligniis quibus *Ramam* extruere voluerat *Baaſha*, *Iſraelis* Rex, iis omnes arces ac caſtella in terra *Benjamitica* extruxit. Contráque ipſum cùm egreſſus eſſet *Zarah*, *Cuſhæorum* (qui ſunt *Nigritæ*) Rex, cum militibus millies mille, occurrens ipſi *Aſa Iudæ* Rex cum trecentis de *Iuda* militibus, & de *Benjamine* quinquaginta duobus millibus, *Nigritas* in fugam convertit, magnâ ipſorum ſtrage editâ, captíſque quæ ſecum attulerat omnibus. Mortuus autem *Baaſha, Iſraelis* Rex, in *Tirſa* ſepultus eſt. Poſt quem in *Iſraelitas* duobus annis in *Tirſa* regnavit filius ipſius *Ela*, ídque anno *Aſæ*, Regis *Iudæ*, viceſimo ſexto. *Elæ* autem exercitûs

exercitûs princeps fuit *Omri*, qui *Elam* adortus ipſum interfecit, unáque totam *Baaſhæ*, Regis *Iſraelis*, proſapiam. Erant [tunc temporis] *Iſraelitæ* congregati in *Gibethon* ad bellum alienigenis [inferendum,] quorum, cùm de cæde *Elæ* Regis ſui nuntium accepiſſet, voluerunt aliqui ut regno præficerent ipſis *Omri*; alii *Tibni*, *Gaiathi* filium, ſibi ad breve temporis ſpatium præfecerunt: poſt quod, mortuo *Tibni*, regnavit in *Iſraelem Omri* annos duodecim, ídque anno regni *Aſæ*, Regis *Iudæ*, viceſimo ſeptimo; quorum ſex in *Tirſa* regnavit, [quibus] & urbem condidit quam appellavit *Omri*, in monte *Samer*; ſex in *Samaria*. Deinde mortuus, *Samariæ* ſepultus eſt. Poſt ipſum in *Iſraelem*, in *Samaria* regnavit filius ipſius *Ahab*, annos viginti unum, ídque anno regni *Aſæ* Regis *Iudæ* triceſimo octavo. Affectus eſt autem *Aſa*, cùm ſenuiſſet, podagrâ: nec deſiit in tranquillitate & pace regnare. Ejus tempore prophetârunt *Hanani*, & filius ipſius *Iehu*, necnon *Azaria*, *Obedi* filius, Propheta. Cùm obiiſſet autem *Aſa*, Iudæ Rex, in urbe *Davidis* ſepultus eſt. Poſt ipſum in *Iudam Hieroſolymis* regnavit filius *Ioſhaphat* annos natus triginta quinque; regnavítque annos viginti quinque; ídque anno regni *Ahabi*, Regis *Iſraelis*, quarto. Inclytus autem evaſit Rex *Ioſhaphat*, opibúſque & exercitu pollens.

وكان رييس عسكر ايلا ملك اسرايبل عمري
فوثب عمري علي ايلا فقتله وقتل كل جنس بعشا
ملك اسرايبل وكانوا بنو اسرايبل يجتمعون في جبعاثور
لقتال القبايل فلما سمعوا بقتل ايلا ملك اسرايبل
فمنهم من رضي بملك عمري ومنهم قوم ملكوا عليهم تبني
ابن حنيات مدبدة ومات وملك عمري علي اسرايبل اثني
عشر سنة وذلك في سبعة وعشرين سنة من ملك اسا
ملك يهوذا منها ست سنين ملك في ترصا وبنا مدينة
وسماها عمري في جبل سامروست هذين ملك السامرية
ومات عمري ودفن في السامرية وملك بعده ابنه اخاب
علي اسرايبل في السامرية احد وعشرين سنة وذلك في
ثمانية وثلثين سنة من ملك اسا ملك يهوذا فاصاب
اسا في كبره دقرس ولم يزل ملكه في هدو وسلامة
وتنبا في ايامه حنابي وابنه ياهو وعزريا ابن عوبيد
النبي ومات اسا ملك يهوذا ودفن في مدينة داوود
وملك بعده ابنه يوشافاط علي يهوذا باورشليم
وهو ابن خمسة وثلاثين سنة وملك خمسة وعشرين
سنة وذلك في اربعة هذين من اخاب ملك اسرايبل
فعظم ملك يوشافاط وكثر ماله وجيشه

وتنبا في ايامه مخيا ابن ايلا وياهو ابن حناني
ولعازر ابن دودايا وعوبديا وايليا وهو الخضر
واليشع تلميذه وكان في ايامه نبي كذاب يقال
له صدقيا ابن كلعنا فاما اخاب ملك اسرايل
فتزوج امراة اسمها ازبل بنت ثهاني ملك صيدا
وبنا اخاب ملك اسرايل هيكلا بالسامرية وجعل
له باعل الصنم وعبده وكان في زمان اخاب ملك
اسرايل رجل من بني اسرايل اسمه نابوثا وكان
له بستان حسن جدا فاشتهاه اخاب الملك فوجه الي
نابوثا وساله ان يبيعه البستان لانه كان
مجاور لدار فامتنع عليه نابوثا وقال له هذا البستان
ورثة عن اباي واجدادي ولا ابيعه ولا اهبه فاغتاظ
ذلك علي اخاب ملك اسرايل وغضب ولغتم فدخلت
عليه ازبل زوجته وقالت له مالي اراك مغموما حزينا
فقال لها اني سالت نابوثا ان يبيعني بستانه فامتنع
علي فعظم ذلك علي ان ولغني ولم تقضي حاجتي
فخرجت ازبل من عنده اخاب ملك اسرايل وجمعت
تباعة من بني اسرايل ممن لا يتهمها لهم مخالفتها
فقالت لهم اشهدوا علي نابوثا انه كفر بالله وسب
موسي

lens. Ejus tempore prophetârunt *Micha Elæ*, *Iehu*, *Hanani Eliazar Dudayæ* filius; *Obadia*, *Elia* (qui *AlChadr* eſt,) & ipſius diſcipulus *Eliſha*. Fuit eodem tempore etiam pſeudopropheta nomine *Sedekia*, *Canaanæ* filius. *Ahab* autem, *Iſraelis* Rex, uxorem duxit nomine *Izbelem*, *Thalmani*, Regis *Sidonis*, filiam; ſtruxit etiam in *Samaria* templum, in quo poſitum Idolum *Bael* coluit. Porrò *Ahabi* Regis *Iſraelis* tempore, *Iſraelita* quidam fuit, nomine *Naboth*, cui hortus admodum elegans fuit, quem cùm cuperet Rex *Ahab*, ad *Nabothum* mittens, ut ſibi illum venderet petiit, utpote ædibus ſuis vicinum. Negante *Nabotho*, ac dicente, Hortus iſte mihi hæreditario jure à patribus atque avis obvenit, ideoque ipſum neque vendam, neque dono dabo, cùm ægrè hoc ferret *Ahab* adeo ut irâ & dolore afficeretur, ingreſſa ad ipſum *Izbel* uxor dixit, Quid hoc rei eſt quod te mæſtum ac triſtem conſpiciam? Reſpondente illo, Cùm à *Nabotho* petierim ut mihi hortum venderet, atque ille negaverit, hoc me malè habet quòd me repulerit, neque quod volui præſtiterit. Egreſſa ergò *Izbel* ab *Ahabo* Rege, *Iſraelitarum* quibuſdam, qui ipſi contradicere neſcirent, convocatis, dixit, Teſtimonium mihi contra *Nabothum* perhibere, ipſum Deum abnegâſſe, & *Moſi* convitiatum eſſe; quòd cùm illi in

ipſum teſtati eſſent, juſſu *Izbelis* lapidatus eſt, adeo ut moreretur. Tum ingreſſa ad *Ahabum*, Regem *Iſraelis*, *Izebel*, Ne angaris (inquit,) occidi ſiquidem *Nabothum*; accipe ergò hortum. Accedens ergò ad *Ahabum*, Regem *Iſraelis*, *Elias* propheta, ipſum increpans, Cave (inquit) *Nabothi* hortum accipias, aut ad ipſum appropinques. Iratus ſcil. eſt tibi Dominus tum quòd Idola colas; tum quòd *Izebel* uxor tua *Nabothum* injuſtè occiderit: poteſtatem ergò concedet Dominus in te, & in *Izebelem* [alii,] qui & te & ipſam interficiet. *Ahab* igitur Rex, audito *Eliæ* ſermone, perterritus, hortum deſeruit, nec ad ipſum acceſſit: at *Izebel*, audito *Eliam* prophetam Regem impediiſſe ne hortum acciperet, miſit poſt eum qui ipſum occiderent. Metuens ergò ab ipſa *Elias* Dominum ſupplex rogavit ne in terram pluviam dimitteret; ipſe autem per *Iordanis* confinia in montem *Horeb* (qui eſt mons *Sina*) fugiens, ibi in fontis fiſſurâ habitavit, è quâ & aquam bibit, corvo ipſi quotidiè manè panem, veſperi carnem quam ederet afferente. Fuit autem *Elias* propheta filius *Arbæ*, *Gileadites*: *Arabes* ipſum *Al-Chadr* appellant. Cùm autem poſt dies aliquot deficeret è clivo aqua, profectus *Elias* Propheta ad urbem *Sarephiah*, *Sidonis*, viduæ cuidam ligna colligenti occurrit, à qua cùm ut ipſi cibū potúmque

موسي فشهدوا عليه فامرت ازبل فرجم نابوثا بالحجارة
حتي مات ثم دخلت ازبل علي اخاب ملك اسرايبل
فقالت له لا تغتم فقد قتلت نابوثا فخذ البستان فجاء
ايلياس النبي الي اخاب ملك اسرايبل فوبخه وقال له
احذر ان تاخذ بستان نابوثا ولاتقربه فان الله قد غضب
عليك لعبادتك الاصنام ولقتل ازبل زوجتك نابوثا
ظلما والله يسلط عليك وعلي ازبل زوجتك من
يقتلك ويقتلها فلما سمع اخاب ملك اسرايبل
كلام ايلياس فزع وترك البستان ولم يقربه فلما سمعت
ازبل ان ايلياس النبي منع اخاب الملك من اخذ البستان
بعثت خلف ايلياس النبي لتقتله ففزع منها ايليا النبي
ودعا ربه الا تمطر علي الارض مطرا وهرب ايلياس النبي
علي وجوه الاردن الي جبل خوريب وهو طور سينا
وسكن في شعب عين وكان يشرب الما من ذلك الشعب
وكان غراب ياتيه في كل يوم بالغداة بخبز وبالعشا بلحم
ياكله وايلياس النبي ابن عربا من جلعاد والعرب
تسميه الخضر وبعد ايام جف الما من الشعب فمضي
ايلياس النبي الي مدينة صارفية صيدا فاصاب امراة
ارملة تجمع حطبا فسالها ان تطعمه وتسقيه
فذهبت

فذهبت بنت المرأة التي منزلها وكان عندها شيء من دقيق وزيت فاصلحت له منه فاطعمته ولاولادها منه فبارك ايليا على اناء الدقيق واناء الزيت فامتلا اناء الدقيق دقيقا وامتلا اناء الزيت زيتا ومرض ابن الارملة حتى بلغ الموت فدعا ايليا ربه فوهب الله له العافية وعاش وبعد ثلاث سنين وستة اشهر مضى ايليا النبي يريد اخاب ملك اسرائيل ولم تمطر السماء مطر طول هذه المدة فمات الناس من شدة الجوع والعطش فبينما عوبديا خليفة اخاب يدور في الاودية يطلب الماء ان لقيه ايليا فذهب به الى اخاب ملك اسرائيل فقال له اخاب الملك انت منعت السماء ان لا تمطر مطرا طول هذه المدة فقال له ايليا النبي انت الذي منعت السما ان لا تمطر بعبادتك الاصنام وقتل ازبل زوجتك نابوثا ظلما وبقبولك من قول الانبيا الكذبة فدعا اخاب الملك جميع بني اسرائيل ودعا لانبيا الكذبة وكانوا انبيا باعل الصنم اربعماية اربعة وثلاثون رجلا وفي نسخة اخرى يقول كان عددهم اربعماية وثلاثون رجلا فقال ايليا النبي للانبيا الكذبة انبيا استروفي نسخة كانو

que præberet petiiſſet, ipſa illum domum ſuam deduxit ubi ipſi farinæ atque olei aliquantum fuit, è quo cùm ipſi panem ſubcineritium parâſſet, illi unáque filiis ſuis edendum præbuit. Benedicente ergò *Eliâ* farinæ, oleíque vaſis, impletum eſt farinæ vas farinâ, olei oleo. Ægrotante deinde viduæ filio adeo ut à morte propè abeſſet, cùm ſupplicaret *Eliæ* Domino, ſalutem illi conceſſit Deus ut viveret. Exactis poſtea tribus annis & ſex menſibus profectus *Elia* propheta *Ahabum* Regem *Iſraelis* petiit, quo toto temporis ſpatio non demiſerat cœlum pluviam, adeo ut præ famis & ſitis vehementia morerentur homines. Dum igitur *Obadia*, *Ahabi* deputatus, ad quærendam aquam valles circuiret, ecce occurrit ipſi *Elia*, quem cùm ad *Ahabum* deduxiſſet, dixit ipſi *Ahab* Rex, Túne cœlum cohibuiſti ne per totum hoc temporis ſpatium plueret? Cui reſpondit *Elia* propheta, Tu cœlum ne plueret cohibuiſti idola colendo, & cæde immeritâ, qua uxor tua *Izebel Nabothum* ſuſtulit, nec non pſeudoprophetarum ſermonem amplectendo. Convocavit igitur *Ahab* Rex omnes *Iſraelitas*, unáque omnes pſeudoprophetas. Fuerunt autem idoli *Baelis* prophetæ quadringenti triginta quatuor vel [juxta aliud exemplar, quadringenti octoginta] & Prophetæ *Aſteræ* (quæ palma erat quam colebant)

bant) quadringenti. Dixit ergò *Elia* pſeudoprophetis, Binos ſumamus juvencos, quorum primum vos vobis eligentes mactatum in oblationem Diis veſtris afferte, quem ſi è cœlo delapſus ignis conſumpſerit, ſciemus veros eſſe Deos veſtros; ſin minùs, ego ſolus hoc faciam, quo cognoſcatis vos in errore eſſe, me veritatem ſequi. Prehenſum ergò juvencum cùm mactâſſent, Deóſque ſuos *Baelem* ceteróſque à mane veſperam uſque invocâſſent, nihil omnino factum eſt. *Elia* ergò acceptis duodecim lapidibus altare extruxit, circa quod foſſam effodit, deinde ligna lapidibus imponens, & juvencum mactatum ſuper lapidibus & lignis parans, eidémque duodecim aquæ hydrias ſuperfundens, impletâ etiam foſſâ quæ circum altare aquâ, Dominum ſuum cùm invocâſſet, deſcendens è cœlo ignis carnem, lapides, & aquam devoravit, adeò ut ingentem etiam in terra foſſam cavaret; quod *Iſraelitas* in ſtuporem egit. Interfecítque *Elia* pſeudoprophetas gladio, in torrente *Kiſon*. Deinde Dominum invocavit, quo in ipſos pluviam demittente ſublata eſt peſtis. *Izebel* autem, *Ahabi* Regis *Iſraelis* uxor, audito quid pſeudoprophetis feciſſet *Elia* miſit ad ipſum, cædem illi interminans, qui ergò ab illâ metuens aufugit; occurrente interim ipſi *Eliſhâ Ioſhaphati* filio, qui bobus ſuis

quas

كانو يعبدونها وعددهم اربعماية رجلا فقال
ايليا النبي فاخذ عجلين فاختاروا انتم خيرهم فاذبحوه
وقدموه لالهتكم قرباناً فان نزلت نار من السما
واكلته علمنا ان الهتكم حق والا فانا وحدي
افعل هذا وتعلموا انكم علي الضلالة واني انا علي
الحق فاخذوا عجلا فذبحوه ودعوا بالهتهم باعل
وغيره من الغداة الي العشاء فما كان شي
فاخذ ايليا النبي اثني عشر حجرا وبنا هيكلا وحفر
حوله خندقا وجعل حطبا فوق الحجارة وصب
عليه اثني عشر جرة ماء وملا الخندق الذي حول
الهيكل ماء ودعا ربه فنزلت نار من السماء فاكلت
اللحم والحجارة والماء حتي حفرت في الارض حفرا
كبيرة فعجب بنو اسرايل من ذلك وقتل ايليا
النبي الانبياء الكذبة بالسيف في وادي قيشون
ثم دعا ايليا النبي ربه فامطر الله عليهم وارتفع عنهم
الوبا فلما سمعت ازبل امراة اخاب ملك اسرايل
بما فعل ايليا بالانبيا الكذبة بعثت
اليه تهدده بالقتل فخاف منها وهرب فلقيه
اليسع ابن يوشافاط وكان يرعا

بقر فحرث بقره وتبع ايلها وصار له تلدا ثم ان
ابن هداد ملك دمشق جمع اهل مملكته واستجد
باثنين وثلاثين ملكا وصار في جيش عظيم لا يحصا
وخرج ليقاتل اخاب ملك اسرايل وبعث اليه ان
كما تملكه من ذهب وفضة وغلمانك وجواريك
ونساك وكلما تملكه هو لي فجزع منه اخاب ملك
اسرايل واجابه الي كلما ساله فبينما الرسل
يترددون بينهما اذ خرج غلمان من بني قواد الشام
يتطرقون حول العسكر فلما نظروا عساكر الشاميين
توهموا ان بني اسرايل قد كبسوهم فوقعت الهزيمة
فيهم وركب بعضهم علي بعض وقتل بعضهم بعضا
فاتصل الخبر باخاب ملك اسرايل فخرج خلفهم
مع اصحابه فنهب مضاربهم وخيلهم ودوابهم وكلما
كان لهم وافلت ابن هداد ملك دمشق وحده الي
مدينة دمشق واجتمع اليه من افلت من اصحابه
وقع تموا وخرج يطلب بالثار مما نالهم فخرج
اليه اخاب ملك اسرايل فهزمه وقتل
من اصحابه سبعة وعشرين الف رجل
وافلت ابن هداد وحده الي دمشق فاشار عليه
بعض

quas pascebat relictis, *Eliam* secutus factus est ipsi discipulus. Tum *Ebn Hadad, Damasci* Rex, congregatis subditis suis, Regibúsque triginta duobus in auxilium vocatis, cum ingenti, quique numerum excederet, exercitu profectus & ad bellum *Ahabo, Israelis* Regi, inferendum egressus, misit ad eum [dicens] Quicquid possides auri atq; argenti meum est, servi etiam tui, ancillæque ac mulieres, totum quod possides meum est. Metuens ergò ab ipso *Ahab* totum quod postulavit illi annuit. Interea autem dum inter ipsos ultro citroque cursitarent legati, ecce egressi pueri quidam è filiis ducum *Syrorum* ercitum circumire, quos conspicientes *Syrorum* exercitus suspicati sunt *Israelitas* ipsos adortos fuisse, adeo ut in fugam conversi alii alios opprimerent, seque mutuò occiderent. Cujus rei fama cùm ad *Ahabum* Regẽ *Israelis* perveniſſet, ipse cum suis eos insecutus, castra eorum, tentoria, jumenta & quicquid ipsis esset, diripuit. *Ebn Hadad* autem *Damasci* Rex, solus ad urbem *Damascum* evasit, ubi ad ipsum congregati sunt è comitibus ejus quicunque evaserant. collectis ergò copiis egressus est ob hoc quod sibi acciderat ultionem sumpturus. Obviam autem illi profectus *Ahab, Israelis* Rex, ipso in fugam dato è comitibus ipsius viros vicies septies mille interfecit, evadente *Ebn Hadado* solo *Damascum* usq;

Consulentes autem ipsi è sociis ipsius nonnulli dixerunt, Rex *Israelis* misericors est, Accedentes ergò ipsum rogabimus ut à nobis discedat, alias enim periimus. vestibus ergò laceris induti, *Ahabum*, *Israelis* Regem adeuntes dixerunt. Dicit servus tuus *Ebn Hadad*, ne mihi succenseas ob illud quod tibi intuli. Quibus respondit *Ahab*, Rex *Israelis*, Non est ille alius quam frater meus. Tum illi, Si frater tuus sit, inquiunt, fœdus cum illo de *Damasco* pangas, sitq; inter te & ipsum pax: cui ille annuit. Tribus post annis, descendente *Iosaphato*, *Iudæ* Rege, ad *Ahabum*, *Israelis* Regem, salutandum, obviam illi factus *Ahab* apud se hospitio excepit. Iunxitque *Iosaphat* connubio filium suum *Ioramum Atalia*, *Ahabi* Regis sorori. Dixit autem *Ahab Iosaphato*, Regi *Iudæ*, urbem *Ramoth Gilead*, quæ nostra fuit, abstulit nobis Rex *Syriæ*, à quo, si tu ipse mihi auxilium tuleris, illam auferre poterimus. Annuente *Iosaphato* ei quod petiit, collectis viris suis *Ramoth Gilead* profecti sunt: Quo audito Rex *Syriæ* suis etiam congregatis ad ipsos egressus est. Dixit ergò *Iosaphato Ahab*, Mutatis ornamentis tuis vestes meas in duas ne in prælio dignoscaris: quod & fecit. Rex autem *Syriæ* suis ut Regem *Israelis* in prælio peterent præcipiens, ipsis vestitum ejus descripserat. Illi ergò conspectis *Iosaphati* vestibus, ipsum, *Ahabum*, *Israelis* Regem rati, petentes circundederunt

بعض اصحابه وقال له ان ملك اسرايل رحيم
فنمضي اليه وسالسه ان ينصرف عنا والا هلكنا
فلبسوا ثيابا خلقانا وصاروا الي اخاب ملك اسرايل
وقالوا له ان عبدك ابن هداد يقول لك لا تواخذني
بما كنت وجهت به اليك فقال لهم اخاب ملك
اسرايل ما هو الا اخي فقالوا له ان كان اخاك فاكتب
اليه عهدا علي دمشق ويكون بينك وبينه هدنة فاجاب
الي ذلك وبعد ثلاث سنين نزل يوشافاط ملك يهوذا
الي اخاب ملك اسرايل معهما عليه فلقيه اخاب ونزله
عنده وزوج يوشافاط ابنه يورام لعتليا اخت اخاب ملك
اسرايل وقال اخاب ليوشافاط ملك يهوذا ان مدينة
راموت كلعاد كانت لنا واخذها منا ملك الشام فلو
وجدتني بنفسك كنا ناخذها منه فاجابه يوشافاط الي ما
سال وتعاوا رجالهم وخرجوا الي رمرت كلعاد فلما سمع
ملك الشام مع اصحابه وخرج اليهم فقال اخاب ليوشافاط
غير هلمتك والبس ثيابي ليلا تعرف في الحرب ففعل ذلك
وكان ملك الشام قد تقدم الي اصحابه ان يقصدوا في
الحرب ملك اسرايل ووصف لهم لباسه فلما نظروا الي
لباس يوشافاط ملك يهوذا توهموا انه اخاب ملك اسرايل
وقصدوه

فقصدوه واحاطوا به واصاح بهم وافلت منهم واصاب
اخاب ملك اسراييل سهم وانهزموا من بين يدي
ملك الشام فرجع يوشافاط الي اورشليم ورجع اخاب ملك
اسراييل الي موضعه مجروحا ومات اخاب من الجرح
الذي اصابه ودفن في السامريه وملك بعده ابنه اخزيا
في السامريه سنتين وذلك في تسعة عشر سنة من ملك
يوشافاط ملك يهوذا وكانت سيرته كسيرة ابيه في
الزني وعبادة الاصنام مع امه ازبل التي قتلت نابوثا
ومرض اخزيا ملك اسراييل مرضا شديدا فخاف علي
نفسه فبعث رسولا الي كهنة الاصنام يعلمهم هل يبرا من
مرضه ام لا فلقا الرسول ايليا النبي فقال ايليا النبي
للرسول قل للملك انك تموت فرجع الرسول الي الملك
فاعلمه فقال له الملك صف الرجل الذي لقيك فقال
له هو رجل اشعر في وسطه منطقة من جلد مشدوده فقال
له الملك هو ايليا النبي فوجه اليه بقايد ومعه
خمسون رجلا وكان ايليا جالس علي راس جبل
الكرمل فقال له القايد يا نبي الله انزل فان
الملك يدعوك فقال ايليا ان كنت انا نبي الله فتنزل
نارا من السماء فتاكلك وتاكل من معك فنزلت نارا
فاكلتهم

circundederunt quos ille inclamans ab ipsis evasit. *Ahabum* autem Regem *Israeliticũm*, cùm percussisset sagitta, in fugam coram Rege *Syriæ* conversi sunt, redeunte *Hierosolyma Iosaphato*, *Ahabo* jam vulnerato in locum suum reverso. Mortuus autem *Ahab* vulnere quod illi inflictum est *Samariæ* sepultus est. Post ipsum in *Samaria* duobus annis regnavit filius ipsius *Ahazia*, idq; anno regni *Iosaphati*, Regis *Judæ* decimo nono. Fuitq; conversatio ipsius ejusmodi quæ & patris ipsius quod ad nequitiam, & Idolorum, unà cum matre *Izebele* quæ *Nabothum* occiderat, cultum. Cùm autem morbo gravi laboraret *Ahazia*, Israelis Rex, adeo ut sibi timeret, nuntium misit ad Idolorum Sacerdotes qui ab illis, morbo suo convaliturus esset necne, sciscitarentur, cui obviam factus *Elia* Propheta dixit, Dicas Regi, Certò morieris. Reversus ergò nuntius cum hoc Regi notum feciſſet, Describas mihi (inquit Rex) Virum qui tibi obviam factus est: quo dicente, Vir erat hirsutus zonâ pelliceâ circumcinctus. Hic, inquit Rex, *Elia* est Propheta: Ducem ergò quinquaginta viris comitatum ad ipsum misit, sedente *Eliâ* in vertice montis *Carmel*; cui dux, Heus Propheta Dei, descende, accersit te Rex: respondit *Elia*, Si sim ego Propheta Dei descendat è cœlo ignis, qui te, eósq; qui tecum sunt devoret. Descẽdens ergò ignis ipsos consumsit.

sit. Tum Rex ducé alium cũ quinquaginta viris misit, qui & dixit, Heus Propheta Dei, descendas; accersit enim te Rex. Cui *Elia*, Si sim ego Propheta Dei, Delapsus cœlo ignis te & qui tecum sunt consumat; quod & factum est. Tum ducem tertium misit quinquaginta etiam viris comitatum, quem cum eodem modo allocutus esset Propheta quo priores allocutus est, idem ei quod illis, iisq; qui cum ipso fuerunt contigit. Tum profecto ad ipsum rege descendens *Elia* dixit, nequaquam à morbo tuo convalesces, sed moriturus es qnòd Idola colueris, & quod malum est coram Deo omnipotenti feceris. Porro diebus *Abaziæ* regis *Israelis* & *Ioshaphati* regis *Iudæ*, sublatus est *Elia* quasi in cœlum. Mortuus autem *Abazia* rex *Israelis* morbo suo unà cum patre suo sepultus est, regnante post ipsum fratre ipsius *Ioramo Ahabi* filio in Israelitas in Samaria annos duodecim Idque anno regni *Ioshaphati* regis *Iudæ* vicesimo secundo. Profectis deinde contra *Ioshaphatum* Iudæ regem *Ammonitis* & *Amalekitis* cum magna hominum multitudine, metu eorum perculsus est *Ioshaphat*, at suborto in *Ammonitarum* & *Amalekitarum* exercitu clamore, alii alios occidentes in fugam coram ipso conversi sunt. Cùm ergò *Ioshaphati* comites tribus diebus ad castra eorum, tentoria & vasa diripienda, substitissent, ipse Hiero-

solyma

فاكلتهم ثم وجه الملك بقايد اخر ومعه خمسون رجلا
فقال يا دبي الله انزل فان الملك يدعوك فقال ايليا
ان كنت انا دبي الله فتنزل نارا من السماء وتاكلك
ومن معك فكان كذلك ثم وجه بقايد ثالث ومعه
خمسون رجلا فخاطبه مثل خطاب الاولين فجرت حاله
كحالهما ومن معه ثم ان الملك صار اليه فنزل
اليه ايليا وقال له انك لا تبرا من مرضك ولكنك
تموت لعبادتك الاصنام وفعلك القبيح امام الله عز وجل
وفي ايام اخزيا ملك اسرايبل ويوشافاط ملك يهوذا
رفع ايليا كما ذكر الي السماء ومات اخزيا ملك
اسرايبل في مرضته تلك ودفن مع ابيه وملك بعده
اخوه يوارام ابن اخاب علي بني اسرايبل في السامرة
اثني عشر سنة وذلك في اثنين وعشرين سنة من ملك
يوشافاط ملك يهوذا وخرج علي يوشافاط ملك يهوذا
مان وحاليف في خلق كثير ففزع منهم يوشافاط
فوقعت صيحة في عسكر مان وحاليف في الليل فقتل
بعضهم بعضا وانهزموا من بين يدي يوشافاط فاقاموا
اصحاب يوشافاط ينهبون مضاربهم وخيمهم
واستغنوا ثلاث ايام ورجع يوشافاط الي اورشليم

وبعد

وبعد ذلك بشرح ملك مواب علي يورام ملك اسراييل
فبعث يورام الي يوشافاط ملك يهودا يستنجده علي
ملك مواب وبعث الي ملك الروم وهو يومين بالشراء
يستنجده ايضا فاجتمع الثلاثة ملوك وخرجوا الي
ملك مواب واخذوا طريق البرية ليكبسوه فحاروا
في البرية سبعة ايام وعازهم ماء يشربوه فكادوا
يهلكوا بالعطش وكان اليشع النبي معهم فقال
لهم غدا تمتلي هذه سيولا ويظفركم الله بعدوكم
فكان كما قال النبي وظفرهم الله بعدوهم
فقتل من اصحاب ملك مواب مقتلة عظيمة
فلما راي ملك مواب انه قد قهر دخل الحصن
واخذ ابنه الكبير فذبحه علي حصن مواب وقدمه
قربانا ففرحوا بنو اسراييل من هذا وتركوا حربه
وانصرفوا ومات يوشافاط ملك يهودا ودفن في
مدينة داود وملك بعده يورام وهو ابن اثنين
وثلاثين سنة وملك ثمان سنين علي يهودا
باورشليم وذلك في نحو هذين من ملك
يورام ابن اخاب ملك اسراييل وتنبا في ايامه
اليشع كليد ايليا وعوبديا فخرج ابن هدد ملك
الشام

ſolyma reverſus eſt. Poſtea egreſſo rege *Moabi* contra *Joramum* Iſraelis regem, mittens ille ad *Ioſhaphatum Iudæ* regem, opem ab ipſo contra *Moabi* regem petiit. miſit etiam ad *Romæorum* regem qui tunc temporis in *Sbarah* fuit, ipſum in auxilium vocatum. Congregati ergo tres reges ac contra regem *Moab* profecti viam deſerti tenuerunt quò ipſum adorirentur, at cum ſeptem dierum iter in deſerto confeciſſent defuit ipſis aqua quam biberent, adeo ut parum abeſſet quin ſiti perirent. Fuit autem cum ipſis *Eliſha* Propheta, qui dixit ipſis, Mane implebitur vallis iſta torrentibus, vobiſque victoriam in hoſtes conceſſurus eſt Deus. Factumq; eſt uti prædixit Propheta, Deo ipſis in hoſtes victoriam concedente, adeo ut regis *Moabitici* comitum magna edita ſit ſtrages. Victum ergo ſe cum vidiſſet rex *Moab* arcem ingreſſus, filium ſuum natu maximum prehenſum ac ſuper arcem *Moabi* jugulatum in ſacrificium obtulit. Cujus horrore perculſi Iſraelitæ bellū ipſi inferre ceſſantes reverſi ſunt. Mortuus autem *Ioſhaphat Iudæ* rex in urbe *Davidis* ſepultus eſt, cui in regno ſucceſſit filius ipſius *Ioram*, annos natus triginta tres. qui in *Iudam Hieroſolymis* octo annos regnavit. idq; anno quinto regni *Iorami* filii *Ahabi* regis Iſraelis. Ipſius tempore prophetarunt *Eliſha* diſcipulus *Eliæ*, & *Obadia*. Porrò egreſſus *Benhadad*

Syriæ Rex cum copiis ſuis *Ioramum Iſraelis* Regem in *Samariâ* bello aggreſſus eſt: à quo cùm metueret *Ioram*, dixit ipſi *Eliſha*, Ne timeas, ſed te tantùm in urbe tua munias. Deus enim tibi victoriam in hoſtem tuum conceſſurus eſt. Ille ergò cùm ſe in urbe muniviſſet, accedentes *Syrorum* copiæ inſtar arenæ maris, *Iorami* urbem, univerſámque *Samariæ* regionem cinxerunt. Cúmque tribus annis obſidione [incluſi] perſtitiſſent *Iſraelitæ*, facta eſt in *Samaria* fames magna, adeo ut ad cadavera edenda adigerentur homines, nec non ſtercus columbinum comederent, venderetúrq; caput aſini mortui octoginta drachmis, ſtercoríſque columbini cabus quinque drachmis. Dum ergo ſuper urbis munimine incederet *Ioram Iſraelis* rex, ecce occurrit ipſi mulier quæ aliam tenens mulierem opem à Rege petiit, dicens, Dixit mihi mulier iſta, hodiè filium tuum mactes quo veſcamur, ne fame moriamur, cras ego meam mactabo, ut & ipſo veſcamur. Ego igitur filium meum heri jugulavi, quem edimus. Illa autem hodiè filium ſuum prehenſum abſcondit. Tremefactus Rex his auditis, veſtibus ſuis ſciſsis, pulveréque capiti ſuperimpoſito, ad *Eliſham* Prophetam mittens, dixit ipſi, Annon dixiſti Dominum me victoriâ in hoſtem meum donaturum, quamdiu

الشام وجمع عساكره واقبل الي يورام ملك اسرايبل
بالسامرة ليحاربه فخاف يورام منه فقال له
اليشع لا تخف وتحصن في مدينتك فان الله
يظفرك بعدوك فتحصن يورام في مدينته واقبلت
عساكر الشام مثل رمل البحر فاحاطوا بمدينة
يورام وبارض السامرية كلها فاقام بنو اسرايبل
في حصار ثلاث سنين ووقع جوع شديد في
السامريه حتي التجا الناس الي اكل الميتة
واكلوا زبل الحمام وبلغ راس حمار ميت ثمانين
درهما وقدح من زبل الحمام خمسة دراهم
فبينما يورام ملك اسرايبل يمشي علي حصن
المدينة فاذا هو بامراة وهي متعلقة بامراة
اخري وهي تستغيث الي الملك وتقول هذه الامراة
قالت لي اذبح ابنك اليوم فناكله ولا نموت بالجوع
ومن الغد اذبح ابني انا ايضا فناكله فذبحت
ابني بالامس واكلناه واخذت هذه ابنها اليوم
فخبته فارتعد الملك لما سمع هذا وشق ثيابه وجعل
التراب علي راسه وبعث الي اليشع النبي
فقال له الم تقول ان الله يظفر بي
بعدوي فالي متي هذا فقال اليشع

النبي للرسول قل للملك غدا في مثل هذا الوقت
يظفرك الله بعدوك ويباع الدقيق على باب
مدينة السامرية ويبة بدرهم والشعير ويبتين بدرهم
فقال الرسول للمشع النبي هذا ما لا يكون فقال
له اليشع سيكون هذا وتراه ولا تاكل منه وكان
على طرف الحصن اربعة رجال من اسرائيل بهم برص
فقال بعضهم لبعض اذا كان الليل فطرح انفسنا
من الحصن ونمضي الي عسكر الشاميين فاما يقتلونا
واما يطعمونا خبزا ففعلوا ذلك فلما بلغوا الي عسكر
الشاميين اصابوا الخيم والمضارب وليس فيهم احد
وذلك ان صيحة وقعت في تلك الليلة في عسكر
الشاميين بان ملك مصر وملك اسرائيل وملك
يهوذا وجميع الملوك قد اجتمعوا ليكبسوهم في الليل
فانهزموا وتركوا مضاربهم وخيلهم واثقالهم وامتعتهم
وكلما كان معهم فرجعوا الرجال البرص
فاخبروا ملك اسرائيل فبعث خلفهم رجالا يقفون
اثرهم فبلغوا الي الاردن ولم يقفوا لهم على
اثر ففتح الملك باب المدينة وخرج الناس
فنهبوا كلما كان في خيم الشاميين
وبلغ

quamdiu ergò erit hoc? Reſpondit *Eliſha* Propheta nuntio, Dicas Regi, Cras hâc circiter horâ, victoriam tibi in hoſtem tuum conceſſurus eſt Dominus, & ad portam urbis *Samariæ* ſimilæ modius, hordei duo modii drachmâ vendentur. Dicente nuntio *Eliſhæ* Prophetæ, Hoc fieri non poteſt, reſpondit *Eliſha*, Futurum eſt hoc, te vidente, at de eo nequaquam comedente. Fuerunt ergò ad extremam muri partem quatuor Viri *Iſraelitæ* leprâ affecti, qui alii aliis dixerunt, Adveniente nocte nos de muro demittentes ad *Syrorum* caſtra tendamus, qui nos vel interfecturi ſunt, vel panem nobis præbituri. quod & fecerunt; at cùm ad caſtra perveniſſent, tentoria & tabernacula viris prorſus vacua invenere, ídque quod oborto, nocte iſtâ, in exercitu *Syrorum* rumore, conveniſſe *Ægypti*, *Iſraelis*, & *Iudæ* Reges, cæteróſque omnes quò ipſos noctu adorirentur, in fugam converſi tabernacula & tentoria cum impedimentis, ſarcinis, quæque habebant omnibus reliquerunt. Reverſi igitur leproſi, cùm hoc Regi *Iſraelis* nuntiâſſent, miſit ille poſt ipſos, viros qui eorum veſtigia ſectarentur, qui cùm *Iordanem* uſque perveniſſent, nec ullum eorum veſtigium inveniſſent, aperit rex urbis portam, egreſſíque homines omnia quæ in *Syrorum* caſtris erant, diripuerunt, adeò ut ſtatim ſimilæ modius

modius, hordei modii duo drachmâ venirent: Nuntius autem qui *Eliſham* Prophetam mendacii arguit, hoc quidem vidit, at in urbis porta præ magna turbæ compreſſione mortuus eſt. Poſthæc egreſſus *Ioram* Rex *Iudæ* ad *Romæos*, qui in *Sharah* erant magnam eorum ſtragem edidit. Mortuus autem eſt *Ioram Iudæ* Rex, & in urbe *Davidis* ſepultus, regnante poſt ipſum annum unum in *Iudam*, *Hieroſolymis*, filio ipſius *Ahazia*, annos nato viginti duos. ídque regni *Iorami Ahabi* filii, Regis *Iſraelis* duodecimo. Mater ejus nomine *Athalia Ahabi*, Regis *Iſraelis*, *Omri* filii ſoror. Ejus tempore prophetarunt *Eliſha* & *Obadiah*. Profectus autem *Ioram Iſraelis* Rex *Ramam* cum *Hazaele* tribuum Rege ad bellum cum *Syris* gerendum, cum in prælio vulneratus eſſet ad urbem *Iezreelem* reverſus eſt ut ibi ſanaretur, quò ſalutatum eum profectus eſt *Ahazia Iorami* filius. *Eliſha* autem Propheta diſcipulo ſuo *Ionæ Mittæi* filio (qui idem eſt *Dul Nun* [i. Dominus piſcis] quem deglutivit piſcis) prehenſo, cornu in quo erat oleum, tradens, Profectus (inquit) ad urbem *Ramot Gilead*, cùm ibi è ducibus quendam nomine *Iehu*, *Nimſhi* filium, inveneris, ipſum oleo iſto ungas in Regem *Iſraelis*. Abiens ergò *Ionas Eliſhæ* diſcipulus quòd ipſi mandatum fuerat fecit, quod cum ſociis ſuis retuliſſet

وبلغ الدقيق من ساعته ويبة بدرهم والشعير ويبتين
بدرهم واما الرسول الذي كذب اليشع النبي
فانه راي ذلك ومات علي باب المدينة من كثرة الزحام
والضغط وبعد ذلك خرج يورام ملك يهوذا الي الروم
وهو بالشراة فقتل منهم مقتلة عظيمة ومات ملك يهوذا
يورام ودفن في مدينة داود وملك بعده ابنه اخزيا علي
يهوذا باورشليم سنة واحدة وهو ابن اثنين وعشرين
سنة وذلك في اثني عشر سنة من ملك يورام ابن اخاب
ملك اسرائيل واسم امه عتليا اخت اخاب ملك اسرائيل
ابن عمري وتنبا في ايامه اليشع وعبوديا وخرج يورام ملك
اسرائيل مع جزائيل ملك القبائيل الي الرامة لقتال
الشاميين وجرح يورام ملك اسرائيل في الحرب فخرج
الي مدينة يزراعيل ليعالج فيها فذهب اليه اخزيا ابن
يورام ليسلم عليه وكان اليشع النبي قد اخذ تلميذه
يونس ابن متي وهو ذوالنون الذي ابتلعه الحوت
فاعطاه القرن الذي فيه الزيت وقال له اذهب الي مدينة
رامة كلعاد فاذا تصيب فيها رجلا من القواد يقال
له ياهو ابن نمسي فامسحه بهذا الدهن ملكا علي
اسرائيل فذهب يونس تلميذ اليشع ففعل ما امره به
فاخبر

فاخبر ياهو لاصحابه وقتلهم وخرج الي مدينة يزراعيل
في طلب يورام ملك اسرائيل فخرج اليه يورام
ملك اسرائيل واخزيا ملك يهوذا فرما ياهو بسهم
فاصاب قلب يورام ملك اسرائيل فقتله واحتز راسه
وهرب منه اخزيا ملك يهوذا فطلبه ياهو واتخذه
بالجراحات وافلت منه ودخل الي مغدو ومات بها
فلما مات اخزيا ملك يهوذا حمل من غلمانه الي اورشليم
ودفن في مدينة داوود وملكت ام اخزيا واسمها
عثليا علي يهوذا باورشليم سبع سنين وكتب ياهو
الي رؤسا السامرية ان كنتم في طاعتي اقيموا
لكم ملكا من ولد اخاب ملك اسرائيل فكتبوا اليه
ليس لنا ملكا غيرك فكتب اليهم فاقتلوا كل ولد لاخاب
ملك اسرائيل وكان ولد اخاب واولاد اولاده سبعين
نفسا فقتلوهم وبعثوا برؤسهم الي ياهو وصار ياهو الي
السامرية فلن يبق من نسل اخاب احدا الا قتله واصاب
في طريقه اثنين واربعين رجلا فسالهم من انتم فقالوا
نحن اخوة اخزيا ملك يهوذا فضرب اعناقهم وهدم
هيكل باعل الصنم بالسامرية وقتل الكهنة والروسا
وملك علي بني اسرائيل ثمانية وعشرين سنة فخرجت
ازبل

retuliſſet *Iehu*, ipſis congregatis ad urbem *Iezraelem*, *Ioramum Iſraelis* Regem quæſitum profectus eſt. Cúmque obviam ipſi procederent *Ioram*, *Iſraelis*, & *Achaziâ Iudæ* Rex, *Iehu* ſagittâ emiſſâ *Iorami* Regis cor percuſſit, interfectóque caput abſtulit; fugiente *Achaziâ Iudæ* Rege, quem etiam inſecutus *Iehu* vulneribus confodit: qui tamen ab ipſo evadens, urbem *Mageddo* ingreſſus, ibi mortuus eſt. Mortuus ergò *Achazia Iudæ* Rex, à ſervis ſuis *Hieroſolyma* tranſlatus, in civitate *David* ſepultus eſt; imperavítque *Iudæ Hieroſolymis Achaziæ* mater, nomine *Atthalia*, annis ſeptem. Scripſit autem *Iehu* ad optimates *Samariæ*, Si mihi obſequentes fueritis, præficite vobis è filiis *Ahabi*, Regis *Iſraelis*, Regem. Reſcribentibus ipſis, Non eſt nobis præter te Rex, ſcripſit, Omnes ergò filios *Ahabi*, Regis *Iſraelis*, è medio tollite. Fuerunt autem *Ahabi* filii & nepotes viri ſeptuaginta, quorum interfectorum capita ad *Iehu* miſerunt. Profectus ergò *Iehu Samariam*, neminem ex *Ahabi* ſtirpe reliquum fecit, quem non interficeret. Occurrens autem in via viris quadraginta duobus, quínam eſſent interrogavit; dicentéſque, Nos *Achaziæ* Regis *Iudæ* fratres, jugulavit. *Baelis* autem Idoli templum in *Samaria* diruit, Sacerdotéſque ac principes neci dedit: regnavítque in *Iſraelitas* annos viginti octo.

Egressâmque *Ahabi* uxorem *Izebelem*, quæ se in *Iehu* occursum ornaverat, interfecit, quam, cùm diebus aliquot projecta jacuisset, comederunt canes. Deinde corporis ejus reliquias sepeliri jussit. Porrò *Athalia*, cùm post filium in *Iudam Hierosolymis* regnaret, filii sui *Achaziæ* liberos interfecit, familiam *Davidicam* quærens ut ipsos è medio tolleret, quòd ipsa genus ducens ab *Achabo Israelis* Rege, totam stirpem *Davidicam* extinctam cuperet. Erat autem ipsi filia, *Achaziæ* soror, nomine *Iehoshuba*, *Iehoiadæ* principis sacerdotum uxor, quæ surreptum à matre ipsius filiũ *Achaziæ* cui nomen *Ioash*, septem annis apud se abscondit. Prophetârunt sub ipsa *Elisha* & *Obadia*. *Athalia* autem *Hierosolyma* scortatione inquinavit. Iussit enim fœminas publicè absque metu scortari, necnon viros stuprum cum fœminis nemine increpante committere. Vbi autem adoleviſſet *Ioash Achaziæ* filius, *Iehoiada* sacerdos convocatis *Iudæ* principibus ad illos *Ioashum* ipsum *Achaziæ* filium produxit, quem illi Regem sibi constituerunt. Quo audito, *Athalia*, sciſſis vestibus ad ipsum conspiciendũ egressa, gladio interẽpta est. Regnavit ergò *Ioash Achaziæ* filius *Hierosolymis* in *Iudam* quadraginta annos: regno autem præfectus est annos natus septem, idque anno regni *Iehu* Regis *Israelis* septimo. Matri *Ioashi* nomen

ازبل امراة اخاب وقد تزينت لتتلقا ياهو فقتلها
ياهو وبقيت مطروحة اياما فاكلها الكلاب وبعد
ذلك امر ان يدفن مابقي من جسمها فاما عثليا لما
ملكت بعد ابنها اخزيا علي يهوذا باورشليم قتلت
اولاد ابنها اخزيا وكانت تطلب الي قبيلة داوود وتقتلهم
لانها كانت من جنس اخاب ملك اسرايل وارادت
ان تبيد جنس داوود كلهم وكانت لها ابنة وهي
اخت اخزيا واسمها يهوشابع وهي زوجة يهوداع رييس
الكهنة فسرقت من امها ابن لاخزيا اسمه يواش خبئة
عندها ست سنين وقتيا في ايامها اليشع وعوبيديا
ونجست عثليا اورشليم بالرغا لانها امرت ان يزنين
النسا علانية بلا فزع وان تفسق الرجال مع
النسا بلا توبيخ فلما كبر يواش ابن اخزيا
جمع يهوياداع الكاهن روسا يهوذا واخرج لهم يواش
ابن اخزيا فملكوه عليهم فلما سمعت عثليا شقت
ثيابها وخرجت لتنظر اليه فقتلت بالسيف
ملك يواش ابن اخزيا علي يهوذا باورشليم
اربعين سنة وملك وهو ابن سبع سنين وذلك في
السنة السابعة من ملك ياهو ملك اسرايل
واسم

واسم ام يواش صبيا من بيرسبع وتنبا في ايامه اليشع
واوريا وزخريا ابن يهوياداع الكاهن فلم يزل يسير في
يهودا في سيرة حسنة حتي مات يهوياداع الكاهن وهو
ابن ماية وثلاثين سنة فاتخذ يواش ملك يهودا الاصنام
وعبدها فنهاه عن ذلك زخريا النبي ابن يهوياداع الكاهن
فامر برجمه فرجم حتي مات فهذه مكافاة يواش ليهوياداع
الكاهن لما ان اخذ له الملك قتل ابنه زخريا النبي
وخرج عليه جزايل ملك الشام فاخذ منه مدينة جات
وغلبه عليها وهم بالصعود الي اورسليم فغزع منه يواش
فرما شديدا فاخذ كل كنز كان في الهيكل مما كان
اكنزه اباوه يوشافاط ويورام واخزيا فصانع به عن
نفسه ووجه به الي جزايل ملك الشام فانصرف به
ومات ياهو ملك اسراييل ودفن في السامرية
وملك بعده ابنه اخاز في السامرية سبعة عشر سنة
وذلك في ثلاثة وعشرين سنة من ملك يواش ملك
يهودا واتخذ الاصنام وعبدها فغلب علي اسراييل
جزايل ملك الشام وهداد ابن جزايل فاقتوا
رجال اسراييل في الحرب حتي لم يبق مع اخاز
ملك اسراييل من الرجال في الحرب الا عشرة الف رجل
وخمسون

men erat *Sebia Birſebaitis*. Ejus tempore prophetârunt *Eliſha*, *Vria*, & *Zacharia Iehoiadæ* ſacerdotis filius. Neque deſtitit bene ſe in *Iuda* gerere, donec moreretur *Iehoiada* ſacerdos, qui annorum erat centum & triginta. Cepit deinde *Ioaſh* Rex ſibi Idola quæ coleret, quod cùm facere ipſum vetaret *Zacharia* Propheta *Iehoiadæ* filius, jubente ipſo lapidatus interiit. Hoc ſcil. præmium retribuit *Ioaſh Iehoiadæ* ſacerdoti; regnum ipſius ope adeptus, filium ejus *Zachariam* interfecit. Egreſſus autem contra ipſum *Hazael Syriæ* Rex urbem *Gat* ei abſtulit, ipſo apud illam devicto; deinde *Hieroſolyma* aſcendere in animo habuit. Magnopere igitur ab ipſo metuens *Ioaſh* omnes theſauros qui in templo fuere, quos repoſuerant patres ipſius *Ioſhaphat*, *Ioram* & *Achazia*, quóſque ipſe contulerat, acceptos, ad *Hazaelem Syriæ* Regem miſit, qui ab ipſo reverſus eſt. Mortuus autem *Iehu Iſraelis* Rex *Samariæ* ſepultus eſt, regnante poſt ipſum filio ipſius *Achazo Samariæ* annos viginti ſeptem; ídque anno regni *Ioaſhi Iudæ* Regis viceſimo tertio. Hic idola ſibi accepta coluit. Prævalentes autem *Iſraeli Hazael Syriæ* Rex, & *Hadad Hazaelis* filius, viros *Iſraeliticos* bello abſumſerunt, adeo ut non eſſent reliqui *Achazo Iſraelis* Regi in bello præter pedites decies mille, & equites

quites quinquaginta. Porrò, mortuus est *Elisha* Propheta. Mortuus etiam *Hazael Syriæ* Rex, cui in regno successit filius ipsius *Hadad*. Reversus deinde *Achaz Israelis* Rex *Hadado Hazaelis* filio Rege *Syriæ* devicto, urbes, quibus captis imperaverat pater ipsius, illi abstulit. Mortuus deinde *Ahaz*, *Israelis* Rex, *Samariæ* sepultus est: regnante post ipsum in *Israelem Samariæ* annos sexdecim filio ipsius *Ioash*: idque regni *Ioashi* Regis *Iudæ* tricesimo nono. Ille pejus se gessit patre suo, atque idola coluit. *Ioashum* autem *Iudæ* Regem adorti servi ipsius interfecerunt, quo in civitate *Davidis* sepulto imperavit *Iudæ Hierosolymis* annos viginti novem filius ipsius *Amasia*. Idque anno regni *Ioashi* Regis *Israelis* secundo. Hic captos servos qui patrem ipsius interfecerant jugulavit. Sub eo prophetavit *Amos* Propheta *Davidicus*. Ascendente autem *Ioasho Israelis* Rege *Hierosolyma*, *Amasia Iudæ* Rex metu ejus *Beitshemsum* fugiens, urbem vacuam reliquit. Diruit ergò *Ioash* è muro urbis *Hierosolymitanæ* cubitos quadringentos, acceptúmque auri, argenti & gemmarum quicquid in Templo, necnon quicquid auri atque argenti in palatio Regis *Amasiæ* fuit, *Samariam* asportavit. Mortuo deinde *Ioasho Israelis* Rege, atque *Samariæ* sepulto, post ipsum *Samaria*

وجهون فارسا ومات اليشع النبي ومات جزايل ملك
الشام ايضا وملك بعده ابنه هدان فرجع اخاز ملك
اسرايل فغلب هدان ابن جزايل ملك الشام واخذ
منه البلدان التي اخذها ابوه وملك عليها ومات اخاز
ملك اسرايل ودفن في السامرية وملك بعده ابنه يواش
علي اسرايل في السامرية ستة عشر سنة وذلك في
تسعة وثلاثين سنة من ملك يواش ملك يهوذا وكانت
سيرته اشر من سيرة ابيه وعبد للاصنام واما يواش ملك
يهوذا فوثب عليه غلمانه فقتلوه ودفن في مدينة داوود
وملك بعده ابنه امصيا علي يهوذا باورشليم تسعة
وعشرين سنة وذلك في سنتين من ملك يواش ملك
اسرايل واخذ الغلمان الذين قتلوا اباه فضرب اعناقهم
وتنبا في ايامه عاموص النبي الداوودي وصعد يواش
ملك اسرايل الي اورشليم ففزع منه امصيا ملك
يهوذا وهرب منه الي بيت شمس وخلي المدينة فهدم
يواش ملك اسرايل من حصن مدينة اورشليم اربعماية
ذراع واخذ كما كان في الهيكل من الذهب والفضة
والجوهر وكما في قصر امصيا ملك يهوذا من الذهب
والفضة وحمله الي السامرية ومات يواش ملك اسرايل

ودفن في السامرية وملك بعده ابنه ربعام علي اسرايل
بالسامرية احد واربعين سنة وذلك في خمسة عشر سنة من
ملك امصيا ملك يهوذا ولما مات يواش ملك اسرايل
رجع امصيا الي يهوذا من بيت شمس الي اورشليم وبعد
ايام جمع ربعام ملك اسرايل عساكره وصعد الي اورشليم
فهرب منه امصيا ملك يهوذا الي مدينة لاحيش فبعث
خلفه الي لاحيش فقتله بها وحمله غلمانه الي اورشليم
فدفن في مدينة داوود وملك بعده ابنه عوزيا علي يهوذا
باورشليم اثنين وخمسين سنة وهو ابن ستة عشر سنة
وذلك في خمسة عشر سنة من ملك ربعام ملك اسرايل
وتنبا في ايامه عاموص وابنه شعيا من بيت داوود ويوشع
ابن يهادي من ولد روبيل ويونس ابن متي وهو ذو النون
من كاتهافن ومات ربعام ملك اسرايل ودفن في السامرية
وملك بعده ابنه زخريا علي اسرايل بالسامرية ستة اشهر
وذلك في تسعة وعشرين سنة من ملك عوزيا ملك يهوذا
فوثب عليه شالوم ابن يابيش وبلعام وكانا من قواده
فقتلاه وغلب علي الملك شالوم ابن يابيش فملك علي
اسرايل بالسامرية ثلاثين وما وذلك في تسعة وعشرين
سنة من ملك عوزيا ملك يهوذا فوثب عليه مناخيم ابن
جادي

riæ in *Iſraelem* regnavit annos quadraginta unum filius ipſius *Ieroboam*, ídque anno regni *Amaziæ* Regis *Iudæ* decimo quinto. Mortuo *Ioaſho* *Iſraelis* Rege, *Amazia Iudæ* Rex à *Beitſhemes* *Hieroſolyma* reverſus eſt. Poſt aliquod autem temporis ſpatium *Ieroboamus Iſraelis* Rex collectis copiis ſuis *Hieroſolyma* aſcendit; à quo cùm *Amazia Iudæ* Rex, ad urbem *Lachiſh* fugiſſet, mittens ille poſt eum *Lachiſhum*, ibi ipſum interfecit; qui *Hieroſolyma* à ſervis ſuis reportatus in civitate *Davidis* ſepultus eſt. Regnavit poſt ipſum in *Iudam* *Hieroſolymis* annos quinquaginta duo, filius ipſius *Vzzia*, annos ſexdecim natus, ídque anno regni *Ieroboami* Regis *Iſrael* decimo quinto. Ejus tempore prophetârunt *Amos*, ejúſque filius *Iſaiah* è familia *David*, *Ioſhua* *Iehadi* filius *Rubenita*, *Ionas* *Matatiæ* filius è *Gathhaphar*. Mortuus *Ieroboam* *Iſraelis* Rex *Samariæ* ſepultus eſt. Regnavítque poſt ipſum *Samariæ* in *Iſraelem* ſex menſes, filius ipſius *Zacharia*, ídque regni *Vzziæ* Regis *Iudæ* anno viceſimo nono; quem cùm, ipſum adorti, *Shallum Iabeſhi* filius & *Bileum* qui erant è ducibus ipſius, interfeciſſent, regnum occupans *Shallum Iabeſhi* filius, *Samariæ* in *Iſraelem* dies triginta regnavit, ídque anno Regni *Vzziæ* Regis *Iudæ* viceſimo nono. Illum adortus *Menachem Gadi* filius, qui è duci-

bus ejus fuerat, ipso interfecto regnum occupavit, regnavítque *Samariæ* in *Israelem* annos viginti: ídque initio anni regni *Vzziæ* Regis *Judæ* tricesimo. Deinde *Tirsam* urbem profectus eâ captâ omnes qui in ipsa erant morte affecit, & prægnantum uteros diffidit. Ascendentem deinde contra ipsum *Pulam* Regem *Musal Menachem Israelis* Rex, magnâ auri & argenti copiâ datâ, demulsit, ne sibi [noceret,] quare ab ipso reversus est. Mortuo *Menachemo*, & *Samariæ* sepulto, regnavit post ipsum *Samariæ* in *Israelem* duos annos filius ipsius *Pekahia*, ídque anno Regni *Vzziæ* Regis *Judæ* quinquagesimo. Illum adortus *Pekah*, *Remaliæ* filius, è ducibus ipsius, cùm interfecisset, regnum occupavit, regnavítque ipse in *Israelem*, *Samariæ* annos viginti octo, ídque regni *Vzziæ* Regis *Judæ* quinquagesimo secundo. Fecit autem *Vzzia* iste omne malum; ingressus enim Sanctum Sanctorum arrepto inde è manu sacerdotis thuribulo, suffimentum altari admovit; quam ob causam leprâ in facie percussus est, neq; tamen à regno semotus, cùm filius ipsius *Iotham*, regnum administrans, ipsum tueretur. Mortuus autem *Vzzia*, *Judæ* Rex, in civitate *David* sepultus est. Regnavítque post ipsum *Hierosolymis* in *Judam* filius ipsius *Iotham* annos viginti sex, annos tum natus viginti quinque; ídque

anno

جادي فقتله وكان من قواده وغلب علي الملك وملك
علي اسرايبل بالسامرية عشرين سنة وذلك في اول
ثلاثون سنة من ملك عوزيا ملك يهوذا فخرج الي مدينة
ترسا ففتحها وقتل كل من فيها وشق بطون الحوامل فخرج
عليه تولا ملك الموصل واعطاه مناخيم ملك اسرايبل
ذهبا كثيرا وفضة وصانع عن نفسه فانصرف عنه ومات
مناخيم ملك اسرايبل ودفن في السامرية وملك بعده
ابنه فقحيا علي اسرايبل بالسامرية سنتين وذلك في
خمسين سنة من ملك عوزيا ملك يهوذا فوثب عليه فاقح
ابن رمليا وكان من قواده فقتله وغلب علي الملك فملك
فاقح هذا ابن رمليا علي اسرايبل في السامرية ثمادية
وعشرين سنة وذلك في اثنين وخمسين سنة من ملك
عوزيا ملك يهوذا وعمل عوزيا هذا كل شر ودخل الي
قدس القدس واخذ منها المجمرة من يد الكاهن وجعل
بخورا في الهيكل من اجل ذلك اصاب عوزيا ملك يهوذا
برص في وجهه ولم يبح من الملك لان ابنه يواثام كان
يدبر الملك ويمنع منه ومات عوزيا ملك يهوذا ودفن في
مدينة داوود وملك بعده ابنه يواثام علي يهوذا باورشليم
ستة عشر سنة وهو ابن خمسة وعشرين سنة وذلك في
سنتين

سنتين من ملك فاقح ملك اسرايبل وتنبا في ايامه
اشعيا وميخا المورشتي ويوييل ابن فاتوييل فخرج دغلات
فليتسر ملك الموصل فغلب علي مدايٰن كثيرة لاسرايبل
واخذها منهم ومات ودفن في مدينة داوود بيت لحم
وملك بعده ابنه اخاز علي يهوذا باورشليم ستة عشر سنة
وهو ابن عشرين سنة وذلك في سبعة عشر سنة من ملك
فاقح ملك اسرايبل وتنبا في ايامه اشعيا ويوشع وميخا
وكان رييس الكهنة اوريا فخرج رازون ملك دمشق
ومعه فاقح ملك اسرايبل وصعد الي اورشليم وحاصر
المدينة فلم يتهيا لهما فتحها فرجعا فاخرب رازين ملك
دمشق مدينة لام الشامية واذه اخرج اليهود من مدينة
لام واسكن الروم فيها وهم فيها ساكنون الي هذا الوقت
وكتب اخاز ملك يهوذا الي سلمانا صر ملك الموصل
يهنيه ويعزيه كلما كان من ذخيرة في
الهيكل من ذهب وفضة وجوهر فاقبل اليه ملك الموصل
في جنوده فغلب علي دمشق واحرقها بالنار وقتل الرازين
ملكها فخرج اليه اخاز ملك يهوذا فشكره علي فعله
ووثب هوشيع ابن ايلا علي فاقح ملك اسرايبل فقتله
وكان من قواده وغلب علي الملك فملك هوشيع علي
السامرية

anno regni *Pekæ*, Regis *Iſraelis*, ſecundo. Ejus tempore prophetârunt *Iſaias*, *Micha Moraſhita*, & *Joel Phanuelis* filius. Egreſſus autem *Tiglat Pileſer*, Rex *Muſal*, multas *Iſraelitarum* urbes devictas, ipſis abſtulit. Mortuus *Iotham Iudæ* Rex, in civitate *Davidis Bethlehem* ſepultus eſt; regnauitque poſt ipſum *Hieroſolymis* in *Iudam* annos ſex decim filius ipſius *Achaz* annos natus viginti: ídque regni *Pekæ* Regis *Iſrael* decimo ſeptimo. Ejus tempore prophetârunt *Iſaias*, *Hoſeas*, & *Micha*, princépſque ſacerdotum erat *Vria*. Profectus autem *Rezin Damaſci* Rex, unà cum *Pekaho*, *Iſraelis* Rege, *Hieroſolyma* aſcendens eam obſedit; quam cùm capere non poſſent, reverſi ſunt. Vaſtavítque *Rezin*, *Damaſci* Rex, *Lam Syriæ* urbem, in qua, abductis inde *Iudæis*, *Romæos* ad ipſam incolendam ſtatuit, qui eam huncuſq; diem incolunt. Scripſit ergò *Achaz*, *Iudæ* Rex, ad *Salman-aſſarum*, Regem *Muſal*, opem ab ipſo petitum, miſſo ad ipſum quodcunque auri, argenti, ac gemmarum in Templo repoſitum fuerat. Ad quem ergò accedens cum exercitibus ſuis Rex *Muſal*, *Damaſcum* captam igne combuſſit, regémque ipſius *Rezin* morte affecit Profectus eſt ergò ad ipſum *Achaz Iudæ* Rex, ut gratias ei ob illud quod fecerat ageret. *Pekahum* autem *Iſraelis* Regem *Hoſhea*, *Elæ* filius, qui è ducibus ipſius fuit, ipſum adortus interfecit, regnóque occupato, *Samariæ*

mariæ in *Iſraelem* novem annos regnavit; idque anno regni *Achazi* Regis *Iudæ* duodecimo. Mortuus deinde *Achaz Iudæ* Rex in civitate *Davidis* ſepultus eſt: poſt quem regnavit *Hieroſolymis* ſuper *Iudam* annos viginti novem filius ipſius *Hezekiah*, annos natus viginti quinque; ídque anno regni *Hoſheæ*, Regis *Iſraelis*, tertio. Ejus diebus prophetárunt *Iſaias*, *Hoſeas*, & *Micha Ephraimita*. Porrò anno regni *Hezekiæ*, Regis *Iudæ*, quarto, qui *Hoſheæ* Regis *Iſraelis* ſeptimus erat, *Samariam* aſcendens *Salmanaſſar*, *Muſal* & *Meſopotamiæ* Rex, eam tribus annis obſeſſam cepit; captúmq; *Hoſheam*, *Iſraelis* Regem, in carcerem conjecit, ac decem *Iſraelitarum* tribus, è regione *Samaritică*, *Amidum Muſalũ* & *Babelem* deportavit, adeo ut jam non ſuperesſet niſi tribus *Iudæ*, cum ſtirpe *Davidica* quæ illis imperaret, & tribus *Benjaminis*. Tranſlatos autem *Babelis*, *Amidi*, & *Muſali* incolas in urbibus *Samaritícis* loco *Iſraelitarum* collocavit; relicto apud ipſos ſacerdote nomine *Lun* qui ipſos legem doceret. Edocuit ergò ipſos *Lun*, illam quam tenent legem. Fuerúntque illi *Samaritanorum* patres, *Samaritani* autem qui hoc tempore reperiuntur ipſorum filii. Separati enim à *Iudæis* prophetiam *Davidis* & prophetarum omnium repudiârunt, dicentes, Non fuit, poſt *Moſen* prophetam, propheta; ſibi principe è poſteris *Aharonis* conſtituto, cui Princi-

pis

السامرية تسع سنين وذلك في اثني عشر سنة من
ملك اخاز ملك يهوذا ومات اخاز ملك يهوذا ودفن
في بيت داوود وملك بعده ابنه خرقيا علي يهوذا
باورشليم تسعة وعشرين سنة وهو ابن خمسة وعشرين سنة
وذلك في ثلاث سنين من ملك هوشيع ملك اسرايل
وكنبا في ايامه اشعيا وهوشع وميخا من سبط افرام وفي
السنة الرابعة من ملك خرقيا ملك يهوذا وفي السنة
السابعة من ملك هوشيع ملك اسرايل صعد سلمان
اسر ملك الموصل والجزيرة الي السامرية فحاصرها
ثلاث سنين وفتحها واخذ هوشيع ملك اسرايل فحبسه
وقتل عشرة اسباط بني اسرايل من ارض السامرية الي
امد والموصل وبابل ولم يبق الا سبط يهوذا وجنس داوود
ليملكوا وسبط بنيامين وقتل اهل بابل وامد والموصل
واسكنهم في مدايين السامرية بدل بني اسرايل وترك
عندهم سلمان اسر ملك الموصل كاهنا يقال له لون ليعلمهم
الناموس فعلمهم لون ما هم عليه من ناموسهم وهولاء هم ابا
السامرية واولادهم هم السامرية في هذا الوقت لانهم
انفردوا عن اليهود ورفضوا نبوة داوود والانبيا كلهم
وقالوا ليس بعد موسي النبي نبي وجعلوا رييسهم من
ولد هارون

ولدهارون وسموه الرييس فملك حزقيا ملك يهوذا علي
جميع بني اسراييل ومن بقا منهم في السامرية فكسروا
الاصنام واستاصل المناصب والحية النحاس التي كان
موسي عليه السلام صنعها في التيه ولم تزل الي هذا
الوقت يعظمها بنو اسراييل ويعبدوها فكسرها وقاتل
القبايل الغرباء فهزمهم الي غزه والي مدينة رفح وبعث
الي جماعة بني اسراييل المقيمين بالسامرية وارض يهوذا
ان يجتمعوا باورشليم ليعبدوا الفصح فاجتمعوا وعبدوا
الفصح باورشليم وذبح حزقيا ملك يهوذا الفي عجل
وسبعة الاف كبش وذبح قواده الف عجل وعشرة الاف
كبش وعبدوا عيدا حسنا عظيما وفي اربعة عشر سنة
من ملك حزقيا ملك يهوذا صعد سينحاريب ملك
الموصل الي ارض يهوذا واخذ مدايين كثيرة من ارض
يهوذا وفزع منه حزقيا ملك يهوذا وبعث اليه وهو
مقيم في لاحيش ان كل ما تريد ان تلزمني اياه من
شي فانا الزمه نفسي لك وانصرف عني فكتب
سينحاريب ملك الموصل ان حمل الي ثلاث ماية
قنطار ذهب وثلثماية قنطار فضة فحمل اليه حزقيا
ملك يهوذا جميع ماكان في الهيكل من ذهب
وفضة

gis titulum indiderunt. Regno autem potito *Hezekiâ Iudæ* Rege in omnes *Iſraelitas*, & qui ex ipſis reliqui eſſent in *Samaria*, Idola confregerunt, ſtatuáſque amoverunt; nec non ſerpentem æneum, quem *Moſes*, c. p. in deſerto fecerat, quémque illud uſque tempus non deſtitiſſent *Iſraelitæ* magni facere & colere, comminuit. Tribus etiam alienigenas oppugnatas, *Gazam* uſque & urbem *Raphach* fugavit. Miſit etiam ad totum *Iſraelitarum*, qui ditionem *Samariticam*, terrámque *Iudæ* incolerent, cœtum, ut *Hieroſolymis* convenientes Paſcha celebrarent. Congregati ergò illi Paſcha *Hieroſolymis* celebrârunt. Mactavit autem *Hezekia Iudæ* Rex juvencos bis mille, pecudes ſepties mille; præfecti ejus juvencos mille, pecudes decies mille, feſtúmque pulchrum & copioſum celebrârunt. Porrò anno regni *Hezekiæ* Regis *Iudæ*, decimo quarto, cùm aſcendens *Senacherib* Rex *Muſal* in terram *Iudæ*, multas ejus urbes cepiſſet, metu ejus perculſus *Hezekiah*, *Iudæ* Rex, miſit ad ipſum, *Lachiſhi* tum manentem, [dicens,] Quodcunque mihi impoſueris, ego in me tibi præſtandum ſuſcipiam, modò à me recedas. Scripſit ergò ad ipſum *Senacherib* Rex *Muſal*, Fac mihi auri talenta trecenta, argenti ter mille afferas: obtulit ergò ipſi *Hezekia* quodcunque in Templo fuit auri

atque argenti, nec non portas Templi aureas confractas ad ipsum misit. Eâdem autem nocte oborto in exercitu *Senacheribi* Regis *Musal* rumore, aliisque alios cædentibus egressus *Hezekiah* Rex *Iudæ* interfecit ex ipsis virorum centies octogies quinquies mille. *Senacherebum* verò Regem *Musal*, cùm fugisset *Nineven*, filii ejus duo, quorum alteri nomen *Anzar Malach*, alteri *Sareser*, in ipsum irruentes, gladio interfecerunt; deinde in terram *Korda*, quæ est terra *AlMusal*, fugerunt. Iste *Hezekia* Rex, ille erat cujus vitæ addidit Dominus annos quindecim; quòd, scilicet, propinquâ morte cùm nullus ipsi filius esset, conversâ ad parietem facie amarè fleret coram Domino. Misertus ergò ipsius Dominus clementissimus, misso ad ipsum Angelo, notum ipsi fecit se quindecim annos vitæ ipsius adjecisse. Natus est ergò ipsi filius quem *Manapem* appellavit. Porrò, dicitur illum qui ipsi à Deo dixerit, Addidit Deus vitæ tuæ quindecim annos, fuisse *Isaiam* Prophetam; atque hoc verum est. Regnavit autem in *Musal* f. *Senacheribi* nomine *Asarhaddon* Tempore autem *Hezekiæ* Regis *Iudæ*, imperavit *Romanis* Rex nomine *Romæus*, qui urbem condens, ipsi *Romam*, appellatione à nomine suo desumptâ, nomen imposuit; ab eodem etiam denominati sunt

Romani:

وفضة وكسر ابواب الهيكل الذهب وبعث اليه بها
وفي تلك الليلة وقعت صيحة في عسكر سينحاريب ملك
الموصل فقتل بعضهما بعضا وخرج اليهم حزقيا ملك
يهوذا فقتل منهم مايتة الف وخمسة وثمانين الف وهرب
سينحاريب ملك الموصل الي نينوي وكان له ولدان
احدهما اسمه ادرمالاخ والاخر سراسرا فوثبا عليه ولداه
فقتلاه بالسيف وهربا الي ارض قودا وهي ارض الموصل
وحزقيا هذا الملك هو الذي زاد الله في عمره خمسة عشر
سنة وذلك انه لما حضرته الوفاة كان بغير ولد حول
وجهه الي الحايط وبكا بكاء مرا بين يدي الله فرحمه
الله الروف وبعث اليه ملاكا حتي عرفه ان الله قد زاد
في عمرك خمسة عشر سنة فولد له بعد ذلك ابن
فسماه منسي ويقال ان الذي قال له عن الله ان
قد زاد الله في عمرك خمسة عشر سنة هو اشعيا النبي
وهذا هو الصحيح وملك علي الموصل ابن سينحاريب
ويقال له السرجدون وفي ايام حزقيا ملك
يهوذا ملك علي الروم روميوس وبنا مدينة وسماها
رومية مشتق من اسمه وانما سميوا الروم
روم مشتقا من اسم روميوس وصار الملك من ذلك
اليوم

اليوم بمدينة رومية وملك رومبوس ثمانية وثلاثين
سنة ومات حرقيا ملك يهوذا ودفن في بيت
داود وملك بعده ابنه منسي خمسة وخمسين سنة
على يهوذا باورشليم وهو ابن اثني عشر سنة وفي السنة
الثالثة من ملكه عمل الاصنام واخذ بني اسرايبل
بعبادتها فنهاه عن ذلك اشعيا النبي فقتله ونشره
بين دفين نصفين واحرقه بالنار ويقال ان اشعيا النبي
قبل ان يقتل عطش فدعا ربه فانفتحت له عين فشرب
منها وهي سلوان وتفسير سلوان المرسلة ويقال
ايضا ان كان الامم بعد ذلك اذا سكنوا باورشليم
نجف العين واذا سكنوا بنو اسرايبل جرى الما
منها فعبدوا بنو اسرايبل الاصنام اربعة وخمسين
سنة ثم ان ملك بابل سبي منسا ملك يهوذا
وحبسه في جوف عجل من نحاس واوقد تحته
النار فصلي منسي ملك يهوذا وهو في جوف الصنم
وندم على ما فعل وتضرع الي ربه فغفر له ذنبه
ورحمه وادشف الصنم وخرج منه وبعث
الله اليه ملاكا فحمله ورده
الي اورشليم ومات منسي ملك يهوذا
ودفن

Romani: ab eo uſque tempore urbs *Roma* regni [caput] fuit. Regnavit autem *Romæus* annos triginta octo. Mortuus autem *Hezekia Iudæ* Rex in domo *Davidis* ſepultus eſt. Poſt ipſum *Hieroſolymis* in *Iudam* regnavit filius ipſius *Manaſſe* annos quinquaginta quinque, annos natus duodecim; qui tertio regni ſui anno Idola confecit, ad quorum cultum *Iſraelitas* adegit, ob quod cùm ab *Iſaia* Propheta increpatus eſſet, ipſum interfectum ſerráque medium inter duos aſſeres diſſectum igne combuſſit. Fertur autem *Iſaiæ*, cùm ante mortem ſitiens Dominum invocâſſet, apertum fuiſſe fontem è quo bibit; Eſtque ille fons *Silwan*, cujus nominis interpretatio eſt, *Miſſa*. Fertur etiam cùm poſtea Gentes *Hieroſolyma* incolerent, exiccatum eſſe fontem illum; at cùm *Iſraelitæ*, aquâ fluxiſſe. Coluerunt autem *Iſraelitæ* Idola annis quinquaginta quatuor. Deinde *Babelis* Rex captum *Manaſſen Iudæ* Regem vituli ærei, cui ignem ſuppoſuit, alvo incluſit. Oranti igitur *Manaſſe Iudæ* Regi dum in ſimulachri alvo exiſteret, & ob ea quæ fecerat pœnitentiam agenti precéſque ad Dominum fundenti; cùm peccatum ille remiſiſſet, & ipſius miſertus eſſet, diruptum eſt ſimulachrum, ita ut exiret; miſitque Dominus ipſi Angelum qui ſublatum *Hieroſolyma* reportavit. Mortuus autem *Manaſſe* in hor-

to *Vzzæ* sepultus est: regnavitque post ipsum biennio filius ipsius *Amnon*; annos natus viginti duos, qui in colendis Idolis patrem suum imitatus est. Illum autem adorti servi ipsius domi suæ morte affectum cum patre suo in *Vzzæ* horto sepelierunt; regnante post ipsum *Hierosolymis* in *Iudam* annos triginta unum filio ipsius *Iosiâ*, octenni. Ille autem anno regni sui secundo Idola confracta, omniáque Idolorum templa in *Samaria*, quæ extruxerunt *Israelis* Reges, diruta igne combussit, occisis insuper & igne crematis Idolorum sacerdotibus, nec non ossa mortuorum qui Idola coluerant collecta flammis tradidit. Porrò anno regni sui decimo octavo Pascha celebravit quale nemo unquam celebraverat à tempore *Iosue* filii *Nun*. Sacerdos tunc erat *Hilkia Ieremiæ* Prophetæ pater; qui reperto in Templo libro Legis cùm illum legisset, Pascha juxta quod in illo scriptum erat, instituit. Sub ipso prophetârunt *Chalda* uxor *Salumi* custodis vestium Templi, *Ieremias* & *Sophonias* Prophetæ: *Ieremias* autem acceptam arcam in media petra abscondit: fuit etiam ibi *Pseudopropheta* quidam nomine *Hanania*. Tempore *Iosiæ* Regis *Iudæ* ascendens *Pharaoh Nabu* (quod est *Claudus*) *Ægypti* Rex, contra Regem *Musal*, illum bello lacessitum superatúmque in fugam dedit, donec *Euphratem* perveniret: Cumq; rediret

ودفن في بستان عوزيا وملك بعده ابنه امنون سنتين وهو
ابن اثنين وعشرين سنة واخذ في سيرة ابيه في عبادة الاصنام
فوثبوا عليه غلمانه في داره فقتلوه ودفنوه مع ابيه في بستان
عوزيا وملك بعده ابنه يوسيا علي يهوذا في اورشليم
احد وثلثين سنة وهو ابن ثمانين سنة وفي السنة الثانية
من ملكه كسر الاصنام واحرقها بالنار وهدم كل هيكل
للاصنام بالسامرية ممابنته بنو اسرايل واحرقه بالنار
وقتل كهنة الاصنام واحرقهم بالنار وجمع عظام الموتي
الذين كانوا يعبدون الاصنام واحرقها بالنار وفي
ثمانية عشر سنة من ملكه عمل الفصح مالم يعمله
مثله احد قط من وقت يشوع ابن نون وكان
الكاهن حلقيا ابو ارميا النبي واصاب حلقيا في
الهيكل مصحف الناموس فقراه وعمل الفصح بما فيه
وتنبا في ايامه خلدا امراة سلوم حافظ ثياب الهيكل
وارميا النبي وصوفونيا النبي واخذ ارميا النبي التابوت
فخباه في جوف الصخرة وكان هناك نبي كذاب يقال
له حنينا وفي عصر يوشيا ملك يهوذا صعد فرعون
ناهو وهو الاعرج ملك مصر الي ملك الموصل فحاربه
وقتله وهزمه حتي بلغ الفرات فلما رجع خرج
اليه

اليه يوسيا ملك يهوذا ليتلقاه ومعه هدايا كثيرة فلما
راه قتله وحملوه غلمانه من مغدو وهي منيج الي اورشليم
ودفنوه بها وهو ابن تسعة وثلاثون سنة وملك بعده ابنه
يوخاز علي يهوذا باورشليم ثلثة اشهر وهو ابن ثلثة
وعشرين سنة وصعد فرعون ناهو الي اورشليم فاخذ
يوخاز ملك يهوذا وقيده وحمله الي مصر وتماعة من
اليهود وصير فرعون ناهو علي كل من اكن باورشليم
الجزية والرمهم ان يحملوا اليه في كل سنة مايـــــة
قنطار ذهب ومايـة قنطار فضة وانصرف فرعون ناهو الي
مصر ومات يوخاز ملك يهوذا بمصر وملك بعده اليواقيم
ابن يوسيا ويسمي يواقيم علي يهوذا باورشليم احد عشر
سنة وهو ابن خمسة وعشرين سنة وتنبا في ايامه ارميا
النبي واوريا ابن سمعيا من قرية العنب ويوريا ابوخرقيا
وكان يواقيم ملك يهوذا يحمل في كل سنة الي فرعون
ناهو ملك مصر الغدية عنه وعن بلاده مايـة قنطار ذهب
ومايـة قنطار فضة وفي السنة الرابعة من ملك يواقيم
ملك يهوذا ملك بختنصر بابل وفي ايامه صعد
بختنصر هذا الي اورشليم فاستقبلـــه
يواقيم ملـك يهوذا وصارلـه كالعبد
ثلثة

rediret obviam ipſi profectus eſt *Ioſia* Rex *Iudæ* multis cum muneribus, at ipſe viſum eum interfecit, quem ergò reportatum à *Megiddo* (quæ *Menbaj* eſt) *Hieroſolyma*, ibi ipſum ſepelierunt ſervi ipſius, annos natum triginta novem. Poſt ipſum *Hieroſolymis* in *Iudam* regnavit tribus menſibus filius ipſius *Iochaz* annos natus viginti tres. Aſcendens autem *Pharaoh Nahu Hieroſolyma Iochazum Iudæ* Regem captum & vinctum unà cum *Iudæorum* multitudine *Ægyptum* deportavit. Impoſuit etiam *Pharaoh Nahu* omnibus qui *Hieroſolymis* erant tributum, quod ipſis ſibi quotannis offerendum injunxit, auri talenta centum, & argenti totidem. Deinde in *Ægyptum* reverſus eſt. Mortuo autem *Iochazo Iudæ* Rege in *Ægypto*, regnavit poſt ipſum *Hieroſolymis* in *Iudam* decem annos *Eliakim Ioſiæ* filius (qui & *Ioakim* dictus eſt) annos natus viginti quinque. Ejus tempore prophetârunt *Ieremias* Propheta, *Vria Semaiæ* filius ex oppido *Aanab*, & *Buzi Ezekielis* pater. Portavit autem *Iojakim Iudæ* Rex, quotannis ad *Pharaonem Nahu Ægypti* Regem, pro ſe & pro regione ſua, in tributum centum auri ac totidem argenti talenta. Anno autem quarto regni *Iojakimi* Regis *Iudæ* imperavit *Bochtanaſſer Babeli*, cui, & ſub ipſo, *Hieroſolyma* aſcendenti obviam factus *Iojakim Iudæ* Rex, ipſi inſtar ſervi

factus est ad triennium. Reversus est ergò *Bochtanasser Babelem* mittente ad ipsum quotannis *Iojakimo* eam quam ad *Pharaonem Nahu* mittere solebat, auri atque argenti summam; Imperium enim tenuit *Bochtanasser* à Babele usque ad urbem *Raphak*. Postea pactum irritum reddens *Iojakim* nihil ad ipsum misit. Mortuus autem *Iojakim* Rex *Iudæ* in ædibus *Davidis* sepultus est. Regnavitq; post ipsum filius ipsius *Iehonachim*, qui & *Ahia* dictus est, *Hierosolymis*, tribus mensibus, annos natus octodecim; qui cùm tributum non mitteret, accedens *Bochtanasser* cum exercitu suo *Hierosolyma* obsedit; ad quem egresso *Iehonachimo Iudæ* Rege, unà cum matre, servisque, & *Israelitarum* principibus, urbem ei aperuerunt; quam ingressus *Bochtanasser* quicquid in Templo erat vasum, auri, argenti, & gemmarum, nec non quicquid in arce Regia fuit gemmarum, auri, & argenti, *Babelē* asportavit: *Iehonakimum* insuper *Iudæ* Regem vinctum, unà cùm comitibus ipsius septies mille secum *Babelem* traduxit, nec non *Israelitarum* quotquot viribus pollerent. Inter captivos erant *Daniel* adhuc puer, & tres pueri, *Hananiah*, *Azaria*, & *Misael*, qui in fornacem ignis conjecti sunt. Neque in urbe relictus est vel unus quis, infirmis & pauperibus exceptis. Præfecit autem *Bochtanasser Hierosolymis*, *Ioakimi* Regis *Iudæ* fratrem,

ثلثة سنين وانصرف بختنصر الي بابل فكان يواقيم
يحمل اليه في كل سنة ماكان يحمل الي فرعون
ناهو من الذهب والفضة لان بختنصر كان قد ملك
من الفرات الي مدينة رفح ثم بعد ذلك فكث يواقيم
ملك يهوذا ولم يحمل اليه شي ومات يواقيم ملك
يهوذا ودفن في بيت داوود وملك بعده ابنه يهوذاخيم
ويقال له اخيا باورشليم ثلثة اشهر وهو ابن ثمانية
عشر سنة فلما لم يحمل الي بختنصر الفدية شخص
بختنصر بجيشه الي اورشليم فحاصرها فخرج اليه
يهوذاخيم ملك يهوذا مع امه وغلمانه وروسا بني
اسراييل وفتحوا له المدينة فدخل بختنصر المدينة
وحمل كلما في الهيكل من الاية الذهب والفضة
والجوهر وكلما كان في قصر المملكة من الجوهر والذهب
والفضة الي بابل قيد ايهوذاخيم ملك يهوذا وحمله معه
الي بابل مع سبعة الاف من اصحابه وكل اقويا بني
اسراييل حملهم الي بابل وكان في السبي دانيال هو صبي
والثلثة فتية حنانيا وعزريا وميصايل الذين القيوا في
اتون النار ولم يبق في المدينة احد الا الضعفا والمساكين
وولي بختنصر علي اورشليم اخا ليواقيم ملك يهوذا
ابن

ابن يوشيا يقال له متنيا وسماه بختنصر صدقيا
وهو عم يهوياخيم ملك يهوذا فملك احد عشر سنة
بارشليم وهو ابن احد وعشرين سنة وكان في ايامه
ارميا النبي وحبقوق وبوري وفي تسع سنين من
ملكه قطع صدقيا ملك يهوذا ماكان يحمله الي
بختنصر من الذهب والفضة فغضب بختنصر ووجه بقايد
من قواده يقال له نبوزردان ريئس السيافين
الي اورشليم فحاصرها ثلاثة سنين فمات اكثر الناس
بالجوع وهرب صدقيا ملك يهوذا الي مغارة اصلحها
تعرف بمغارة الكلاب في الليل فغطن به نبوزردان فلحقه
بريحا فقبض عليه وبعث به الي بختنصر الي انطاكية
فاخذه بختنصر فاعماه وضرب اعناق اولاده بالسيف
وقتل نبوزردان من اليهود خلقا عظيما وهدم الهيكل
وضربه بالنار وخرب مدينة اورشليم واحرقها بالنار
وحمل كما كان في الهيكل من الذهب
والفضة والنحاس الي بابل ومن اليهود من هرب الي
مصر وملهم من هرب الي البراري والاودية ومن
بقا من اليهود سباهم الي بابل وبقيت اورشليم
خرابا ليس بها احد وهرب حبقوق النبي الي
ارض

trem *Ioſiæ* filium, nomine *Mataniam*, quem *Zedekiam* appellavit, *Iehonakimi* Regis *Iudæ* patruum; qui undecim annis *Hieroſolymis* regnavit, annos natus viginti & unum. Ejus tempore prophetârunt *Ieremias*, *Habbakuk*, & *Buzi*. Porrò anno nono detinuit *Zedekia Iudæ* Rex, aurum atque argentum quod ad *Bochtanaſſerum* mittere ſolitus fuerat: Quare iratus *Bochtanaſſer* ducem è ſuis quendam, nomine *Nabuzaradanum*, ſpiculatorum principem, *Hieroſolyma* miſit, qui cùm urbem triennio obſideret, maxima hominum pars fame abſumpta eſt. *Zedekia* autem *Iudæ* Rex, fugâ noctu contendit ad ſpeluncam quam paraverat, *Speluncam Canum* appellatam: quod cùm animadvertiſſet *Nabuzaradan*, illum *Ierechunti* aſſecutus, apprehenſum ad *Bochtanaſſerum*, *Antiochiam* miſit: quem prehenſum oculis privavit *Bochtanaſſer*, filiis ipſius gladio jugulatis: interfecítque *Nabuzaradan* magnam *Iudæorum* multitudinem, Templúmque dirutum, incendit, ut & urbem *Hieroſolyma* vaſtatam, incendit, & quicquid in Templo fuit, auri, argenti, & æris, *Babelem* aſportavit. *Iudæorum* autem cùm alii *Ægyptum*, alii in deſerta & valles fugiſſent, quotquot reliqui erant, ille *Babelem* captivos abduxit, adeo ut deſolata manerent *Hieroſolyma*, nemine ipſa incolente. *Habakuk* autem propheta in terram

terram *Ismaelitarum* fugâ se recepit, deinde in *Ægyptum* descendit. *Jeremia* Propheta *Ægyptum* fugit, idque anno regni *Bochtanasseris*, decimo nono. Porrò ad captivitarem *Babilonicam* & destructionē Templi, à regno *Davidis*, anni sunt quadringenti septuaginta septē. Ab exitu *Israelitarum* ex *Ægypto*, mille octoginta tres. Ab *Abrahamo*, mille quingenti nonaginta. A *Phaleko*, bis mille sexcenti sexaginta duo. Ab *Adamo*, quater mille nongenti & octodecim. Porrò, *Bochtanasser* anno regni sui decimo octavo, eo nempe qui destructionem Templi proximè antecessit statuam ex auro conflavit cubitos altam sexaginta, latam sexquam cùm in medio urbis *Babel* statuisset, omnes Imperio suo subditos ipsam adorare jussit: quod si quis facere recusaret, in fornace ignis comburendus erat. Selegerat autem sibi *Bochtanasser* ex *Israelitis* pueros tres, quorum unum appellavit *Sidrach*, alterum *Misach*, tertium *Abd-Nagu*. Tres pueri isti cùm Idolum non adorarent, jussu ipsius in fornacem ignis conjecti sunt. Misit verò Deus ad ipsos è cœlo Angelum qui ignem ita extinxit, ut frigus ipsis & incolumitas esset: quod videns *Bochtanasser* ipsos è fornace eduxit, cúmque eos scrutatus nullum ignis vestigium, nec in ipsis nec in vestibus ipsorum deprehendisset, valdè miratus, metúque perculsus,

ipsos

ارض اسمعيل ثم نزل الي مصر وهرب ارميا النبي الي
مصر وذلك في تسعة عشر سنة من ملك بختنصر فمن
ملك داوود الي سبي بابل وخراب بيت المقدس اربعماية
وسبعة وسبعون سنة ومن خروج بني اسرايل من مصر الي
سبي بابل الف وثلثة وثمانون سنة ومن ابراهيم الي سبي
بابل الف وخمسماية وتسعون سنة ومن فالق الي سبي
بابل الفان وماية واحد وثلثون سنة ومن الطوفان الي
سبي بابل الفان وخمسماية اثنان وستون سنة ومن ادم
الي سبي بابل اربعة الاف وتسعماية وثمانية عشر سنة وفي
ثمانية عشر سنة من ملك بختنصر وهي السنة التي قبل
خراب بيت المقدس عمل صنما من ذهب طوله ستون
ذراعا وعرضه ستة اذرع ونصبه في وسط بابل وامر جميع
مملكته بالسجود له ومن امتنع من السجود له احرق في
اتون النار وكان بختنصر قد اتخذ لنفسه ثلثة فتية من بني
اسرايل فاسما احدهم سيدراخ والاخر ميصاخ وسما الثالث
عبد ناغوا فلم يسجدوا لهولاي للصنم فامر بهم فالقوا في
اتون النار فبعث اليهم الله ملاكا من السماء فاطفي
النار عنهم وصارت عليهم بردا وسلام فلما راي بختنصر ذلك
اخرجهم من الاتون وفتشهم فلم يري فيهم من النار اثرا فكثر

من ذلك فتعجب وفزع واكرمهم ورفع مقدارهم وصيرهم
رؤسا في داره وفي السنة الرابعة من بعد خراب بيت
المقدس راي بختنصر رويا فجمع المفسرين والمنجمين
وقال لهم اخبروني بالرويا التي رايت وبتفسيرها
والا ضربت اعناقكم فقالوا له ان ليس عندنا علم بالرويا
دون ان تقول لنا ما رايت فنفسره لك فغضب بختنصر
وهم بضرب اعناقهم وكان دانيال النبي حدثا في وقت
السبي فاتخذه بختنصر لنفسه ورباه في داره وقدمه
فقال له دانيال اذا اخبرك بالرويا وافسرها لك ان
الملك راي صنما عظيما وحش المنظر راسه من ذهب ويداه
فضة وجوفه واحشاءه من نحاس وساقاه من
حديد ورجلاه من فخار ثم راي الملك صخرة
عظيمة انقطعت من الجبل من غير ان
يقطعها احد فكسرت ذلك الصنم وسحقته
حتى لم يرى له اثر وصارت الصخرة جبلا عظيما
وملات الارض فهذا ما راي الملك واما
تفسير ذلك فانت ايها الملك راس ذلك
الصنم الذهب وبعدك يملك ملكا يكون دونك
وهو الفضة وبعده يملك ملك ثالث وهو النحاس
وبعده

ipſos honore affectos, & gradu ſublimi collocatos principes in palatio ſuo conſtituit. Porrò anno poſt excidium *Hieroſolymorum* quarto, cùm vidiſſet *Bochtanaſſer* inſomnia, congregatis Onirocritis & Aſtrologis dixit, Viſiones quas vidi unà cum ipſarum interpretationibus mihi narretis: ſin minùs, capite vos plectam. Reſponderunt illi, Non eſt nobis viſionum ſcientia, niſi ipſe nobis indices quid videris, ut illud tibi explicemus. Iratus ergò *Bochtanaſſer* in animo habuit colla ipſis præcidere. *Danielem* autem prophetam, qui tempore captivitatis adoleſcens fuit, aſſumptum ſibi *Bochtanaſſer* domi ſuæ educaverat & præfecerat; Ille ergò ipſi dixit, Ego tibi inſomnium quòd vidiſti narrabo, ipſúmque tibi interpretabor. Vidit ſiquidem Rex Imaginem magnam, aſpectu terribilem, cui caput ex auro, manus ex argento, venter & femora ex ære, crura è ferro, pedes è teſtâ; Vidit deinde Rex petram grandem è monte ſine alicujus ope exciſam, quæ Imaginem iſtam confractam comminuit, adeo ut nullum ipſius veſtigium perciperetur; petra autem mons magnus evaſit, terrámque implevit: hoc eſt quod vidit Rex. Interpretatio ejus hæc, Tu, ô Rex, caput eſt Imaginis iſtius aureum; poſt te regnaturus Rex te inferior, argentum eſt; poſt ipſum ipſo inferior,

æs; poſt illum eo inferior, ferrum; poſt quem denique & ipſo inferior regnaturus, teſta eſt: at poſt ipſum regnaturus eſt Rex magnus cujus regnum nunquam deſinet: & quemadmodum vidiſti petram è monte ſine alicujus ope exciſam quæ Imaginem confregit, terrámque implevit, ita erit ut Rex iſte toti terræ dominetur uſque in ſæculum. *Bochtanaſſer* ergò *Danielem* veſte indutum honore affecit, omnibúſque *Babelis* doctis præfecit, domúſque ſuæ principem conſtituit; nomine *Beltaſar* ipſi indito. Porrò anno captivitatis *Babylonicæ* quinto poſt deſtructa *Hieroſolyma*, prophetârunt *Babeli* ex *Iſraelitis*, *Ezekiel* filius *Buzi*, loco dicto *Carmela*; *Baruch Neriæ* filius, frater ejus *Saras*, *Daniel* è proſapia *Davidica*, *Mordechani Benjamita*, *Hacai*, *Zacharia* filius *Barachiæ*, *Malachias*, *Ezra*, & *Nahum*. Fuerúntque *Ægypto* prophetæ *Habbakuk Simeonita*, & *Ieremia*. Coluerunt autē *Iſraelitæ* in *Babele* Idola, ob quod cùm ipſos increparet *Ezekiel* Propheta, in eum irruentes *Iſraelitarum* primores morte ipſum mulctârunt. Porrò *Bochtanaſſer* anno regni ſui viceſimo quinto *Ægyptum* profectus Reges ejus interfecit; imperavítque *Ægypto*, *Syriæ*, terræque *Iudæ*, *Romæorum*, *Græcorum*, *Perſiæ*, *Babelis* & *Al-Muſal*. Totum regni ejus ſpatium annorum erat quadraginta quinque, quorum novendecim excidium

وبعده يملك ملك دوده وهو الحديد وبعده يملك دوده
وهو الفخار ثم يملك بعده ملك عظيم لا زوال لملكه
ومثلها رايت الصخرة انقطعت من الجبل من غير ان
يقطعها احد فكسرت الصنم وملات الارض كذلك
يكون ذلك الملك يملك الارض كلها الي الدهر
فخلع بختنصر علي دانيال واكرمه وقدمه علي جميع علما
بابل وصيره رييسا علي داره وسماه بلطاسر وفي السنة
الخامسة من سبي بابل وخراب اورشليم تنبا ببابل
من بني اسرايل حزقيال ابن يوزي بوضع يقال
له كرملا وباروخ ابن داريا وسراس اخوه ودانيال
من جنس داوود ومردخاني من ولد بنيامين وحكاي
وزاخريا ابن باراشيا وملاخي وعزرا وداحوم وكان بمصر
حبقوق النبي من سبط سمعان وارميا النبي فعبدوا بني
اسرايل الاصنام ببابل وكان ينكر عليهم ذلك حزقيال
النبي فوثبوا عليه روسا بلي اسرايل فقتلوه وفي سنة
خمسة وعشرين من ملك بختنصر صار الي مصر واخربها
وقتل ملوكها وملك مصر والشام وارض يهوذا والروم
واليونانيين وفارس وبابل والموصل فجميع ما ملك
بختنصر خمسة واربعون سنة منها تسعة عشر سنة قبل
خراب

æs; post illum eo inferior, ferrum; post quem denique & ipso inferior regnaturus, testa est: at post ipsum regnaturus est Rex magnus cujus regnum nunquam desinet: & quemadmodum vidisti petram è monte sine alicujus ope excisam quæ Imaginem confregit, terrámque implevit, ita erit ut Rex iste toti terræ dominetur usque in sæculum. *Bochtanasser* ergò *Danielem* veste indutum honore affecit, omnibúsque *Babelis* doctis præfecit, domúsque suæ principem constituit; nomine *Beltasar* ipsi indito. Porrò anno captivitatis *Babylonicæ* quinto post destructa *Hierosolyma*, prophetârunt *Babeli* ex *Israelitis*, *Ezekiel* filius *Buzi*, loco dicto *Carmela*; *Baruch Neriæ* filius, frater ejus *Saras*, *Daniel* è prosapia *Davidica*, *Mordechani Benjamita*, *Hacai*, *Zacharia* filius *Barachiæ*, *Malachias*, *Ezra*, & *Nahum*. Fuerúntque *Ægypto* prophetæ *Habbakuk Simeonita*, & *Ieremia*. Coluerunt autẽ *Israelitæ* in *Babele* Idola, ob quod cùm ipsos increparet *Ezekiel* Propheta, in eum irruentes *Israelitarum* primores morte ipsum mulctârunt. Porrò *Bochtanasser* anno regni sui vicesimo quinto *Ægyptum* profectus Reges ejus interfecit; imperavítque *Ægypto*, *Syriæ*, terræque *Iudæ*, *Romæorum*, *Græcorum*, *Persiæ*, *Babelis* & *Al-Musal*. Totum regni ejus spatium annorum erat quadraginta quinque, quorum novendecim excidium

وبعده يملك ملك دونه وهو الحديد وبعده يملك دونه
وهو الفخار ثم يملك بعده ملك عظيم لا زوال لملكه
ومثلما رايت الصخرة انقطعت من الجبل من غير ان
يقطعها احد فكسرت الصنم وملات الارض كذلك
يكون ذلك الملك يملك الارض كلها الي الدهر
فخلع بختنصر علي دانيال واكرمه وقدمه علي جميع علما
بابل وصيره رييسا علي داره وسماه بلطاشر وفي السنة
الخامسة من سبي بابل وخراب اورشليم تنبا ببابل
من بني اسراييل حزقيال ابن يوزي بوضع يقال
له كرملا وباروخ ابن داريا وسراس اخوه ودانيال
من جنس داوود ومردخاني من ولد بنيامين وحكاي
وزاخريا ابن باراشيا وملاخي وعزرا وداحوم وكان بمصر
حبقوق النبي من سبط سمعان وارميا النبي فعبدوا بني
اسراييل الاصنام ببابل وكان ينكر عليهم ذلك حزقيال
النبي فوثبوا عليه روسا بني اسراييل فقتلوه وفي سنة
خمسة وعشرين من ملك بختنصر صار الي مصر واخربها
وقتل ملوكها وملك مصر والشام وارض يهوذا والروم
واليونانيين وفارس وبابل والموصل فجميع ما ملك
بختنصر خمسة واربعون سنة منها تسعة عشر سنة قبل
خراب

خراب اورشليم وسبي بني اسرايل وستة وعشرون سنة
بعد الخراب ومات بختنصر الملك وملك بعده ابنه
اويل مردوخ ثلثة وعشرون سنة فاخرج من الحبس
يهوياخيم ملك بني اسرايل واخلع عليه واحسن اليه
واطلق كل من كان محبوسا من بني اسرايل وقتل
ارميا النبي بمصر رجما بالحجارة حتي مات ودفن وزعموا
ان الاسكندر لما دخل الي مصر حمل جسد ارميا النبي
الي الاسكندرية ودفنه فيها ومات اويل مردوخ
وملك بعده ابنه بلتاسر ثلثة سنين وقتل
وذلك انه كان اتخذ طعاما فاكل مع اصحابه
وشرب فلما سكر دعا بانية الهيكل التي من
الذهب والقضة التي كان جده بختنصر حملها من
اورشليم فشرب بها واسقا اصحابه فبينما هو قاعد
في مجلسه ان نظر الي كف يد في الحايط واصابع
كف تكتب فجزع جزعا عظيما وجمع علما
اهل بابل علي انهم يقرون الكتاب
ويفسرونه فلم يقدروا علي ذلك فقالوا
للملك هاهنا رجلا من بني اسرايل
يقال له دانيال كان جدك بختنصر
يقدمه

cidium *Hierosolymorum* & captivitatem *Israelitarum* antecesserunt; viginti sex secuti sunt. Mortuo *Bochtanassero* Rege, post ipsum regnavit filius ipsius *Evil-Mardoch* annos viginti tres: Hic *Iehonachim*, *Israelitarum* Regem, è carcere eductum, veste induit, beneque tractavit, nec non Israelitas quotquot in carcere erant dimisit. *Ieremia* autem Propheta in *Ægypto* lapidatione è medio sublatus est, lapidibus petitus usque dum moreretur, [ibique] sepultus. Ferunt *Alexandrum* cùm *Ægyptum* ingressus esset, *Ieremiæ* prophetæ corpus *Alexandriam* translatum ibi sepelisse. Mortuo *Evil Mardocho* post ipsum triennio regnavit filius ipsius *Beltasar*, deinde interfectus est. Quippe, cùm instructo convivio una cum comitibus suis ederet ac biberet, ebrius jam factus afferri jussit vasa templi aurea & argentea quæ *Hierosolymis* abduxisset avus ipsius *Bochtanasser*, in quibus cùm bibisset & sociis suis bibendum præbuisset, interea dum in loco suo dormiret, vidit ecce volam manûs in pariete, cujus digiti [aliquid] scriberent: Magno igitur metu consternatus omnes *Babyloniorum* doctos convocavit ut scripturam istam legerent atque interpretarentur. Quod cùm illi facere non possent, dixerunt Regi, Est hic ex *Israelitis* quidam nomine *Daniel*, quem ad honorem evexit, & magni fecit avus tuus *Bochtanasser*; ille tibi

tibi ſcripturam hanc & leget & interpretabitur. Accerſivit ergò Rex *Danielem*, qui illud quod ſcriptum fuit ipſi legit. Erat autem, *Mani Tacel Pharas*. Dixit ergò; Interpretatio *Mani*, eſt, Deus regnum tuum perfecit & ad magnitudinem perduxit. Interpretatio *Tekel*, regnum ubi perfectum fuerit, deficere. Interpretatio *Pharas*, Regnum tuum *Medis* & *Perſis* diſtributum iri. Rex ergo *Danielem* veſte & torque aureo induit. Iſtâ autem nocte interfectus eſt Rex *Beltaſar*, Regnúmque poſt ipſum occupavit *Darius Aſriri* filius, *Medus*, è *Madanenſium* ſc. ſtirpe, anno uno. Hic autem aſſumptum *Danielem* exercitui ſuo præfecit, quam ob cauſam invidiâ ergò ipſum commoti, duces ejus, ipſum apud Regem incuſârunt dicentes, *Danieli* in animo eſt in Regem rebellare atque ipſum interficere. Conjecit ergo Rex *Dauielem* in lacum leonibus truculentis plenum. Deinde pœnitentiâ motus eſt. Die autem craſtino è lacu egreſſus eſt *Daniel* à feris intactus. Metuens ergo Rex duces iſtos qui *Danielem* accuſſſent in ſpeluncam conjecit, quos devorârunt feræ. *Danielem* autem præfecturæ exercitûs & Dynaſtiæ reſtituit. Ubi autem periiſſet *Darius Perſarum* Rex, primus qui *Perſis* imperavit, fuit *Cyrus Perſa*, qui etiam *Danielem* exercitui ſuo præfecit. Fuit autem *Babeli* Idolum æreum ingens cui nomen *Bel*, cujus dimenſum

quotidiana

يقدمه ويعظمه وهو يقرا لك هذا الكتاب ويفسره فدعا
الملك بدانيال فقرا دانيال المكتوب فكان المكتوب
مادي تاكال فاراس فقال له تفسير مادي ان الله
اكمل ملكك وعظمه وتفسير تاكال ان الملك
ان اكمل زال وتفسير فاراس ان ملكك ينقسم علي
المان اديين واهل فارس فخلع الملك علي دانيال
وطوقه بطوق من ذهب وفي تلك الليلة قتل بلتاهر
الملك ثم ملك بعده داريوش ابن اسرير المادي اعني من
ولد مادان سنة واحدة وكان قد اتخذ دانيال وصيره
رييسا علي عسكره فحسدوه قواده وسعوا به الي الملك
وقالوا له ان دانيال يريد الخروج علي الملك وقتله
فلقا الملك دانيال في جب مملوا سباع ضاريه ثم ندم
بعد ذلك ومن الغد اخرج دانيال من الجب ولم
تمسه السباع ففزع الملك والقا في الجب القواد الذي
سعوا به فاكلتهم السباع ورد الملك دانيال الي رياسة
عسكره وتدبيره فلما هلك داريوش ملكت الفرس
قاول من ملك من الفرس كورش الفارسي
فصير دانيال رييسا علي عسكره وكان
ببابل صنم من نحاس عظيم يدعا بيل وكان
للصنم

للصنم وطبخة في كل يوم اثني عشر مكوكا دقيقا
سمين واربعون كبشا وستة اقساط خمر وكان
الملك يركب في كل يوم فيسجد للصنم فمنعه دانيال
من ذلك وقال له ان خدام الصنم هم الذين ياكلون
وظيفة الصنم فدعا الملك بالخدام وتهددهم فاقروا له
بحر الصنم وقتل الخدام وكان ايضا ببابل ثعبان
عظيم وكان اهل بابل يعبدونه فقال دانيال للملك سلطني
عليه وانا اقتله فاخذ دانيال شعرا وزفتا وشعرا فعجنه
واطعمه للثعبان فلم يلبث بل مات فلما نظروا اهل بابل
الي ما فعل دانيال حسدوه فسعوا به الملك وقالوا له ان
دانيال يريد قتلك فغضب الملك عليه والقاه في جب
ملوا سباع ضارية فاقام فيه ستة ايام وكان وظيفة
السباع في كل يوم ثوريين وكبشين ولم يطرح الي
السباع في تلك الستة ايام شي من اللحم وكان
حبقوق النبي بارض يهوذا في موضع يقال له تقوع
قد طبخ عدسا وثرد ثريدا في صحفة ليطعم الحصادين
فناداه ملاك من السماء يا حبقوق امضي بما معك من
الطعام الي دانيال ببابل فانه في جب السباع منذ ستة
ايام فلم يطعم فاخذ ملاك الله بشعر حبقوق النبي
وحمله

quotidianum erat duodecim modii ſimilæ puræ, oves quadraginta, & vini ſextarii ſex, quod cùm quotidiè adequitans Rex adoraret, vetuit eum hoc facere *Daniel*, dicens, Qui inſerviunt Idolo, ipſi ejus dimenſum comedunt. Cùm ergò Rex convocatis famulis iſtis minatus eſſet, rem illi confeſſi ſunt; quare & Idolũ confregit, & famulos morte affecit. Fuit etiam *Babeli* draco prægrandis, quem cùm *Babelis* incolæ colerent, dixit *Daniel* Regi, Si mihi in ipſum poteſtatem conceſſeris, ego ipſum interficiam. Acceptis ergò adipe pice & pilis, iiſque ſubactis cùm draconem cibâſſet ipſe ilicò mortuus eſt. Viſo ergò quid feciſſet *Daniel* invidiâ erga eum moti *Babylonii*, ipſum apud Regem deferebant, dicentes, *Daniel* cædem tuam molitur. Iratus ergò Rex ipſum in ſpeluncam feris noxiis plenam conjecit, ubi ſex diebus ſubſtitit; feris iſtis dimenſum ſingulis diebus erat boves bini, cum ovibus binis: at ſex iſtis diebus nihil omnino carnis conjectum fuit. *Habakuk* autem Prophetam qui in terra *Iudæ*, loco quodam dicto *Tekoa*, fuit, dum lentes coqueret, & panem intritum paropſidi inderet, quo Meſſores cibaret, è cœlo inclamavit Angelus, Heus *Habakuk*, illud quod apud te eſt, ad *Danielem*, *Babelem*, feras; Ille ſiquidem jam ſex diebus, quibus in ſpelunca ferarum fuit, nihil comedit. *Habbakukum* ergò Prophetam

capillo capitis prehenſum, una cum cibo qui in manibus ejus fuit, *Babelem* portavit, & ſuper lacum in quo erat *Daniel* poſuit; qui ergò ipſum inclamans dixit, ò *Daniel*, Me *Habakukum* miſit ad te Dominus cum cibo quo veſcaris. Aſcendens ergò *Daniel* è lacu comedit, Deúmque celebravit, ac rurſum in lacum deſcendit. *Habakukum* autem ſublatum in terram *Iudæ* reportavit Angelus. Deinde Rex pœnitentiâ motus ob illud quod *Danieli* fecerat, ipſum è ſpecu à feris intactum eduxit; quod miratus Rex ipſum præfecturæ exercitûs reſtituit. *Cyrus* autem *Perſa*, cùm triennio regnâſſet, mortuus eſt, regnante poſt ipſum *Achaſhaviroſho* annos duodecim. Poſt quem filius ipſius *Cyrus*, cognominatus *Darius*, annos triginta imperavit. Cujus regni anno primo mox diem obiit *Daniel* Propheta. Anno autem regni ſui ſecundo *Iſraelitas Hieroſolyma* redire, urbémq; ac Templum ædificare juſſit. Cujus cauſa fuit quòd *Cyrus Perſa*, *Iſraelitidem* quandam nomine *Malchat*, *Zerobabelis* ſororem, uxorem ducens, ipſam *Perſarum* more Reginam conſtituerit. Quæ cùm ipſam amaret *Cyrus*, petiit ab illo ut *Zorobabelis* fratris ſui gratiâ *Iſraelitas Hieroſolyma* remitteret. Juſſit ergò *Cyrus Zorobabelem Hieroſolymis* imperare. Sub ipſo prophetârunt *Aggæus*, & *Zacharias*. Porrò fuit *Cyro* œconomus

وحمله الي بابل بما معه من الطعام واقام علي الجب الذي
فيه دانيال فناداه وقال له يا دانيال اذا حبقوق
بعثني الله اليك بطعام لتاكل فصعد دانيال من
الجب فاكل وحمد الله ثم نزل في الجب وحمل الملاك
لحبقوق فرده الي ارض يهوذا ثم ان الملك ندم علي
ما فعله بدانيال فاخرج دانيال من الجب ولم تمسه
السباع فعجب الملك من ذلك ورد دانيال الي رياسة
عسكره وكان ملك كورش الفارسي ثلثة سنين
ومات وملك بعده اخشويرس اثني عشر سنة وملك
بعده ابنه كورش ويسما داريوش ثلاثين سنة وفي اول
سنة من ملكه مات دانيال النبي وفي السنة الثانية
من ملكه امر بني اسرائيل بالرجوع الي اورشليم
وان يبنوا المدينة والهيكل وكان سبب ذلك
ان كورش الفارسي تزوج امراة من بني اسرائيل
اسمها ملحات اخت زروبابل وجعلها ملكة
مثل عادة الفرس وكان كورش يحبها فسالته
ان يرد بني اسرائيل من اجل اخيها زروبابل
الي اورشليم ففعل ذلك وامر كورش لزروبابل ان
يملك في اورشليم وتنبا في ايامه اجاوس وزكريا وكان
لكورش

لكورش الملك قهرمان من بني اسرايل يقال له
دانيا ابن حخليا وكان راس الجالوت وهو الذي
بنا بيتنا الهيكل وكان معه عزرا ابن هرايا الكاهن
وجماعة من بني اسرايل ممن سبي بابل الي بنيان
الهيكل سبعين سنة وكمل بناوه في اربع سنين وتولي
بناوه زروبابل ابن صالاتايل ابن اخيا الذي
يسمي يهوشاخيم ملك يهودا الذي كان سباه
بختنصر وحبسه وملك زروبابل علي بني اسرايل
بارشليم وبعد بناوه بسنة واحدة وافا عزرا الكاهن
وكان الكاهن قبل مجي عزرا يوشع بن يهوصادوق
الكاهن فاصاب اليهود علي خلل كثير من التوراة
نكتب لهم التوراة وهي التي في ايديهم اليوم
وجدد لهم امور ناموسهم وعلمهم دينهم وملك كورش
داريوش ملك بابل وملك بعده ابنه قمبسوس تسع
سنين وملك بعده سمرديوس المجوسي سنة واحدة
وانما سمي المجوسي لان في ايامه ظهر رجل فارسي
يقال له زراشت فاظهر دين المجوس واتخذ
بيوت النيران ملك بعده دارا الاول عشرين
سنة وملك بعده ارطحشاست وبلقب بطويل
اليد

nomus ex *Iſraelitis* nomine *Nahtbania*, *Hajaliæ* filius, qui & captivitatis princeps fuit. Ille Templi ſtruendi curam ſuſcepit, quocum unà fuerunt *Ezra Seraiæ* filius Sacerdos, & *Iſraelitarum* multitudo. Iam à captivitate *Babilonicâ* ad Templum conditum anni fuerunt ſeptuaginta. Annis autem quatuor perfecta eſt ejus ſtructura; ſtructuræ ejus præfuit *Zerobabel* filius *Salatielis*, filius *Achiæ*, qui cognominatus eſt *Iehonachim, Iudæ* Regis, quem captivum abductum in carcerem conjecit *Bochtanaſſer*. Regnavit autem *Zerobabel Hieroſolymis* in *Iſraelitas*. Porrò uno poſt urbem conditam anno diem obiit *Ezra* Sacerdos, qui, ante *Ioſhuæ Iehoſadaki* Sacerdotis adventum, Sacerdotis munus obiit: qui cùm *Iudæos* in multis circa legem errâſſe offendiſſet, librum Legis ipſis deſcripſit, eum nempe qui hodie in manibus ipſorum eſt. Réſque ad legem ipſorum ſpectantes ipſis renovavit, & jura docuit. Morruo *Cyro Dario*, *Babelis* Rege, poſt ipſum imperavit filius ipſius *Kamyſus* annos novem: poſt quem *Samardius* Magus annum unum. Hic, Magus cognominatus eſt quòd ipſius tempore floruerit *Perſa* quidam nomine *Zoradaſht*, qui Magorum religionem condidit ædibus igni dedicatis. Poſt ipſum regnavit *Dara* primus, annos viginti. Poſt illum *Artachſhaſt Longimanus* cogno-

cognominatus, annos viginti quatuor, cujus tempore floruit in *Græcorum* Regione, in urbe *Coo*, *Hippocrates* ſapiens artis Medicæ author. Dicit *Said Patricii* filius, Medicus: Hujus rei indicium eſt quod refert *Galenus* in ſua juramenti & mandati *Hippocratis* explicatione, ſcil. Regem *Perſarum* ad *Hippocratem* miſiſſe, ac magnâ pecuniæ ſummâ oblatâ [invitâſſe] ut ad ipſum accederet; veto autem ejus non annuiſſe *Hippocratem*, neque ipſum adiiſſe, cùm nequaquam ipſi æquo conſentaneum videretur *Perſas* qui *Græcorum* hoſtes eſſent ſanare. Refert autem *Honain Iſaaki* filius, in ſua libri hujus è lingua *Græca* in *Arabicam* verſione, meminiſſe *Galenum*, *Hippocratem* non adiiſſe *Artachſhaſtum Longimanum* appellatum, quòd regnante ipſo contigiſſe feratur *Perſis* morbum dictum *AlMawarek*, (vel juxta aliud exemplar, Peſtem.) Miſiſſe ergò ipſum ad urbis *Kowayiſelah* præfectum, ut *Hippocrati* centum auri talenta traderet, ipſúmque ad ſe, honorificè tractatum, adduceret, quò *Perſas* à morbo qui ipſis contigiſſet, ſanaret; abnuiſſe autem *Hippocratem*, cùm non æquum judicaret *Græcorum* hoſtibus opem ferre, eóſque ſanare. Mortuo *Artachſhaſhto Longimano*, poſt ipſum imperavit *Artachſhaſht Magnus*, annos triginta & unum. Poſt eum *Saadianus* annos tres. Poſt ipſum *Dara* ſecundus,

اليد اربعة وعشرين سنة وفي عصره كان بارض اليونانيين
في مدينة قوا بقراط الحكيم صاحب صناعة الطب
قال سعيد بن بطريق المتطبب والدليل على ذلك
ما ذكره جالينوس في تفسيره لكتاب ايمان بقراط وعهده
ان ملك الفرس ارسل الي بقراط وبذل له مالا كثيرا
على ان يصير اليه فلم يجبه بقراط الي ماسال ولا صار اليه
لانه لم يري من العدل ان يشفي الفرس وهم اعدا
اليونانيين وذكر حنين ابن اسحق في نقله لهذا
الكتاب من اليوناني الي اللسان العربي ان جالينوس
ذكر ان بقراط لم يصير الي ارطخشاست الملقب بطويل
اليد لانه يقال ان هذا الملك عرض في ايامه للفرس
المرض المسمي الموارق وفي نسخة اخري يقول الموتان
فوجه الي عامل مدينة قوا يسئله ان يدفع الي بقراط مائة
قنطار ذهب ويحمله اليه بكرامة واجلال ليشفي اهل
فارس من المرض الذي كان اصابهم فلم يجبه بقراط الي
ذلك لان بقراط لم يري من العدل معونة اعدا اليونانيين
واشفائهم ومات ارطخشاست الملقب بطويل اليد وملك
بعده ارطخشاست الكبير احد وثلاثين سنة وملك بعده
مقدونيوس ثلثة سنين وملك بعده صعد وقيوس ثلاث

هذن وملك بعده دارا الثاني ويلقب بالناكت هيعة عشر
سنة وملك بعده ارطخشاست من بني اخي كورش الثاني
اثنين وعشرين سنة وفي عصره كان بارض اليونانيين
من الحكما والفلاسفة هرقلس وماتوس وفيثاغورس
وسقراطس وسيلون صاحب الشرايع وزينون وابندقلس
وملك بعده ابنه ارطخشاست وبسما اخوس عشرين سنة
فجمع اخوس ملك الفرس جيشه وصار الي مصر فقهر
ملك مصر وغلب عليها فلما قهر ملك مصر خاف ملك
مصر ان يقع في يد اخوس ملك الفرس فنكل به فحلق
ملك مصر راسه ولحيته واسمه فرعون شاداق وغير لباسه
وهرب الي مدينة مكدونية وبنا اخوس ملك الفرس
بفسطاط مصر القصر المعروف اليوم بقصر الشمع وصير فيه
هيكلا عظيما لبيت النار وهو اليوم يعرف بكنيسة مارثاذوس
وكان الملك بمدينة مكدونية فيلبس ابو الاسكندر ومات
اخوس ملك الفرس وملك بعده ابنه ارسيس ويلقب
بالناكت احد عشر سنة وكان في عصره بمدينة اثينا وارض
اليونانيين من الفلاسفة والحكما افلاطون وكنسالون
وديموكراطس وابذديموس وسقراط ومات ارسيس ملك
الفرس وملك بعده ابنه داريوس سبع سنين وقتله
الاسكندر

cundus, qui cognominatus eſt *AlNaceth* annos ſeptemdecim. Poſt eum *Artachſhaſht*, è filiis fratris *Cyri* ſecundi, annos viginti duos. Ejus tempore floruerunt in *Græcia* Sapientes & Philoſophi, *Hercules*, *Malus*, *Pythagoras*, *Socrates*, *Solon* Legiſlator, *Zenon*, & *Empedocles*. Poſt ipſum regnavit annos viginti filius ejus *Artachſhaſht*, qui cognominatus eſt *Achus*. Hic copiis ſuis collectis *Ægyptum* petiit, quam Rege ipſius devicto occupavit. Rex autē *Ægypti* (cui nomen *Pharaoh Shanak*) devictus, timens ne ſi in manus *Achuſi*, *Perſarum* Regis incideret, malè ab ipſo mulctaretur, raſis capite & barbâ, ac mutatis veſtibus *Macedoniam* urbem profugit. *Achus* verò *Perſarum* Rex *Fuſtati*, *Ægypti* arcem, condidit, quæ hodie *Kaſr olſhamaa* audit; in qua & templum magnum extruxit, igni dedicatum, quod hodiè Eccleſia Sancti *Theodori* appellatur. Fuítque *Macedoniæ* Rex *Philippus Alexandri* pater. Mortuo *Achuſo Perſarum* Rege, poſt ipſum regnavit filius ipſius *Arſes*, qui cognominatus eſt *Nacer*, annos undecim. Ejus tempore floruerunt in urbe *Athenarum* & *Græcorum* regione Philoſophi Sapientes, *Plato*, *Cenſalon*, [*Xenophon*] *Democritus*, *Apollonius*, & *Socrates*. Mortuo *Arſeſo Perſarum* Rege, poſt ipſum regnavit filius ipſius *Darius* annos ſeptem, quem interfecit *Alexander*. Regnum tenue-

runt Reges isti in *Musal*, *Babylonem*, *Persiam* & *Amedum*. Causa autem cur interficeret *Alexander Darium* hæc erat, quòd cùm mortuo patre *Philippo* successisset in *Macedoniæ* regno *Alexander* annos sexdecim natus, atque *Dario Persiæ* Regi nuntiatum esset *Alexandrum* post patrem suum *Græcis* imperare, ille ipsius [subjugandi] cupidus, literas ad ipsum conscripserit, quarum hoc exemplar est. "Nuntiatum est mihi "te inussu meo in *Græcos* regũ occupâsse. Quòd "si eâdem quâ pater tuus viâ incessisses in consi-"lio capiendo, & quod ego te jussissem fecisses, "hoc tibi melius fuisset, & prosperitatem tuam "diutiùs continuâsset. Verùm ad hoc te impulit "pueritiæ deceptio pro tuâ & tuorum ignoran-"tiâ. Recede ergò ab eo quo jam es [loco,] & "pro teipso, & patria tua redemptionis pretium "afferens, culpam tuam confitere, atq; hoc citò "omni morâ depositâ facias: Sin minus ad te cum "*Persarum* viris profectus, patriam tuam eorum "pedibus conculcabo, viros tuos occidã, téq; pro-"speritate tuâ exuam. Misi interim tibi illud quod "si numerare possis, numerare etiam viros & co-"mites meos poteris. Vale. Miserat autem ad ipsum per legatum sesamorum excorticatorum modium. Accedens ergò *Darii* legatus ad *Alexandrum* ipsi literas & Sesama obtulit. *Alexander* igitur congregatis

الاسكندر وكان ملك هولاي الملوك في الموصل وبابل
وفارس وامد وكان سبب قتل الاسكندر داريوش ملك
الفرس ان الاسكندر لما مات ابوه فيلبس ملك بعده
الاسكندر في مدينة مكدونية وهو ابن ستة عشر سنة
فبلغ داريوش ملك الفرس ان الاسكندر لما مات ابوه
فيلبس ملك بعده الاسكندر في مدينة مكدونية وهو ابن
ستة عشر سنة فبلغ داريوش ملك فارس ان الاسكندر قد
ملك بعد ابيه علي الروم فطمع فيه وكتب اليه كتابا
هذه نسخته بلغني ايها الملك تملكت علي الروم من غير امري
ولو كنت سلكت مسلك ابيك في المشورة وعملت بما
امرك به كان احسن لك وابقا لنعمتك ولكن
غر الصبي حملتك علي ذلك بالجهل منك وممن معك فاقلع
عنما انت عليه واحمل الينا الفدية عنك وعن بلادك
واعترف عن ذنبك وعجل بذلك ولا تؤخره والا خرجت
اليك برجال فارس ووطئت بهم بلادك وقتلت رجالك
واخرجتك من نعمتك وقد بعثت اليك بما ان استطعت
ان تعده استعطت ان تعد رجالي واصحابي والسلام
وبعث اليه مع الرسول بقفيز سمسم مقشور فقدم رسول
داريوش علي الاسكندر واوصل اليه الكتاب والسمسم
فجمع

فجمع الاسكندر روسا اصحابه وقرا عليهم كتاب
داريوش وقال لهم ان توازرتم غلبتم داريوش
وظفرتم به وان تشتت اراكم طمع فيكم فاجابه كل
واحد منهم بما حضره من الراي فاجابهم الاسكندر
وقال لهم قد سبق الي قلبي النصر علي داريوش
ودلني علي ذلك حبث سبة اصحابه بالمهتم وهو
طعام دسم وليس علي اكله تعب وان ملكه
يصير الينا فقالوا له اصحابه كذلك يفعل الله
فاجاب الاسكندر داريوش بكتاب هذه نسخته
من المقلد من الله عبد الله الاسكندر وملك
اليونانيين الي داريوش المستعلي فهمت كتابك
وماوصفتني به من التعدي لامرك وما تواعدتني
به واني ان لم ادفع ما اتاعليه واخرت حمل
ماكتبت بجملة اليك خرجت الي برجال
فارس فلقد حدثتك نفسك بما لم تنالة يدك
ولا بلحقه فكرك واناخارج اليك حقا
بليون اليونانيين ومعلمك كيف تكون
الحال عند اللقا وقد بعثت اليك
بما تستدل به علي حرافة رجالي من
رجالك

gregatis comitum ſuorum præcipuis ac *Darii* literis ipſis audientibus prælectis, dixit, Si uno animo fueritis ipſum vincetis, ſin abinvicem ſeparati, vobis inhiabit. Cui reſponderunt ſinguli prout ipſis tunc viſum fuerat. Quibus *Alexander*. Ominatur mihi animus victoriam in *Darium*, (cujus mihi indicium inde eſt quòd comites ſuos ſeſamo aſſimilaverit, quod cibus eſt pinguis, & ſine moleſtia editur) nóſque regno ipſius potituros. Dixerunt ipſi ſocii ipſius, Ita faciat Deus. Reſpondit ergò *Alexander Dario* literis ſcriptis quarum hoc exemplar eſt. Ab eo qui à Deo Rex conſtitutus eſt, *Alexandro* ſervo Dei, & *Græcorum* Rege ad *Darium* præcelſum: Intellexi literas tuas, & quomodo me ut in mandatum tuum rebellem indigitaveris, & quid mihi comminatus fueris. viz: ſi à gradu meo non neceſſero, & differam illud afferre quod ſcripto tuo juſſiſti me tibi afferre, profecturum te contra me cum viris *Perſarum*. Certè dictat tibi animus tuus quæ non aſſequetur manus tua, nec apprehendit cogitatio tua. Ego autem ad te reverà proficiſcar cum Leonibus *Græcorum*, & quomodo ſe res habeat docebo te ubi obviam tibi factus fuero. Miſi interim tibi quo dignoſcere poſſis quanto acriores viris

viris tuis fuerint viri mei, Vale. Miſit autem ad ipſum ſaccum ſinapis. Reverſus ergò ad ipſum legatus ipſius quid feciſſet *Alexander* ipſi nuntiavit. *Alexander* autem convocatis Patriciis ac viris primariis, ſic illos allocutus eſt, O populo, tribus proprietatibus perficiuntur res, viz. conſilio bono, viribus ad idem [exequendum] deinde hæc utraque in actum intentione ſincerâ perducendo. Quiſquis ita comparatus fuerit idoneus eſt ad ea quæ cupit aſſequenda, ſi quis ergò veſtrûm, his inſtructus fuerit, mihi ſe adjungat, & quicunque ſecùs ſe habuerit, à me recedat. Reſponderunt illi, Proprietates iſtas in rege conjunctas, in nobis diſcretas poſuit Deus, nec ceſſabit è nobis quiſpiam ultimum quod penes ipſum fuerit [præſtare.] Quod ipſorum reſponſum cùm probaſſet *Alexander*, paratis ſtatim copiis ad bellum *Dario* inferendum profectus eſt. Qui cum in *Meſopotamia* concurriſſent, fuit inter ipſos quadraginta dierum ſpatio bellum. *Darius* verò quinque confectis foſſis in ſingulis ducem cùm duodecem virorum millibus collocaverat, quorum nulli niſi quinto quolibet die pugnandi vices obtigerunt. Suis etiam injunxerat ſingulis diebus duorum [ſibi] *Græcorum* capita [afferre.] Allata ſunt ergò illi quotidie duorum vel unius ſaltem *Græcorum* capita. Ob quod magnâ animi triſtitiâ affectus,

رجالك والسلام وبعث اليه بصرة خردل فلما وصل
رسوله اليه حدثه بما فعل الاسكندر ثم ان الاسكندر
جمع بطارقته ووجوه رجاله فقال لهم يا قوم ان
الاشيا تتم بخصال ثلاث منها الفكر الجيد والقوة
عليه ثم العمل بهما بالنية الصادقة فمن كان
علي ذلك منكم فهو علي سبيل الظفر بما يريد ومن
كانت هذه فيه فليلحق بي ومن كان بخلافه
فليتخلف عني فقالوا له قد جمع الله هذه الخصال
في الملك وجعلها فينا متفرقة وليس يدع كل
امر منا الغاية فيما عنده فاستحسن قولهم واستعد
الاسكندر عند ذلك وخرج لمحاربة داريوس فالتقيا
في الجزيرة وكان الحرب بينهم اربعين يوما
وخندق داريوس نحو خنادق وجعل في خندق
منها اصبهيدا في اثني عشر الف رجل وكانت
النوبة لا تصير الرجل في القتال الا يوم في نحو
ايام وفرض داريوس علي اصحابه في كل يوم
راسين من الروم فكان يوتي في كل يوم
راسين من الروم اوبراس واحد فوجد الاسكندر
في نفسه من ذلك وجدا شديدا وبلغ

منه الفيض كل مبلغ وبعث الي داريوش يقول له
انا قد كنا ان تتفاوقد رايت امرا فيه البقا لنا ولك
وذلك ان تامر اصحابك في وقت المصاف ان يفرجوا
لي فرجا فاخرق صفك خرقا الي جانب مملكك
وارجع راجعا الي بلادي فانا لا ادري الفرار من الزحف
وهو عار لا يغسل وقدرا بقا ووزرا لا يغفر فاجابه داريوش
انا لا ادري الذي سالت ولا سبيل الية فلما راي الاسكندر
ذلك جسر علي راسه وقال يامعشر الروم هذا هو
العجز والذل عن الانتصار هل فيكم او في اهل
فارس من يحتال لي في هذا الامر ويفرج عني
هذه الكربة وله نصف ملك فارس والروم ونصف
ما في بيوت الاموال فسمع كلام الاسكندر
خسنف وادرسبست ابنا ادربخت وكانا صاحبا
حرس داريوس وفي نسخة اخري جيوش فلما
التحم القتال وثبا علي داريوش فوجياه
بالسيوف حتي خرصريعا وانهزمت الفرس
وكثر فيهم القتل وانتهي اسكندر
الي داريوش وهو علي تلك الحال
فنزل عن فرسه حتي وضع راس
داريوس

affectus, iráq; quantâ fieri potuit exæſtuans *Alexander* miſit ad *Darium* qui ipſi diceret, Parum abeſt ne mutuo conſumamur, viſum eſt autem mihi quo ſaluti noſtræ ſimul & veſtræ conſulatur, nimirum ut, cum inſtruendæ ſint acies, ſpatium relinquant nobis comites tui quo ordines tuos ad ditionis tuæ limitem pertranſeam, deinde ad patriam meam revertar. Neque enim animus nobis eſt certamen detrectare; eſſet hoc opprobrium quod elui, macula quæ mundari, flagitium cui ignoſci, non poſſet. Reſpondit *Darius*, non viſum eſt nobis ullo modo quod petiiſti concedere. Quod cum vidiſſet *Alexander*, [homines] ad aliquid contra caput ipſius machinandum incitavit dicens, Heus *Græci*, eſt hoc imbecillitas, & opis indigentia. Eſtne é vobis aut è *Perſis* qui aliquid mihi hoc in negotio comminiſcatur, quo me à triſtitiâ iſtâ exolvat, [hâc mercede] ut ſit ipſi regnorum *Perſiæ* & *Græciæ*, nec non omnium quæ in Gazophylaciis fuerint, dimidium? Quæ *Alexandri* verba cùm audîſſent *Cheſneſph* & *Adarſhiſt Adarbachti* filii, qui ſatellitibus *Darii* [vel juxta aliud exemplar, exercitibus] præerant, commiſſâ jam pugnâ *Darium* adorti gladiis confoderunt adeo ut pronus decideret. *Perſæ* autem in fugam converſi ſunt magnâ ipſorum ſtrage editâ. *Alexander* verò ubi ad *Darium* eo modo ſe habentem perveniſſet

equo deſcendens *Darii* caput gremio ſuo impoſuit, abſtersâque facie & vulnere alligato, ipſum oſculatus & in lachrymas profuſus dixit, Laus Deo qui te interfici noluit à comitum meorũ aliquo; Erat hoc, quod videmus, præſcientiâ Dei [determinatum:] Pete autem à me quod tibi viſum fuerit. Tria tibi à me impetrare licebit, tu unum mihi tantum concedas Dixit ergò illi *Darius*. Hoc à te peto, Ne familiis apud *Perſas* illuſtribus ſatos, & nobiles perdas, ſed liberos dimittas; peto etiam, ne Ignium ædes diruas, earúmq; ædituos bene tractari jubeas; denique ut me de interfectore meo ulciſcaris, ipſúmque mihi adjungas: nam ſi ſuperſtes manſerit tuorum etiam beneficiorum immemor erit, ut erga me antea ſe ingratum præſtitit. Promiſit ergò *Alexander* præſtiturum ſe quod petierat. Dixit deinde *Alexander*, Quod à te vellem eſt, ut filiam tuam *Ruſhtac* mihi in uxorem concedas, illud enim te ſciente ac conſentiente fieri vellem. Reſpondit illi *Darius*, Illam tibi in uxorem trado hac conditione, ut poſt te regnum progeniei tuæ ab ipſa oriundæ relinquas. Quod cùm annuiſſet ipſi *Alexander* illam uxorem duxit. Mortuum autem pretioſiſſimis quæ apud Regem erant linteis involvi curavit, deinde *Græcorum Perſarûmque* exercitus, feretrum armatos comitari jubens, ipſe etiam cum comitum ſuorum

داريوس في حجرة ومسح عن وجهة وعصب جراحة
وقبلة وبكا وقال الحمد لله الذي لم يجري
قتلك علي يد احد من اصحابي وقد كان ما ترى
في سابق علم الله فهل ما بدا لك ولك عندي
ثلاث شفاعات وشفعني انت في واحدة فقال له
داريوس حاجتي اليك الا تستفسد اهل البيوتيات
والشرف من اهل فارس وان تستخلصهم ومن حاجتي
اليك الا تخرب بيوت النيران وان تستوصي بهد دنها
خيرا ومن حاجتي اليك ان تنصفني من قاتلي
وتقيدة بي فانة سيكفر بعروفك ككفرة بعروفي
فضمن له الاسكندر ماقال وقال له الاسكندر
حاجتي اليك ان تزوجني ابنتك روشنك ويكون
ذلك بعلمك ورضايك فقال له داريوش ازوجتك
اياها علي ان تجعل الملك من بعدك لولدك منها
فاجابه الاسكندر الي ذلك وتزوجها منة ثم
قضي امرة فامر الاسكندر ان يكفن
بافخر الاكفان التي للملك وامر جنده
الروم والفرس بالمشي بين يدي نعشة
بالسلاح ومشي الاسكندر والوجوة من اصحابه
خلف

خلف دعشة حتي واراه فقال الاسكندر اني وان
كنت فعلت بداريوش ما رايتم فقد كان
علي كل حال عدوي وقد عظم بلاء من كفاني
امره عندي ووجب علي مكافاته فليمن لي
صحيفته فاني اقسم باللة قسما لاوهن به
ولارفعنه فوق اصحابي كلهم فبدوا اليه خصنصف
وامرشيشت ابنا اخرجت قالا لة نحن صاحبي
داريوش والذان كفيناك امره فانجز لنا وعدك
فامر بهما ان يصلبا علي خشبتين عظيمتين
وقال ان هذان الرجلان قد استحقا ما امرت
بة فيهما بنكثهما وغدرهما بصاحبهما فانهما
ان لم يفيا لصاحبهما فلن يفيا لغيرة فقد
نجزت ماوعدتهما ورفعتهما فوق اصحابي اجمعين
ثم امر لام داريوش وزوجتة وابنتة بالصلات
والكسوات وشرفهن وامر لقواد اهل فارس
ووجوههم بصلات وكسوات وجوايز وارزاق
واقرهم علي مراتبهم فاحبوة والفوة ودب من
دب منهم لغزو الهند فشخصوا معة مسرورين
ومنبسطين

orum præcipuis idem ſecutus eſt donec ipſum terræ mandâſſet. Dixit ergò *Alexander*, Etiamſi præſtiterim *Dario* quod vidiſtis, uſquequáque tamen hoſtis mihi fuit, ac certè magnam rem tentavit qui me hoc negotio expedivit, cui mercedem rependere neceſſe habeo; libellum ergò ſuum mihi porrigat; ſanctè enim per Deum juro ipſum exaltatum iri & à me ſupra omnes ſocios meos evehendum. Statim ergò ſe illi offerentes *Cheſhneſph* & *Adarſhiſht*, *Adarbachti* filii, dixerunt, Nos *Darii* comites ſumus, & qui negotiũ hoc tibi expedivimus: Præſta igitur nobis quod pollicitus es. Iuſſit ergò ipſos ſuper duabus trabibus ſublimibus ſuſpendi; dixítq; Certè hi duo meriti ſunt hoc quod ipſis fieri juſſi, ob ſuam erga Dominum ſuum infidelitatem ac fraudem; qui enim Domino ſuo fidẽ non præſtiterunt, nec alteri præſtabunt. Ego interim quod ipſis pollicitus ſum exhibui: ipſos ſupra omnes ſocios meos evehendo. Tum in *Darii* matrem, uxorem & filiam donaria ac veſtes conferri juſſit, ipſáſque honore affecit: Duces etiam ac Viros *Perſarum* primarios, muneribus, veſtibus, honorariis, rebúſque ad victum neceſſariis donari jubens, ipſos in iiſdem quibus erant dignitatum gradibus confirmavit: quare ipſum amore proſecuti ſunt, ac conſuetudinem cum ipſo habuerunt. Invitavit etiam eorum quos libuit ad *Indiam* inva-

invadendam, qui ergò ipſi operam alacres ac læti præſtiterunt. Ita in ſeptẽ climata regno potitus eſt *Alexander*. Iam à captivitate *Babylonica* ad Regnum *Alexandri* anni ſunt ducenti ſexaginta tres. A regno *Davidis*, ſeptingenti quadraginta. Ab exitu *Iſraelitarum* ex *Ægypto* mille trecenti quadraginta ſex. Ab *Abrahamo*, mille octingenti quinquaginta tres. A *Phaleko*, bis mille trecenti nonaginta quatuor. A diluvio, bis mille nongenti viginti quinque. Ab *Adamo* quinquies mille centum octoginta unus. *Alexandri* præceptor fuit *Ariſtoteles* Philoſophus. Fuit etiam *Athenis* Sapiens nomine *Diogenes*. Devicit ergò *Alexander* regiones, ſuberántque ipſi *Græcorum* Reges tredecim, tredecim etiam urbes condidit, quarum aliæ in Occidente, aliæ in Oriente. Bella etiam geſſit, ac victorias reportavit quales Regum [præter ipſum] nemo. Vrbem etiam condidit quam de nomine ſuo *Alexandriam* appellavit; ad quam à *Macedonia* imperium tranſtulit. *Pharon* etiam *Alexandriæ* extruxit, quam omnibus navigantibus in ſignum, quo ad *Alexandriam* dirigerentur, poſuit. Poſtquam etiam devictis Regibus & ſubjugato mundo *Babelem* perveniſſet, venenum illi bibendum dederunt, quo mortuus eſt. Cujus cauſa fuit, quòd cùm mater ipſius *Olympias* literas ad ipſum ſcripſiſſet, in quibus illum quem *Macedoniæ* præfecerat

ومنبهطوس الاعمال فملك الاسكندر الاقاليم السبعة فمن سبي
بابل الي ملك الاسكندر مايتين وثلاثة وسبعون سنة ومن
ملك داوود الي ملك الاسكندر سبعماية واربعين سنة ومن
خروج بني اسرايل من مصر الي ملك الاسكندر الف
وثلاث ماية وستة واربعين سنة ومن ابراهيم الي ملك
الاسكندر الف وثمان ماية وثلاثة وخمسين سنة ومن فالق
الي ملك الاسكندر الفان وثلثماية واربعة وخمسين سنة
ومن الطوفان الي ملك الاسكندر الفان وتسعماية وخمسة
وعشرون سنة ومن ادم الي ملك الاسكندر خمسة الاف وماية
واحد وثمانون سنة وكان ارسطاطاليس الفيلسوف معلم
الاسكندر وكان ايضا بمدينة اثينا حكيم يقال له ديوجانوس
وفتح الاسكندر الفتوح ودان له من ملوك اليونانيين ثلثة
عشر ملك وبنا ثلثة عشر مدينة بعضها في المغرب وبعضها
في المشرق وكانت له وقايع وفتوح لم يكن لاحد من الملوك
مثلها وبنا مدينة وسماها باسمه وهي الاسكندرية ونقل الملك
من مدينة مكدونية الي مدينة الاسكندرية وبنا منارة
الاسكندرية وصيرها علما لكل من يسير في البحر يستدل بها
علي الاسكندرية فلما غلب الملوك استولي علي الدنيا وصار
الي بابل سقوه سما ومات وذلك ان امه الرومغيدا كانت

كتبت اليه كتابا تشكوا فيه عامله الذي مكدوديه فحقد
عليه الاسكندر وعزم علي قتله فاحس الرجل بذلك منه
فوجه بابن له الي الاسكندر ومعه هدايا كثيرة والطاف
واعطاه سما قاتلا واوصاه ان يتلطف بكل حيلة بان يسم
الاسكندر فقدم الفتي واوصل كلما كان معه من الهدايا
ولقي فيمن لقا صاحب شراب الاسكندر وقد كان
الاسكندر قبل ذلك وجد عليه فضربه وكان موغر الصدر
فطابقه صاحب الشراب علي غرضه ودخل معهما في
الامر رجل من خاصة الاسكندر واتفق ان الاسكندر اتخذ
طعاما لاصحابه فاكلوا وشربوا وجلس الاسكندر
مع خاصته وندمايه مسرورا جدلا بمجلسه فلما اخذ فيه
الشراب خلط الساقي من ذلك السم في كاس الملك
ثم ناوله اياها فلم يلبث حين شربه الي ان احس
بالموت فامر باحضار كاتبه فاملي عليه كتابا الي امه
هذه نسخته من عبد الله الاسكندر المستولي علي
اقطار الارض بالامس وهو اليوم رهينها الي المومفيدا
امه الحليمة الرحيمة التي لم يتمتع بقربها السلام
الزكي الطيب عليك فان سبيلي يا امي سبيل من
قد مضي من الاولين وانتي ومن يخلف بعدي
بالاثر

accuſaverat, iratus *Alexander*, morte illum afficere in animo haberet; quo intellecto vir ille filium ſuum cum muneribus pulchris mittens, tradidit etiam ipſi venenum mortiferum, jubens aliquo uti commento quo ipſum veneno perimeret. Profectus igitur juvenis, cùm quæ ſecum habuit munera obtuliſſet, inter reliquos in *Alexandri* pocillatorem incidit; cui, quòd non ita pridem iratus *Alexander* ipſum percuſſerat, pectus irâ æſtuabat; hic ergò propoſito ipſius favit: conſpirante etiam cum ipſis quodam ex *Alexandri* familiaribus. Contigit autem, ut *Alexander* comitibus ſuis convivium inſtrueret, quibus edentibus ac bibentibus, ipſe cum familiaribus ac convivis ſuis conſedit, hilaritati ac colloquio indulgens. Cùm ergò vino victus eſſet, venenum illud Regis poculo immiſcens pocillator, Regi porrexit; quo epoto, confeſtim mortem [ingruentem] ſenſit; quare accerſito Scribâ ſuo, ipſi ad matrem ſuam Epiſtolam dictavit, cujus hoc exemplar: "Ab "*Alexandro* ſervo Dei, qui heri omnium terræ "finium Dominus, hodiè ejuſdem depoſitum "eſt, ad *Olympiadem* matrem ſuam benignam, "miſericordem, quâ propiùs frui non licet. Pax "tibi integra, optima. Viam quam calco ego, ea "eſt quam calcârunt qui præceſſerunt priores. "Tu, cæteríque qui mihi ſuperſtites ſunt, veſti-

" giis [noſtris inſiſtitis.] Siquidem illud cui in
" hoc mundo ſimiles ſumus, eſt dies hodiernus,
" qui præcedentem pellit. Ne autem ob mun-
" dum hunc contriſteris, cùm ſuos fallere ſoleat.
" Exemplũ hujus rei habes in eo quod tibi notum
" eſt de Rege *Philippo*, qui nullo modo obti-
" nere potuit, ut vel tecum permaneret, vel mihi
" ſuperſtes eſſet: præcinge igitur te patientiâ, &
" impatientiam pelle, tèque à turba ſubducens,
" jubeas ne ad te ingrediatur quis, niſi cui infor-
" tunium aliquod acciderit, quo quid ſit illud ſcire
" poteris, & ſtatum tuum meliùs percipias. Tu res
" tuas age, illud autem ad quod ego tendo, me-
" lius eſt, ac facilius eo quo fui [ſtatu.] Benè
" autem mihi, tibíque ipſi facias conſolationem
" & patientiam admittendo, ne dominetur tibi
" triſtitia. Scriptæ ſunt ad te literæ iſtæ meæ, die hu-
" jus mundi ultimo, futuri primo: hâc ſpe ut tibi
" ad conſolationem inſervituræ ſint, gratæque fu-
" turæ. Ne autem contrà ac opinor facias, neque
" ſpiritum meum contriſtes. Vale. Tum ſig-
nari literas, atque ad matrem ſuam ſecretò mitti
juſſit: ac cùm *Philemoni* conſiliario ſuo, ut mor-
tem ſuam celaret, & quàm citiſſimè *Alexandriam*
iret, præceperat, diem obiit. Fertur autem *Alexan-
drum*, cùm *Komoſum* perveniſſet, in morbum gra-
vem incidiſſe, quo continuè laboravit, creſcente
indies

بالاثر وانما مثلنا في هذه الدنيا كالقوم الذي
يدفع ماتقدمه فلا تاسفي علي الدنيا فانها غارة
لاهلها والعبرة في ذلك بما عرفت من الملك فيلبس
حيث لم يجد السبيل الي المقام معك ولا التخلف علي
فتدرعي بالصبر وانفي عنك الجزع واعتزلي وامري
الا يدخل اليك الا من لم تنله مصيبة لتعرفي ما
في ذلك فتستقري علي امرك وتمضي لشانك
فان الذي اصير اليه اخير مما كنت فيه
واروح فاحسني الي والي بفسك بقبول
العزا والصبر ليلا يتملك الحزن عليك
وكتابي هذا اليك في اخر يوم من الدنيا
واول يوم من الاخرة رجاء ان تتعزي
به وتحسن موقعة منك فلا تخلفي ظني
ولا تحزني روحي والسلام وامر بختم الكتاب
وانفاذه الي امه سرا وتقدم الي قيليمون وزيره
ان يستتر موته ويعجل في المسير
الي الاسكندرية ثم قضي اجله ويقال ان
الاسكندر لما بلغ قومس مرض بها مرضا
شديدا ومضا مريضا لايزداد الا مرضا
في

في كل يوم وكانت امه اخبرته ان المنجمين
قالوا لها حين ولدته امه انه يهلك بموضع سماه
ذهب وارضه حديد فمضا علي ما به حتي شهرزاد
فبينما هو في مسيره اذ اشتد به المرض فنزل
فالقي له دفتان وفوقه درع من حديد فجلس
عليه واظله رجل بترس مموه بالذهب فلما نظر
الي ذلك تذكر قول امه فدعا وزيره واملي
عليه كتابا الي امه ثم قضي اجله فلما ورد الكتاب
الي امه امرت فاصلح لها طعام ثم نادت في
الناس بالحضور الي الطعام ووكلت بالابواب
من لا يدع احدا يدخل الا من لم تصبه مصيبة فجعل
البوابون يعدون كل من جبهم من الناس فاذا وجدوه
قد اصابته باحد مصيبة لم يادنوا له بالدخول
حتي صدر الناس كلهم ولم يبق احد فلما رات
ذلك حسن عزاها وصبرت وايقنت انه السبيل
وجعل فيليمون الوزير جسد الاسكندر في تابوت
من ذهب اجلالا له وفي نسخة اخري ملاه عسلا
وشتر موته وقاد الجيوش والخزاين الي
الاسكندرية فلما وصل الي الاسكندرية
اظهر

indies ægritudine: narratúmque ipſi à matre fuiſſe Aſtrologos cùm primò naſceretur dixiſſe, Moriturum ipſum in loco cujus cœlum, aurum eſſet, terra ferrum: Ipſum ergò ita ſe habentē perrexiſſe uſque dum ad *Shahrazur* perveniret, at inter eundum cùm ingraveſcente morbo deſcenderet, ſuppoſitæ ſunt ipſi tabulæ binæ, ſuperimpoſita loricâ ferreâ, cui inſedit, tegente ipſum quodam clypeo deaurato: quo cōſpecto ejus quod narraverat ipſi mater, recordatum, accerſito qui ipſi à conſiliis erat, literas ad matrem dictâſſe, ac tum diem obiiſſe. At ubi ad matrem ipſius perveniſſent literæ, ipſa epulum ſibi inſtitui juſſit, ad quod deinde homines convocavit, præficiens portis qui neminem introire ſinerent, niſi cui nullum accidiſſet infortunium. Ianitores ergò, omnes qui accederent interrogantes, cùm aliquem infortunium aliquod paſſum fuiſſe reperiſſent, introire non ſinebant, adeo ut omnes nemine relicto redirent. Quod cùm vidiſſet, conſolatione admiſſâ patientiam induit, pro comperto habens viam eſſe hanc [omnibus communem.] Porrò *Philemon* conſiliarius *Alexandri* corpus honoris cauſâ arcæ aureæ impoſuit. In alio exemplari legitur ipſum illud melle impleviſſe, morte ejus celatâ, exercitus & theſauros *Alexandriam* deduxiſſe; eò autem cùm perveniſſet mortem ejus notam hominibus feciſſe

feciſſe, arcâ in medium prolatâ, eâque in pavimento depoſitâ, Sapientes juſſiſſe unumquemque Epicedium canere quod amicis ſolandis, omnibus inſtituendis, inſerviret. Dixit ergò *Philemon* Sapiens, Magnum hic dies exemplum exhibet, Præceſſit malum ejus, quod à tergo erat; & retrò abiit bonũ ejus, quod præceſſerat; Quicunq; autẽ eum cujus abiit regnum, deflere velit; Defleat. *Plato* Sapiens, Heus qui per vim [omnia] agebas, collegiſti quod te decepit, & à te receſſit; ita ut tibi adhæreat reatus ejus, utilitas autem ad alium redierit. *Ariſtotel's* Sapiens, Abiit à nobis *Alexander* loquens, reverſus eſt ad nos ſilens. *Naren* Sapiens, Dic gregi *Alexandri*, Hic eſt dies in quo cuſtodit grex paſtorem ſuum. *Nilon*, An conſolabitur nos, ob Regem noſtrum, niſi qui infortunium paſſus ſolatium accepit? Dixit Alius, Hæc eſt via, quâ neceſſe eundum eſt; Eodem ergò affectu quod duraturum eſt quærite, quo peritura quæritis. Alius, Sufficit hoc in exemplum; Heri fuit aurum *Alexandro* theſaurus, hodiè *Alexander* in auro reconditus. Alius, Sequetur te qui morte tuâ gaudet, quemadmodum tu ſecutus es eum cujus morte gaviſus es. Dixit *Lotas* Philoſophus, Ne miremini eum, qui cùm in vita ſua nos non inſtituerit, nobis tandem ſe morte ſuâ monitorem præbuit. Dixit *Metron* Sapiens, Heri, heus tu!

اظهر للناس موت الاسكندر واخرج التابوت ووضعه
في وسط البلاط وامر فيليمون الوزير الحكما ان
يقول كل واحد منهم ندبة تكون للخاصة تعزية
وللعامة عظة بالحان قال فيليمون الحكيم هذا يوم
عظيم العبرة اقبل من شره ماكان مدبرا وادبر من
خيره ماكان مقبلا فمن كان باكيا علي من زال
ملكه فليبكي قال افلاطون الحكيم ايها الساعي المغتصب
جمعت ماخدلك وولا عنك فلزمتك اوزاره وعاد علي
غيرك هناوه قال ارسطاطاليس الحكيم صدر عنا الاسكندر
ناطقا وقدم علينا صامتا قال قارن الحكيم قل لرعية
الاسكندر هذا يوم ترعا الرعية راعيها وقال فيلون هل
يعزينا علي ملكنا من لم تصبه مصيبة فنتعزا وقال اخر
هذا طريق لا بد من سلوكها فارغبوا في الباقية كرغبتكم
في الفانية قال اخر كفا بهذا عبرة ان الذهب كان
بالامس كنزا للاسكندر فاصبح الاسكندر اليوم بالذهب
مكنوزا وقال اخر سيلحقك من سره موتك كما
لحقت انت من سرك موته وقال لوطس الفيلسوف
لاتعجبوا ممن لم يعظنا في حياته ثم قد صار بموته
لنا واعظا وقال مطرون الحكيم قد كنا

ايها الشخص بالامس تقدر علي الاستماع ولا تقدر علي
القول فهل تستمع الان ماتقول وقال سيس الحكيم امات
هذا الشخص خلقا كثيرا ليلا يموت فات فكيف لا يدفع
الموت عن نفسه بالموت وقال اخر لم يودبنا الاسكندر
بكلامه مثلما ودبنا بسكوته وقال دمطر الحكيم يا من كان
غضبه الموت هلا غضبت علي الموت وقال اخر خافت
حصونك ايها الملك وامنت حصون خايفيك
وقال اخر مازهد الناس فيك اليوم ايها الملك
وارغبهم في تابوتك وقال اخر ما اصدق الموت لاهله
غيرانهم يكذبون عهودهم ويصون اذانهم وقال
فيلقطون الحكيم ان دنيا يكون هذا اخرها
فالزهد في اولها اولي بنا وقال اخر ايها الجمع لاتبكون
علي من جاز البكاء عنه بل يبكي كل امر منكم علي
نفسه قال اخر عهدي بك وقد كنت ترحب بنفسك
عن رحب البلاد فكيف صبرك الان علي ضيق المكان
وقال اخر ان كان لاتبكي من الموت الا عند حدوثه فالموت
في كل يوم جديد وقال اخر لين كنت مرتفعا
لقد اصبحت متضعا وان كنت مغبوطا فلقد اصبحت
مرحوما وقال اخر ماهذا الذي كان غضبه مرهوبا وجانبه
ممنوعا

tu! audire potuimus, non autem loqui [coram te] nunc verò num audis quæ loquimur? Dixit *Sis* Sapiens, Hic multos morte affecit ne moreretur, at mortuus eſt; quomodo non potuit à ſe mortem morte repellere? Dixit Alius, non ita erudivit nos *Alexander* ſermone ſuo, ac ſilentio ſuo nos erudit. Dixit *Demetrius* Sapiens, Heus tu cujus ira mors fuit, cur non ipſi morti iratus es? Dixit Alius, Timent jam arces tuæ, ô Rex, & ſecuræ ſunt arces te timentium. Dixit Alius, Quàm cautè jam à te abſtinent homines ô Rex, & quam avidè arcæ tuæ inhiant! Dixit Alius, Quàm veraciter agit Mors cum ſuis, niſi quod illi oculos ſuos claudant, & aures obturent! Dixit *Philokaton* Sapiens, quod ad mundum, cujus hoc eſt ultimum, certè nobis ſatius fuiſſet à primo ejus abſtinuiſſe. Dixit Alius, Heus homines, ne defleatis illum qui flere deſiit, ſed ſeipſum unuſquiſque veſtrûm defleat. Dixit Alius, Rogo mihi dicas, qui animum regionum amplitudine latiorem geſſiſti, quomodo jam pati potes locum tam anguſtum? Dixit alius, Si non defleatur de morte niſi novitas ejus, certè quotidiè mors nova accidit. Dixit Alius, Si elatus fuiſti, jam humilis es, & ſi invidendus fueras, jam certè miſerandus es. Dixit Alius, Quid eſt? ô tu cujus ira formidanda erat, & latus ejus munitum,

nitum, Cur non iratus es, ut à te discederet mors? aut, Cur non te protexisti, ut à te impotentiam repelleres? Dixit Alius, Sufficit vulgo in exemplum mors Regum; & sufficit Regibus in commonitionem, mors vulgi. Dixit Alius, Non aliud edidit *Alexander* documentum illustrius, morte suâ. Dixit Alius, Fuit vox tua terribilis, & regnum tuũ præcelsum; jam verò defecit vox tua, & regnũ tuum depressum est. Dixit Alius, Fuit tibi copia benefaciendi; non autem mihi loquendi; jam verò est mihi copia loquendi, non autem tibi benefaciendi. Dixit Alius, Si heri à te non fuit quisquam securus, hodiè certè non timet te quisquam. Dixit Alius, Heri sollicitus fuit pastor ob gregem, hodie grex ob pastorem suum. Dixit Alius, Pervenisti jam ad illum cui debitor eras, ob debitum quod necesse est ut solvas, atque utinam scirem quâ patientiâ uteris in debito quo teneris solvendo? Dixit alius, Si antea ea fuisset tibi gravitas, & temperies quæ hodiè est, certè prudens fuisses. Cúmque loquendi jam finem fecissent Philosophi, surgens *Rushta*, *Darii* Regis *Persarum* filia, *Alexandri* uxor, quæ omnium *Alexandro* charissima fuit, manu arcæ impositâ dixit, Non putaveram, ô Rex, cùm *Darium* vinceres, regnum tuum devictum iri. Tum dixit Philosophis, Si vestri de *Alexandro* sermones illudendi gratiâ

ممنوعا هلا غضبت علي الموت ليفرق منك ام هلا امتنعت
لتطرد الدل عنك وقال اخر كفا للعامة اسوة بموت
الملوك وكفا الملوك عظة بموت العامة وقال اخر ما
اتعظ الاسكندر بعظة هي ابلغ من وفاته وقال اخر قد كان
صوتك مرهبا وكان ملكك عالما فاصبح الصوت
قد انقطع والملك قد اتضع وقال اخر قد كنت تقدر علي
الاحسان ولا اقدر انا علي الكلام فاليوم اقدر علي الكلام
ولا تقدر انت علي الاحسان وقال اخر ان كنت بالامس
لا يامنك احد لقد اصبحت اليوم لا يخافك احد وقال
اخر قد كان الراعي يهتم بالرعية بالامس فاليوم
تهتم الرعية براعيها وقال اخر قد وصلت الي من كان
له قبلك دين ولا بد من اقتضا ذلك منك فليت
شعري كيف صبرك عند اقتضا الدين والحق منك
وقال اخر لو كان بك من الوقار والسكينة فيما خلا مثل
الذي بك اليوم لكنت حكيما فلما فرغت الفلاسفة من
الكلام فقامت زوجة الاسكندر روشتك بنت داريوش
ملك الفرس وكانت اعز الناس علي الاسكندر فوضعت
يدها علي التابوت وقالت ما كنت احسبك ايها الملك
ان غلبت داريوش ان ملكك يغلب ثم قالت للفلاسفة ان
كان

كان منطقكم في الاسكندر باستهزاء فقد خلف الكاس
التي شربها معكم ولكلكم فيها ارا وان كان تعزية وبكاء
فاستعدوا للجواب واعدوا الحجة فان ما داف ستدوقون
فليكن العمل علي حسب القول فاذكم غيرامنين
ثم ان ام الاسكندر خرجت ووضعت خدها علي التابوت
وقالت قد بالغتم في التعزية والذي كنت احذره
علي الاسكندر قد صار اليه فلم يبق له ملك ولا عليه
فليكثر في الدنيا زهدكم واعطوا الحق من
انفسكم فقد قبلت تعزيتكم وامرت بدفنه وكان
ملك الاسكندر ستة عشر سنة وجميع ماعاش
الاسكندر اثنان وثلاثون سنة وكان الاسكندر
قد ولي علي كل بلد غلاما وفي نسخة اخري يقول
عاملا وامر الا يكاتب احد فيما يليه ممن كان
اعظم منه سلطانا وامرهم اجمعين لمكاتبته
هو وان لايحمي احد ملك غيره فلما هلك
الاسكندر احتاز كل واحد منهم بحوزته فتفرق
ملك العجم وبقي ملك فارس والاهواز في ايدي
الاسكانيين فسميوا ملوك الطوايف وبعد ملك
الاشكندر علي الاسكندرية ومصر تملك اخاله
يقال

gratiâ fuerunt, reliquit poculum quod ebibit, vobiſcum, de quo videndum eſt vobis omnibus quid ſentiatis. Sin ad conſolationem & luctûs ſignum, parate vos ad reſpondendum, & argumenta conquirite, ſiquidem guſtaturi eſtis quod ille deguſtavit. Sint ergò opera veſtra dictis veſtris conſentanea, neque enim in ſecuritate poſiti eſtis. Tum egreſſa *Alexandri* mater genâ ſuâ arcæ admotâ dixit, Abunde nos conſolati eſtis; Certè quod timueram *Alexandro*, jam illi accidit, neq; reliquum eſt illi vel contra illum regnum; valdè ergò à mundo abſtineatis, & quod à vobis debitum eſt præſtate. Accepi conſolarionem veſtram, ipſúmque ſepeliri jubeo. Regnavit autem *Alexander* annos ſedecim: vixit in totum triginta duos. Porrò præfecerat *Alexander* unicui regioni ſervum [at juxta aliud exemplar, præfectum] vetans ne ad quem in provincia cui præerat, mitterentur literæ ab alio qui ipſo poteſtate major eſſet. Ab omnibus autem ad ſe dari literas jubens, nec quem etiam ſe excepto, Regem appellari. Mortuo igitur *Alexandro* unuſquiſque provinciam ſuam occupavit. Et diviſum eſt Barbarorum imperium, *Perſiæ* & *Ahwazi* regno penes *Aſhaganidas* manente, qui Tribuum Reges audierunt. In *Alexandriam* autem & *Ægyptum* poſt *Alexandrum* ſeptem annos regnavit frater ipſius nomine

nomine *Philippus*, qui *Ptolomæus Aridæus* cognominatus est. [vel juxta aliud exemplar, annos quadraginta.] Post ipsum *Ptolomæus*, cui nomen *Alexander*, cognomen *Galeb-Vz*, annos viginti septem [aliud exemplar viginti unum habet.] Hic anno regni sui vicesimo *Hierosolyma* mittens, indè septuaginta viros è *Iudæis Alexandriam* adduci curavit, quos sibi legem librósque Propheticos è linguâ *Hebraicâ*, in *Græcam* transferre jussit, ipsorum singulis seorsim ab aliis in domo sibi propriâ collocatis, ut ita quomodo se habitura esset uniuscujusque interpretatio videret. Cùm ergò postquam libros istos transtulissent, interpretationes ipsorũ inspexisset, uniusmodi erat versio, nullâ prorsus discrepantiâ. Libros igitur in unum collectos, & annulo suo signatos in templo Idoli, *Serapidis* dicti, reposuit. Erat è septuaginta istorum numero, vir quidam nomine *Simeon* Iustus, qui Dominum nostrum *Christum* è Templo suscepit. Hic dum Legem & Libros Prophetarum è lingua *Hebraica* in *Græcam* transferret, quotiescunque comma aliquod in quo prophetia esset de Domino *Christo* interpretaretur, illi corde suo non assentiens, dixerat, *Hoc fieri non potest*: Deus ergò vitæ terminum ipsi auxit, adeo ut annos trecentos quinquaginta viveret, donec *Christum* Dominum videret; quem

يقال له فيلبس وبعدما بطليموس اربداوس شبعة سنين
وفي نسخة اربعين سنة وملك بعده بطليموس وبعدما
الاكسندرس ويلقب بغالب اورسبعة وعشرين سنة وفي
نسخة اخري يقول احد وعشرين سنة وفي عشرين
سنة من ملكه بعث الي اورشليم فاشخص منها
سبعين رجلا من اليهود الي الاسكندرية وامرهم
ان يفسروا له التوراة وكتب الانبياء من العبرانية
الي اليونانية وصير كل واحد منهم في بيت علي
حدة وحده لينظر كيف يكون تفسير كل واحد منهم
فلما فسروا الكتب نظر الي تفاسيرهم وكان
التفسير واحد ليس فيه اختلاف فجمع الكتب
وختمها تحت خاتمه وصيرها في هيكل صنم يقال له
سرابيون وكان في السبعين رجلا اسمه سمعان الصديق
الذي اخذ سيدنا المسيح من الهيكل ولما
فسر سمعان التوراة وكتب الانبياء من العبرانية
الي اليونانية وكان كلما فسر حرفا فيه نبوة
علي السيد المسيح كان يذكر ذلك في قلبه ويقول
هذا ما لا يكون فانشا الله في اجله فعاش
ثلثمائة وخمسين سنة حتي راي سيدنا المسيح فلما

راه قال الان اطلق عبدك يا سيدي كلمتك بهلام
فقد ابصرت عيناي خلاصك الذي هيبت قدام كل الشعوب
ومات بطليموس غالب اور وملك بعده بطليموس ويلقب
بالارتن تسعة وعشرين سنة فبنا بالاسكندرية ملعبا عظيما
لجلبة الخيل واحترق هذا الملعب بالنار في عصر زينون
الملك وملك بعده ابنه بطليموس ويلقب محب اخيه ستة
وعشرين سنة وملك بعده بطليموس ويلقب بالصانع خمسة
وعشرين سنة وملك بعده بطليموس ويلقب محب ابيه
سبعة عشر سنة وملك بعده بطليموس ويلقب بالمهر اربعة
وعشرين سنة وملك بعده بطليموس محب امه عشرين
سنة وفي ايامه غلب علي الشام وارض يهودا انتيوخس
ملك الروم فاخرج اليهود من الشام وذالهم منه كل شدة
وعذاب وملك بعده اخوه بطليموس ويلقب ايضا بالصانع
ثلثة وعشرين سنة وفي ايامه بنا انتيوخس ملك الروم
انطاكية وسماها باسمه فسميت من بنة انتيوخس انطاكية
وملك بعده بطليمس ويلقب المخلص عشرين سنة وفي
ايامه بنيت مدينة سلوقية وملك بعده بطليموس ويسما
ايضا المخلص خمس عشر سنة وملك بعده بطليموس
ويسمي الاكسندرس ويلقب يسفس محب ابيه عشرة
سنين وفي نسخة اخري اثني عشر سنة وملك بعده

quem ubi vidiſſet, Nunc, inquit, dimitte, ô Domine, ſervum tuum ſecundùm verbum tuum in pace; jam enim viderunt oculi mei ſalutem quam parâſti coram omnibus gentibus. Mortuo *Ptolomæo Galeb. Vzo*, regnavit poſt ipſum annos viginti novem *Ptolomæus* cognominatus *Lepus*. Hic *Alexandriæ* Hippodromum magnum ad equorum certamen extruxit, qui tempore *Zenonis* Regis igne periit. Poſt illũ annos viginti ſex regnavit filius ipſius, *Philadelphus* cognominatus. Deinde annos viginti quinq; *Ptolomæus* cognominatus *Euergetes*. Et poſt ipſum annos ſeptendecim *Ptolomæus* cognominatus *Philopator*. Deinde annos viginti quatuor *Ptolomæus* cognominatus *Illuſtris*. Poſt illum annos viginti *Ptolomæus Philometor*. Ejus tempore *Antiochus*, *Græcorum* Rex, devictis *Syriâ* & *Iudæâ*, *Iudæos* è *Syria* expulit, omniáq; illis mala, & cruciatuum genera intulit. Poſt illum regnavit frater ipſius *Ptolomæus*, *Euergetes* etiã dictus, annos viginti tres. Eo regnante condidit *Antiochus*, *Græcorum* Rex, *Antiochiam*, cui de nomine ſuo appellationem indidit quâ vocata eſt. Poſt ipſum regnavit *Ptolomæus*, *Liberator* dictus, annos viginti, cujus tempore extructa eſt urbs *Seleucia*. Deinde *Ptolomæus*, cui etiam cognomen *Liberator*, annos quindecim. Deinde *Ptolomæus* nomine *Alexander*, cognomine *Iaſpbis Philopater*, annos decem. [vel juxta aliud exemplar, duodecim.] Deinde *Ptolomæus*

lomæus cognominatus *Phoſas* octodecim dies: (vel ſecundùm aliud exemplar, octo annos.) Poſt ipſũ *Ptolomæus Dionyſius* annos viginti novẽ. Poſt quẽ filia ipſius *Cleopatra*, (cujus nominis ſignificatus eſt, pœnam deflens) annos viginti duos. Hæc *Alexandriæ* multa extruxit ædificia magna, & miranda; fecitq; operâ teſſellata. Extruxit etiam templum magnum, quod *Saturni* templũ appellavit, quod ſub Chriſtianiſmo in Eccleſiam converſum, Sancti *Michaelis* Eccleſiam nominârunt; quæ eadem *Alkaiſariah* appellata eſt, ac igne periit quo tempore ingreſſi ſunt Occidentales *Alexandriam* cùm Domino noſtro *Almanſore Abikaſem*, qui *Abdallah* audit, & *Habbaſâ Chalifâ* tunc *AlMoktadaro Iaafaro*, & ſervo ejus *Tacino Ægypti*, & *Alexandriæ* præfecto. Extruxit eadem in urbe *Achmim* columnam menſoriam, qua *Nili* incrementum percipitur: nec non in urbe *Anſena* aliam. Porrò anno regni ejus quarto urbi *Romæ* imperavit Rex nomine *Gaius Cæſar* annos quatuor. Deinde poſt ipſum *Auguſtus Cæſar* Monarchi filius, ídque anno regni *Cleopatræ* undecimo. Hic devictis Regibus orbi imperavit, cujus fama cùm ad *Cleopatram* perveniſſet, illa ab ipſo metuens regnum ſuum munivit, extructo ſcil. à parte Orientali ad *Nili* ripam, muro à *Nubia* regione

Pharmam

بطليمس ويلقب فساس ثمانية عشر يوما وفي نسخة اخري
ثماني سنين وملك بعده بطليموس ديونيسيوس تسعة
وعشرين سنة وملكت بعده ابنته اكلاوبطرة وتفسير
اسمها الباكية علي الصخرة اثنين وعشرين سنة فبنيت
بالاسكندرية ابنية كثيرة عظيمة وعجايبا كثيرة وملت
الفسيفسا وبنت هيكلا عظيما وسمته هيكل رحل فلما ظهرت
النصرانية غيروا الهيكل كنيسة وسموها كنيسة ميكاييل
وهي التي تسما القيصارية واحترقت في وقت دخول
المغاربة الي الاسكندرية مع مولانا المنصور ابي القاسم المعروف
بعبد الله وحباسه والخليفة ان ذلك المقتدر جعفر وتلين
مولاه امير مصر والاسكندرية وبنت بمدينة اخميم مقياسا
يقاس فيه زيادة نيل مصر وبنت ايضا بمدينة ادصنا مقياسا
اخر وفي السنة الرابعة من ملكها ملك علي مدينة
رومية ملك يقال له غابيوس قيصر اربع سنين ثم ملك بعده
بمدينة رومية اوغسطس قيصر ابن موفرخس وذلك في
احد عشر سنة من ملك اكلاوبطره فاستولي علي
الدنيا اوغسطس قيصر وقهر الملوك فلما سمعت اكلاوبطره
خبر اوغسطس قيصر خافت منه وفزعت فحصنت ملكها
وذلك انها بنت حايطا من بلد النوبة الي الفرما من
ناحية الشرق علي شط النيل وبنت ايضا حايطا

من بلد النوبة الي الاسكندرية من ناحية الغرب
والحايط يسمي حايط العجوز وكانت كلاوبطره
مقيمة بالاسكندرية وكان لها خليفة بصر يسمي
انطونيوس فسمع اوغسطس قيصر بها فطمع فيها وبلغ
اوغسطس ان اليهود بمدينة اورشليم لم يودوا اليه الطاعة
وكان ملك اليهود قد انقطع من ال داوود منذ وقت
سباهم بخت نصر لان اليهود لا يملكون عليهم ملكا
والي اليوم الا من نسل داوود وكان كاهنا من
نسل داوود ويقال له ارسطوبل يدبر اليهود
كالملك فوجه اوغسطس قيصر بقايد من قواده
يقال له بيتوس فحاصر بيت المقدس ثم فتحها فقيدوا
ارسطوبل كاهن اليهود وجماعة من اصحابه
وزجه بهم الي رومية وصير علي اليهود الجزية
ثم خرج عنهم فوقع شر شديد في اليهود فصيروا
كاهنا بدل ارسطوبل اخا له يقال له ارقان
وكان بين ارقان وبين رجل يقال له انطيبطرس كان
من عسقلان صداقة وكان خادما لبيت
الاصنام وهو ابو هيرودس وجنسه من قبرص فصير ارقان
الكاهن هيرودس ابن انطيبطرس هيارة علي الملصوص

لانه

Pharmam uſque, nec non alio à *Nubia*, *Alexandriam*uſque à parte Occidentali : qui hodie *Hayet Ol Ajuz*, *Murus vetulæ* appellatur. *Cleopatra* autem *Alexandriæ* habitavit, fuítque ipſi in *Ægyptum* deputatus nomine *Antonius*. Porrò *Auguſtus* auditâ ejus famâ, ipſi inhiavit. Nuntiatum eſt autem *Auguſto Iudæos* in urbe *Hieroſolymorum* obſequium ipſi non præſtare. Ablatum autem jam fuerat regnum *Iudæorum* à familiâ *Davidicâ*, ex quo captivi abducti ſunt à *Bochtanaſſero*. Neque enim in hunc uſque diem præficiunt ſibi *Iudæi* Regem niſi è *Davidis* ſtirpe. Sacerdos verò fuit ſtirpe *Davidicâ* oriundus, nomine *Ariſtobulus*, qui regio more *Iudæos* rexit. Miſit ergò *Auguſtus* ducem è ſuis quendam nomine *Petum* qui *Hieroſolyma* obſeſſa cùm cepiſſet, *Ariſtobulum Iudæorum* Sacerdotem, compedibus vinctum, cum multis è ſociis ipſius *Romam* miſit, tributóq; *Iudæis* impoſito ab illis diſceſſit. Magna verò miſeria *Iudæos* invaſit. Sacerdos autem *Ariſtobuli* loco factus eſt frater ipſius, cui nomen *Arkan*. *Arkano* iſti cum viro quodam nomine *Antipatro*, *Askalonita*, interceſſit amicitia, qui Idolii cujuſdam ædituus fuit, idémque *Herodis* pater, genus è *Cypro* ducens. Conſtituit autem *Arkan* Sacerdos *Herodem* viarum præfectum contra latrones, cùm vir ingenii ferocis eſſet. Invadentes

dentes autem *Hieroſolyma* quidam ex *AlGauri* incolis *Arkanum* Sacerdotem captivum abduxerunt, *Antipatro*, *Herodis* patre, interfecto: itaque relicta eſt urbs ſine præfecto aut principe. *Herodes* ergò *Romanos* qui *Hieroſolymis* ſubſtiterunt demulcens multáque ipſis collatâ pecuniâ, urbi ut princeps præfuit. Auditóque *Auguſtum Ægyptum* tendere quæſitum *Cleopatram*, *Ramlæ* ipſi obviam factus, multis ipſi muneribus oblatis, ipſius ſibi amicitiam conciliavit: *Auguſtus* verò cùm *Ægyptum* perveniſſet, cœſo *Antonio*, *Cleopatræ* deputato, *Alexandriam* ipſam quæſitum tetendit, quò captam ignominiæ exponeret *Romanis* oſtenſam. *Cleopatra* ergò audito cæſum eſſe ab *Auguſto Cæſare* deputatum ſuum *Antonium*, & captam *Ægyptum*, ne ludibrio haberetur timens, mortem prætulit; & ne in manus ipſius incidens, ignominiæ exponeretur, necem ſibi conſcivit; hoc nempe pacto; duas ancillas, quarum alteri nomen *Abra*, quæ ipſam pectere & ornare, alteri *Matra* quæ ipſi ungues præcidere ac veſtes induere ſolebat, accerſitas, juſſit in hortum quendam profectas viperam quæ *Aſpis* appellatur, ſibi afferre: quam indé allatam cùm in ipſis primùm experta fuiſſet, illæ confeſtim mortuæ ſunt. Videns ergò ſerpentem mortem ſubitam inferre, coronam ſuam prehenſam capiti

لانه كان رجلا خشنا فغزا قوما من الغور بنبيت المقدس
فسبوا ارقان الكاهن وقتلوا اطيبطرس اباهيروذس
فبقيت المدينة بغير مدبر ولا رييس فصانع هيروذس الروم
المقيمين بنبيت المقدس ودفع اليهم مالا كثيرا وكان
مدبر بيت المقدس وريسها فسمع هيروذس ان اوغسطس
قيصر ملك الروم يريد مصر في طلب كلاوبطرة فلقيه
بالرملة وحمل اليه هدايا كثيرة واتخن عنده صداقة
فلما وافا اوغسطس قيصر الي مصر قتل انطونيوس خليفة
كلاوبطرة وشخص الي الاسكندرية في طلب كلاوبطرة
لياخذها ويفضحها ويريها الروم فلما سمعت كلاوبطرة
ان خليفتها انطونيوس قد قتله اوغسطس قيصر واخذ
مصر خافت علي نفسها من الفضيحة واختارت الوت
ليلا تقع في يديه فيفضحها فقتلت نفسها وذلك
انها دعت جاريتين لها يقال لاحدتهما ابرا وكانت
تمشطها وتزينها والاخري تدعا متري كانت تقلم
اظفارها وتلبسها ثيابها فامرتهما ان يخرجا الي بعض
بساتينها وان ياتياها بالافعا التي تسمي باسيلبدة فلما
فعلتا جربتها بهما اولا فماتتا من ساعتهما فلما رات
ان الحية سريعة القتل اخذت تاجها فوضعته علي
راسها

راسها وتزينت بكل زينة لها من الذهب والفضة والدر
والياقوت والزبرجد ثم لبست ثياب الملك واخذت الحية
فادنتها الي ثديها الايسر لانها علمت ان القلب في الجانب
الايسر فنهشتها فماتت من ساعتها فلما راها اوغسطس قيصر
عجب منها ومن فعلها واختيارها الموت علي الحياة في
الرق والذل وزعموا انه لما دخل عليها الملك اوغسطس
قيصر وجدها قد امسكت تاجها بيدها اليسرة كيلا يقع
التاج عن راسها ليدخل عليها وهي جالسة في ملكها وزعم
قوم انها لما ارادت قتل نفسها جرحت ساعدها بسكين حتي
خرج الدم ثم اخذت سما كان عندها من سموم الافاعي
فالقته علي الجرح فماتت من ساعتها وذلك في اثني عشر
سنة من ملك اوغسطس قيصر كان زوال ملك كلاوبطرة
بن ملك الاسكندر الي زوال ملك كلاوبطرة مايتين
وتسعة وثمانون سنة وفي رجوع اوغسطس قيصر من مصر
الي رومية تلقاه ايضا هيرودس بالرملة وحمل اليه هدايا
كثيرة فقلده اوغسطس قيصر ارض يهودا كلها واعمالها
وجبل الجليل وصير علي راسه تاج الملك فلما صعد
هيرودس الي بيت القدس وهو ملك لم ترضا اليهود ان
يكون عليهم ملكا فشد عليهم هيرودس فقتل منهم
مقتلة

capiti imponens, ſéq; mundo ſuo univerſo ornãs, auro ſc. argento, unionibus, hyacinthis, ac ſmaragdis, ac deinde veſtes regales induta, acceptã viperã mammillæ ſiniſtræ (ſc è regione illa ſitum eſſe cor noverat) admovit, ſtatímque mortua eſt. Viſâ illâ *Auguſtus* tum ipſam tum factum ipſius miratus eſt, quòd mortem ſervituti & ignominiæ prætuliſſet. Ferunt autẽ *Auguſtum Cæſarem* Regem ingreſſum offendiſſe ipſam coronam ſuam manu ſiniſtrâ, ne de capite decideret, tenentem, quò ipſam in regno ſuo ſedentem inveniret. Ferunt alii ipſam, cùm mortem ſibi conſciſcere vellet, brachio ſuo cultro prius inciſo adeo ut egrederetur ſanguis, virus deinde, quod penès ipſam eſſet, viperarum, vulneri injeciſſe, quo ſtatim mortua eſt. Anno autẽ imperii *Auguſti Cæſaris* duodecimo abolitum eſt *Cleopatræ* regnum. Porrò à regno *Alexandri* ad finem regni *Cleopatræ* anni ſunt ducenti octoginta novem. Redeunti deinde ex *Ægypto Romam Auguſto Cæſari*, rurſum obviam *Ramlæ* factus, *Herodes* multa obtulit donaria; quare, ipſum *Iudææ* univerſæ cum ipſius ditionibus & regione *Galilææ* montanæ præficiens, *Auguſtus* capiti ipſius diadema regium impoſuit. At cùm *Hieroſolyma* Rex jam factus reverſus eſſet, noluerunt *Iudæi* ipſum in eos regnare. Ille ergò tyrannidem in ipſos exercens, multos eorum

morte affecit. Dirutis etiam urbis propugnaculo ac Templo, libros *Iudæorum*, quos reſtituerat ipſis *Ezra*, de tribuum genealogiis ipſorúmque proſapia, ablatos, omnes combuſſit, ne quis ex ipſis cujuſnam eſſet tribûs, aut quo patre ſatus, dignoſceret: omnia etiam Sacerdotii inſtrumenta ablata vendidit, veſtéſque Sacerdotum annulo ſuo ſignavit; quin & ipſum Sacerdotium venale habuit, adeò ut cùm ipſorum quis Sacerdotem ſe fieri vellet, non niſi magnâ pecuniæ ſummâ priùs acceptâ munus illud in ipſum conferret: peſſiméque ac iniquè ſe in regno ſuo geſſit.

Porrò anno Imperii *Auguſti Cæſaris* quadrageſimo prodiit ab ipſo edictum ut omnium regno ipſius per totum orbem [ſubditorum] deſcriberentur nomina, virorum (inquam) cum uxoribus ſuis (quales olim cenſus condebantur) ut eorum numerum recenſeret. Miſit ergò cum Scribis ducem è ſuis quendam nomine *Cyrenium*, quem *Syriæ* ac *Iudææ* præfecit. Anno autem Imperii ipſius quadrageſimo primo allatum eſt Dominæ *Mariæ* virgini puræ illibatæ nuntium de de Domino *Meſſiâ*: annóque imperii *Auguſti Cæſaris* quadrageſimo ſecundo, & regni *Herodis*, *Antipatri* filii, in *Syriam* triceſimo tertio [vel juxta aliud exemplar, in terram *Iſraeliticam*] natus eſt Dominus noſter *Chriſtus* die *Canun* primi viceſimo

مقتلة عظيمة وشعث حصن المدينة والهيكل واخذ كتب
اليهود التي اعادها لهم عزرا في دهب قبايلهم وجنسهم
فاحرقها بالنار لكيما لا يدري احد منهم من اي
سبط هو ولا من هوابوه واخذ كلما كان من الة
الكهنوت فباعها واخذ ثياب الكهنة فختم عليها
بخاتمه وكان يبيع الكهنوت وكانوا اذا
اراد احد منهم ان يصير كاهنا اخذ منه مالا كثيرا
قبل ان يصيره كاهنا وكان شريرا في ملكه
جدا عسوفا وفي اربعين سنة من ملك اوغسطس قيصر
فقد امر امنة بان يكتب اسما كل من في مملكته
من العالم كل رجل مع زوجته وهذه الكتبة كانت
قديمة واراد احصاهم فوجد بقايد من قواده يقال
له كورينو في الكتبة وولاه الشام وارض يهودا وفي
احد واربعين سنة من ملكه بشرت السيدة مريم
العذري الطاهرة النقية بسيدنا المسيح
وفي اثنين واربعين سنة من ملك
اوغسطس قيصر وفي ثلثة وثلاثين سنة من
ملك هيرودس ابن انطيبطرس في ارض الشام
وفي نسخة اخري اسراييل ولد سيدنا المسيح
في

في خمسة وعشرين يوم من كانون الاول وفي تسعة
وعشرين يوم من كيهك فمن زوال ملك كلاوبطرة
الي مولد سيدنا يسوع المسيح ثلاثون سنة ومن ملك
الاسكندر الي مولد سيدنا المسيح ثلثماية وتسعة عشر
سنة ومن سبي بختنصر بني اسرايبل الي بابل الي مولد
سيدنا المسيح خمسماية واثنان وثمانون سنة ومن ملك
داوود الي مولد سيدنا المسيح الف وتسعة وخمسون
سنة ومن خروج بني اسرايبل من مصر الي مولد سيدنا
المسيح الف وستماية وخمسة وستون سنة ومن ابراهيم
الي مولد سيدنا المسيح الفان وماية واثنان وسبعون
سنة ومن فالق الي مولد سيدنا المسيح الفان وسبعماية
وثلثة عشر سنة ومن الطوفان الي مولد سيدنا المسيح
ثلثة الاف ومايتان واربعة واربعون سنة ومن ادم الي مولد
سيدنا المسيح خمسة الاف وخمسماية سنة وفي اربعة واربعين
سنة من ملك اوغسطس قيصر وفي خمسة وثلاثين سنة
من ملك هيرودوس ابن انطيبطرس اقبل ثلاث اخبار
مجوس منجمين من المشرق الي ارض يهودا يسيلون
اين يولد هذا الملك العظيم ففزع هيرودس واضطربت
ارض يهودا كلها من كلامهم فدعا هيرودس المجوس
وسالهم

mo quinto, *Cabaci* viceſimo nono. Ad *Chriſtum* autem natum à fine regni *Cleopatræ* anni ſunt triginta. A regno *Alexandri* trecenti undeviginti. A tempore quo *Iſraelitæ* per *Bochtanaſſerē* captivi *Babelem* abducti ſunt, quingenti octoginta duo. A regno *Davidis* mille quinquaginta novem. Ab exitu *Iſraelitarum* ex *Ægypto* mille ſexcenti ſexaginta quinque. Ab *Abrahamo* bis mille centum ſeptuaginta duo. A *Phaleko* bis mille ſeptingenti tredecim. A Diluvio ter mille ducenti quadraginta quatuor. Ab *Adamo* quinquies mille quingenti. Porrò anno Imperii *Auguſti Cæſaris* quadrageſimo quarto, *Herodis*, filii *Antipatri* triceſimo quinto, venientes tres Magi ab Oriente in *Iudæam*, quæſiverunt ubi natus eſſet Rex iſte Magnus. Metu ergò perculſo *Herode*, ac totâ *Iudæorum* regione ob eorum verba perturbatâ, accerſitos Magos rogavit *Herodes*, de eo quod narraverant: qui ipſi reſponderunt, Stellam magnam in Oriente conſpeximus quæ indicavit nobis natum eſſe *Regem* magnum, quem adoratum venimus; neque deſiit ſtella nobis præire, ac ſe viæ ducem præbere, donec, ubi ad hunc locum pervenimus, ſe nobis ſubduxerit. Rogavit ergò *Herodes Iudæos* dicens, Vbi naſci debet *Chriſtus*? qui ipſi dixerunt, in *Bethleem Iudææ*. Tum *Herodes*, clam vocatis Magis exquiſivit ab ipſis quo tempore

temporis ſpatio apparuiſſet illis ſtella; Reſpondentibus illis, A biennio nobis in Oriente apparuit; Dixit ipſis, Profecti quærite Regem hunc recèns natum, quem inventum ubi adoraveritis, reverſi mihi indicate, ut & ipſe profectus eum adorem. Egreſſis ergò ab *Herode* Magis apparens ſtella ipſis *Bethlehemum* prævit, uſque ad locum in quo fuit Dominus noſter *Chriſtus* unà cum Domina noſtra *Maria* ipſius matre. Adorârunt igitur ipſum ac munera ipſi obtulerunt, Aurum, Myrrham & Thus. Præceptum autem eſt ipſis in ſomno, ut in patriam ſuam per aliam viam regreſſi ad *Herodem* non reverterentur. Porrò ex quo apparuit Magis ſtella uſquedum adorato Domino noſtro *Chriſto* in patriam ſuam reverſi ſunt, fluxit biennium. *Ioſephus* autem *Mariæ* ſponſus admonitus in ſomnio fuit, ut acceptis puerulo & matre ipſius, cum ipſis in *Ægyptum* fugeret: quod & fecit *Ioſephus*. Tardantibus autem Magis, *Herodes*, ubi ſe ab illis illuſum ſenſit, irâ valdè excandeſcens omnes in *Bethlehemo* pueros à bimulis & inferioribus interimi juſſit. Interfecti ſunt ergò infantes, ne uno ſuperſtite relicto. Deus autem in *Herodem* iram atque indignationem ſuam effudit, adeò ut in morbum gravem incideret, quo cruciari non deſiit donec moreretur, cùm annos triginta ſeptem regnâſſet, filios

وسالهم عما حكوة فقالوا له راينا نجما عظيما في المشرق فعلمنا ان
ملكا عظيما قد ولد فجينا لنسجد له ولم يزل الكوكب يتقدمنا
ويسير بنا فلما بلغنا الي هذا الموضع اختفا عنا فسال هيرودس
اليهود وقال لهم اين يولد المسيح فقالوا له في بيت لحم يهودا
فدعا هيرودس المجوس في السر واستخبرهم في اي وقت وزمان
ظهر لهم الكوكب فقالوا له من مدة سنتين ظهر لنا في المشرق
ثم قال لهم اذهبوا واطلبوا هذا الملك المولود فان اصبتموه
فاسجدوا له وارجعوا الي واعلموني حتي اذهب اناسجد له
فخرج المجوس من عند هيرودس وظهر لهم الكوكب وصار
امامهم الي بيت لحم الي الموضع الذي كان فيه سجدا المسيح
فوقف الكوكب ولم يسير فدخلوا الي المغارة فوجدوا سجدا
المسيح مع السيدة مريم امه فسجدوا له وقدموا اليه هدايا
ذهبا ومرا ولبانا وقيل لهم في النوم ان يرجعوا الي بلدهم في
طريق اخري ولا يرجعوا الي هيرودس فمن وقت ظهر الكوكب
للمجوس الي ان سجدوا لسيدنا يسوع المسيح ورجعوا الي
بلادهم سنتان وقيل ليوسف خطيب مريم في النوم ان
ياخذ الصبي وامه ويهرب بهما الي مصر ففعل يوسف ذلك فلما
ابطا المجوس علي هيرودس علم انهم قد خدعوه فغضب غضبا
شديدا وامر ان يقتل كل صبي في بيت لحم من ابن سنتين
وما دونها فقتلوا الاطفال ولم يبق منهم احد وصب الله علي
هيرودس غضبه ورجزه فوقع في علة غليظة فلم يزل معذبا حتي
مات وله في الملك سبعة وثلاثون سنة وخلف اربعة

اولاه احدهم يسمي ارشيلاوس والثاني هيرودس والثالث
فيلبس والرابع اوسابينوس فاقتسموا بينهم الملك فاخذ
كل واحد منهم الربع من ارض يهوذا ووقع في حصة
ارشيلاوس بيت لحم وبيت المقدس فلما سمع يوسف ان
هيرودس قد مات خرج من مصر مع سيدنا المسيح
وامه وللسيد المسيح اربع سنين من ميلاده فخاف ان
يسكن في بيت لحم من اجل ارشيلاوس فسكن بالناصرة
فلذلك سمي الناصري وفي ثمان سنين من ملك
ارشيلاوس كان للسيد المسيح اثني عشر سنة وكان
يجلس في الهيكل في وسط المعلمين فيعلم العلما ومات يوسف
الذي ربا المسيح ومات ارشيلاوس وله في الملك تسع
سنين ولم يخلف احد يرث ملكه ومات اوغسطس قيصر
وله في الملك ستة وخمسين سنة وستة اشهر وملك
بعده ابنه طيباريوس قيصر برومية وكان لسيدنا المسيح
خمسة عشر سنة وكان لطيباريوس الملك صديق يقال
له بيلاطس من جزيرة في البحر التي بقرب رومية وتسمي
تلك الجزيرة بنطة ولذلك يسمي بيلاطس البنطي فولاه
علي ارض يهوذا موضع ارشيلاوس وفي السنة الخامسة
عشر من ملك طيباريوس قيصر ظهر يوحنا ابن زخريا
المعمداني

filios quatuor reliquit, quorum unus nomine *Archelaus*, ſecundus *Herodes*, tertius *Philippus*, quartus *Luſanius*, qui regno inter ſe diviſo unuſquiſque quartam regionis *Judaicæ* partem ſibi aſſumſit. In ſortem autem *Archelao* acciderunt *Bethlehem* & *Hieroſolyma*. *Ioſephus* ergò, audito mortuum eſſe *Herodem*, ex *Ægypto* cùm Domino noſtro *Chriſto* & matre ipſius egreſſus eſt, Domino *Chriſto* annos tunc quatuor nato. Timens autem *Bethlebemi* habitare, ob *Archelaum*, *Nazarethi* ſedem fixit, ideóque *Nazarenus* audiit. Porrò, anno *Archelai* octavo, Dominus *Chriſtus*, annos tunc natus duodecim, in Templo, in medio Doctorum ſedens, doctos docebat. Deinde mortuus eſt *Ioſephus* qui *Chriſtum* educaverat; Mortuus etiam *Archelaus* cùm annos novem regnâſſet, nullo regni hærede relicto. Obiit etiam *Auguſtus Cæſar*, poſtquam annos quinquaginta ſex & ſex menſes imperâſſet; cui in Imperio *Romæ* ſucceſſit filius ipſius *Tiberius*, Domino noſtro *Chriſto* annos tunc quindecim nato. Fuit autem *Tiberio* Regi amicus nomine *Pilatus*, ex inſulâ quadam in mari *Romæ* vicinâ, quæ *Ponta* vocatur, (unde ille *Pilatus Pontius* denominatus) quem *Iudææ Archelai* loco præfecit. Porrò anno regni *Tiberii Cæſaris* decimo quinto apparuit *Iohannes Zachariæ* filius *Baptiſta*, qui

Iudæos in *Iordane* in peccatorum ipſis remiſſionem baptizavit; ad quem cùm acceſſiſſet Dominus noſter, & ipſum in *Iordane* baptizavit, annos tum natum triginta. *Herodes* autem, *Herodis* filii *Antipatri* filius, dimiſſâ uxore ſuâ nomine *Aretâ* Regis *Arabum* [vel, juxta aliud exemplar, *AlGauri*] filiâ, uxorem fratris ſui *Philippi*, nomine *Herodiadem*, ipſo adhuc vivo, vi ablatam duxit. Dixit ergò illi *Iohannes*, Non licet tibi uxorem fratris tui ipſo vivente ducere. Quare ipſum in carcerem conjici juſſit. Cùm deinde comitibus ſuis convivium inſtruxiſſet *Herodes*, comedentibus illis & bibentibus, ſaltans *Herodiadis* filia in medio cætûs ipſi placuit: cui ille, Pete à me, inquit, quicquid tibi libuerit. Illa ergò petiit ut ſibi *Iohannis* caput in patinâ daret; quare ille, *Iohanne* decollari juſſo, caput ipſius ei tradidit. Vxor autem ipſius *Areta* ad patrem ſuum abiit, qui proinde irâ commotus, copiis ſuis collectis contra *Herodem* profectus, bellóque ipſum aggreſſus, ſociorum ipſius multos occidit, (alios) captivos cepit, oppidis eorum incenſis, ídque anno Imperii *Tiberii Cæſaris* decimo octavo. Anno autem regni *Herodis*, filii *Herodis*, filii *Antipatri*, viceſimo nono, crucifixus eſt Dominus noſter *Chriſtus* die *Veneris* menſis *Adar* viceſimo tertio, *Bormahati* viceſimo ſeptimo,

المعمدانى يعمد اليهود فى الاردن غفرانا لخطاياهم فجاء سيدنا
المسيح الى يوحنا فعمده يوحنا فى الاردن ولسيدنا
المسيح ثلاثون سنة وكان هيرودس ابن هيرودس ابن
انطيبطرس طرد زوجة له يقال لها ارطا ابنة
ملك العرب وفى نسخة اخرى يقول الغور واخذ زوجة
اخية فيلبس وهو حي وغصبه عليها واسمها هيرودياده
فقال له يوحنا ما يحل لك ان تاخذ زوجة
اخيك وهو حي فامر بحبسه ثم ان هيرودس
اتخذ طعاما لاصحابه فاكلوا وشربوا
فرقصت ابنة هيرودياده فى وسط المجلس فاعجبته
وقال لها سالي ما احببتي فسالته ان يعطيها
راس يوحنا فى صحفة فامر بضرب عنق يوحنا
ودفع اليها الراس فاما زوجته ارطا فوصلت الي
ابيها فغضب وجمع اصحابه وصار الي هيرودس فحاربه
وقتل من اصحابه خلقا كثيرا وسباهم واحرق
قراهم وذلك فى ثمانية عشر سنة من ملك
طيباريوس قيصر وفى تسعة وعشرين سنة من
ملك هيرودس ابن انطيبطرس صلب سيدنا المسيح
وكان يوم الجمعة فى ثلاثة وعشرين من اذار وفى
سبعة

سبعة وعشرين يوم من برمهات وذلك ان سيدنا
المسيح كان يفصح مع تلاميذه وكان ليلة
الجمعة وهو يوم الفصح فذهب واحد من تلاميذه يقال
له يهودا الاسقريوطا فقال لليهود ماذا تعطوني وانا
اسلمه عليه فدفعوا له ثلاثين درهما فجا بهم في
الليل الي الموضع الذي كان فيه مع تلاميذه
فقبضوا عليه وصاروا به الي رؤساهم حنان وقيافا
الكهنة فناظروه ومن الغد اسلموه الي بيلاطس البنطي
الوالي فلم يصيبوا بيلاطس عليه حجة فقال لهم ما
تقولون في هذا الرجل هذا هو ملك اليهود فقالوا له
ليس لنا ملك الا قيصر فقال لهم فما اصنع بهذا
فقالوا له اصلبه فانه قد افسد ديننا وحل ناموسنا
ويدعي انه ابن الله فجزع من هذا بيلاطس وغسل
يديه بالماء وقبرا من دمه فصاح اليهود دمه
علينا وعلي اولادنا فحينئذ امر بيلاطس
بصلبه وصلب معه لصان واحد عن
يمينه واخر عن شماله علي ست ساعات من
نهار يوم الجمعة وكانت ظلمة شديدة
كالليل علي الارض كلها واظلمت الشمس
وظهرت

mo, idque hoc pacto : Domino noſtro *Chriſto* Paſcha cùm Diſcipulis ſuis celebrante, ad noctem diei *Veneris*, qui dies Paſchatis fuit, abiens è diſcipulis ipſius quidam nomine *Iudas Iskariota* dixit *Iudæis*, Quid mihi dabitis, ut ubi ſit ille vobis indicem ? cúmque illi triginta argenteos ipſi dediſſent, ille noctu illos in locum ubi *Ieſus* cum Diſcipulis ſuis fuit, adduxit. Illi ergò ipſum præhenſum ad principes ſuos *Annam* & *Caipham* ſacerdotes abduxerunt, qui ipſum cuſtoditum die craſtino *Pilato Pontio* Præfecto tradiderunt ; Qui cùm nihil contra ipſum probatum inveniret, dixit illis, Quid de hoc Viro dicitis, hoc inquam, Rege *Iudæorum* ? Reſponderunt, Non eſt nobis Rex præter *Cæſarem*. Dixit illis, Quid ergò huic faciam ? Dixerunt illi, Crucifige eum ; ſiquidem religionem noſtram corrupit, ac legem noſtram ſolvit, ſe Dei filium eſſe prætexens. Metuens ergò hoc [audito] *Pilatus*, manibus ſuis aquâ ablutis, ſe à ſanguine ipſius innoxium pronunciavit, inclamantibus *Iudæis* ſanguinem ejus ſuper ipſos ipſorúmque liberos futurum. Tum crucifigi ipſum juſſit ; unáque crucifixi ſunt duo latrones, unus ad dextram ipſius, alter ad ſiniſtram, hora ſextâ diei *Veneris* ; tenebræ autem craſſæ inſtar noctis terrã totam obtexerunt, obſcuratus fuit ſol, appa-

apparuerunt ſtellæ, fiſſæ ſunt petræ, mortuíque complures è ſepulcris ſuis reſurrexerunt. Mortuò verò Domino noſtro *Chriſto* in cruce, latus ipſius haſtâ transfixerunt, unde effluxit cum ſanguine aqua. Poſt mortem ipſius accedens vir quidam nomine *Ioſephus*, cùm dari ſibi ipſum à *Pilato* petiiſſet, è cruce depoſitum, linteíſque involutum in monumento novo quod ſibi effoderat, ſepelivit, lapide oſtium ejus obſtruens. Die craſtino congregati apud *Pilatum Iudæi*, dixerunt illis, Timemus ne noctu accedentes Diſcipuli ejus, corpus ipſius ſuffurentur, dicántque hominibus ipſum in vivis eſſe. Iube ergò obſignari lapidem qui ad Sepulchri oſtium eſt. Reſpondit ipſis *Pilatus*, Abite, facite quod vobis viſum fuerit. Illi ergò ſpiculatores quoſdam adhibitos ad Sepulchrum cuſtodiendum collocârunt, obſignatóque lapide reverſi ſunt. Mediâ deinde nocte die primo, cùm accederent mulieres quædam aromata & thymiamata ſecum afferentes quibus ſepulchum ſuffirent, ecce Angelus de cœlo deſcendens lapide à monumenti oſtio devoluto, ipſi inſidebat; qui ipſis dixit, Ne timete, Surrexit; Dicite autem Diſcipulis ejus ut in montem *Galilææ* proficiſcantur, ibi enim ipſum convenient. Profectæ ergò mulieres ad Diſcipulos, hæc ipſis renunciarunt.

وظهرت الكواكب وانشقت الصخور وقاموا اموات
كثيرة من قبورهم ومات سيدنا المسيح علي الصليب
وطعنوه بحربة في جنبه فجري منه دم وماء ومن
بعد موته جاء رجل اسمه يوسف فاستوهبه من بيلاطس
وانزله عن الصليب وكفنه ودفنه في قبر جديد
كان يوسف قد حفره لنفسه وهو بابة بصخرة
فاجتمع اليهود من الغد الي بيلاطس وقالوا له
انا نخاف ان تاتي تلاميذه في الليل ويسرقوه
ويقولوا للناس انه قد قام حي فامر ان يختم الحجر
الذي علي باب القبر فقال لهم بيلاطس انهبوا
وافعلوا ما احببتم فاخذوا قوم من الشرط واجلسوهم
يحفظون القبر وختموا الحجر وانصرفوا فلما كان
نصف الليل ليلة الاحد اقبلن نسوة ومعهن
طيب وبخور ليبخروا القبر فاذا هم بملاك قد نزل
من السماء ودحرج الحجر عن باب القبر
وجلس عليه وقال لهن لا تخفن
قد قام فقلن لتلاميذه يذهبوا الي
جبل الجليل فانهم يوافونه هناك
فذهبن النسوة الي تلاميذه فاخبروهم

فاما الشرط الذين كانوا يحفظون القبر فاذهم
هبطوا علي وجوههم كالاموات حين عاينوا الملاك
وما صنع فاصبحوا وحدثوا اليهود بما كان منهم
فرشوهم وقالوا كل من سالكم عن هذا فقولوا ان
تلاميذه سرقوه واما التلاميذ فذهبوا الي جبل
الجليل فوافوا هناك سيدنا المسيح فبارك عليهم
ووجههم الي العالم ليدعون الناس الي الايمان
بالاب والابن والروح القدس وبعد اربعين يوما صعد
الي السماوات وله ثلاثة وثلاثون سنة وبعد عشرة
ايام والتلاميذ مجتمعين في علية صهيون حلت
عليهم روح القدس وتكلموا بكل لسان وكانوا
التلاميذ يصيرون في كل يوم الي القبر والي
موضع الصليب فلما راي اليهود ما تفعل التلاميذ
قالوا ان هذا الموضع ليس يخفا وسيكون له
بنا فنردمه بالتراب ونغطيه حتي لا يراه احد ولا
يصاب له اثر فان الناس متي ما نظروا
الي القبر خاليا امنوا وصدقوا وبطل
علينا ديننا فغطوا الموضع بالتراب حتي صار مزبلة
عظيمة وكتب بيلاطس الي طيباريوس الملك
يخبر

nuntiârunt. Satellites autem qui monumentum cuſtodierunt, in faciem ſuam, mortuorum inſtar, conſpecto Angelo & quid faceret, prociderunt. Ac manè profecti *Iudæis*, quid ipſis accidiſſet, annuntiârunt, qui illis datâ pecuniâ dixerũt, Si quis de hoc vos interrogaverit, dicite ipſi, diſcipulos ipſius ipſũ furto abſtuliſſe. Diſcipuli verò in *Galilææ* montana profecti, ibi Dominum noſtrum *Chriſtum* convenerunt, qui ipſis benedicens in mundum miſit, ut homines ad fidem in Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum invitarent. Tum poſt quadraginta dies in cœlum aſcendit, annos habens triginta tres. Deinde poſt decem dies congregatis diſcipulis in cænaculo *Sionis* deſcendit in ipſos Spiritus Sanctus, adeo ut omnibus loquerentur linguis. Diſcipuli autem quotidiè ſepulchrum & locum crucis adibant. At *Iudæi* viſo quid fecerunt diſcipuli, dixerunt, Locus iſte non occultabitur, futurúmque eſt ut in ipſo [illegible] ædificium, pulvere ergò obrutum obtegamus, ne quis ipſum conſpiciat, aut ullum ipſi veſtigium ſuperſit; quamdiu enim homines ſepulchrum vacuum conſpexerint, credituri ſunt, ac fidem adhibituri, quo pacto abrogabitur nobis religio noſtra. Locum ergò pulvere obtexerunt adeo ut magnum fieret ſtercorarium. Porrò *Pilatus Tiberium* Regem de rebus ad Dominum noſtrum *Chriſtum* ſpectantibus per literas certiorem

certiorem fecit, nec non de Discipulis ipsius, multísque quæ ab ipsis patrarentur miraculis, ægrotos sanando, mortuos resuscitando; qui propterea in *Christum* Dominum nostrum credere voluit, ac religionem *Christianam* publicare; at sequi in hoc ipsum noluerunt Comites ipsius. *Herodi* autem iratus est, quòd *Iohannem, Herodiadis* fratris sui uxoris gratiâ, interfeciſſet, & cum ipsa, illi vi ablatâ, stuprum cõmisisset, quódq; de *Christo* crucifixo gavisus esset, quare *Romam* accersitum in *Hispaniam* relegavit, præfecturâ ipsius in *Pilatum* collatâ. Eo regnante condita est urbs *Tiberias*, ita de nomine *Tiberii* Imperatoris appellata. Obiit deinde *Tiberius Cæsar*, postquam annos viginti duos, ac mensem unum regnâsset: regnante post ipsum *Caio Cæsare*, annos quatuor cum tribus mensibus, viro moribus feris, superbo, ac valdè nequam. Hic *Pilatum Romam* accersitum morte multavit. Prolapsi autem *Iudæi* ad majorem quàm quâ antea fuerant nequitiam, cùm in ipsos irruerent *Romani*, magnam eorum stragem ediderunt; cujus cùm ad *Caium Cæsarem* Imperatorem perveniſſet fama, ille suorum quendam, nomine *Irudum Aristobuli* filium, qui & *Agrianus* appellatus est, *Hierosolymis* præfecit, additis etiam quatuor provinciis quas *Herodis*, filii *Antipatri*, filii inter se partiti fuerant.

بخبر سيدنا المسيح وما كان من خبر تلاميذه ومن
فعلهم العجايب الكثيرة ومن ابرا المرضي واحيا
الموتي واراد ان يومن بسيدنا المسيح ويظهر دين
النصرانية فلم يتابعه اصحابه علي ذلك وغضب علي
هيرودس بسبب قتله يوحنا من اجل هيرودياده امراة
اخيه وانه غصبه عليها وزنا بها وان صلب المسيح
مما كان يسره فبعث واشخصه الي رومية وتفاه الي
الاندلس وضم مملكه الي بيلاطس وفي عصر هذا الملك
بنيت مدينة طبرية وسميت طيبارياده مشتق من اسم
طيباريوس الملك ومات طيباريوس قيصر وله في الملك
اثنان وعشرون سنة وشهر وملك بعده غابيوس
قيصر اربع سنين وثلثة اشهر وكان رجلا وحشيا
معجبا كثير الشر فاشخص بيلاطس الي رومية
وقتله فرجع اليهود الي اشر مما كانوا عليه من الرذي
ووثبوا الروم عليهم وقتلوا من الروم مقتلة عظيمة
واتصل الخبر بغابيوس قيصر الملك فاخذ رجلا من
اصحابه يقال له بروديس ابن ارسطوبولس ويسما
ايضا اغريبان فولاه علي بيت المقدس وضم اليه الاعمال
الاربعة التي كانوا بنو هيرودس ابن انطيبطرس
تقاسموها

تقاسموها وكان هذا اغريان رئيس المذهب كثير
الشر وكان شديدا علي التلاميذ وهو الذي قتل
استفانوس رئيس الشهدا والشمامسة واولهم رجم
بالحجارة حتي مات وقتل يعقوب اخا يوحنا ابن زبدي
بالسيف وحلس بطرس وهم بقتله فاعانه الله وخلصه
من يده وهرب منه الي انطاكية فصير
اركاديوس بطركا علي انطاكية اقام سبعة
وعشرين سنة وهذا هو اول بطاركا صار
في مدينة انطاكية وذهب بطرس الي رومية
وذلك في سنتين من ملك غايبوس قيصر فوقع
اغريان في علة عظيمة جدا حتي تتاكل لحمه
وجف بدنه ومات فلما سمع غايبوس الملك ان
اغريان قد مات ولي علي موضعه رجلا اخر يقال
له اغريان ووجه به الي بيت المقدس وفي سنتين
من ملكه صير يعقوب ابن يوسف الذي يسمي
اخا ربنا اسقف بيت المقدس وهو اول اسقف قدم
علي بيت المقدس اقام ثمانية وعشرين سنة ولقي
التلاميذ من اليهود ومن الروم شدة شديدة وقتل
منهم خلقا كثير ومات غايبوس قيصر وملك بعده
قلوديوس

fuerant. Fuit *Agrianus* iſte pravæ converſationis, ac multæ malitiæ vir, in Diſcipulos crudelitatem [exercens.] Ille erat, qui *Stephanum* Martyrem & Diaconorum principem ac primum lapidibus obrutum interfecit; quíque *Iacobum Iohannis* fratrem *Zebedæi* filium gladio ſuſtulit; *Petrúmque* in carcerem conjectum è medio tollere in animo habuit, quem tamen ope ſuâ Deus è manibus ejus eripuit; qui ab ipſo *Antiochiam* fugiens, *Arcadium Antiochiæ* Patriarcham conſtituit, cui annos viginti ſeptem præfuit. Atque hic primus in urbe *Antiochiæ* Patriarcha factus eſt. Profectus eſt deinde *Petrus Romam*, quod anno regni *Caii Cæſaris* ſecundo contigit. Incidit autem *Agrianus* in morbum gravem, quo conſumptâ carne ipſius, atque exſiccato corpore, mortuus eſt. Audito ergò *Agrianum* mortuum eſſe alium in locum ejus ſuffecit *Caius* Imperator, nomine etiam *Agrianum*, quem *Hieroſolyma* miſit. Porrò anno regni ipſius ſecundo factus eſt *Iacobus Ioſephi* filius, qui & frater Domini noſtri appellatur, Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, qui primus huic muneri *Hieroſolymis* præfectus eſt, quo annos viginti octo functus eſt. Gravia autem valdè à *Iudæis* & *Romanis* paſſi ſunt Diſcipuli, multis ipſorum morte affectis. Mortuo autem *Caio Cæſare*, *Romæ* poſt ipſum imperavit

Claudius

Claudius Cæſar annos quatuordecim, quo imperante fames magna & gravis per totum orbem fuit, cujus vehementiâ, & peſte mortui ſunt homines. Ejuſdem *Claudii* tempore ſcripſit *Matthæus* Evangelium ſuum *Hieroſolymis*, linguâ *Hebraicâ*, quod *Græcè* vertit *Ioannes* Evangeliſta. Porrò *Iudæi* pejores quàm fuerant & ſceleratiores evaſerunt, adeò ut alii alios in plateis & campis, quâ erant nequitiâ & malitiâ, occiderent. *Agrianus* ergò *Hieroſolymorum* regimini quendam nomine *Feſtum* præficiens, ſe ab ipſis *Romam* fugâ proripuit, quò cum perveniſſet, *Claudio Cæſari* Imperatori, quænam exercerent ſcelera *Iudæi*, narravit. Qui ergò, exercitu magno *Hieroſolyma* miſſo, *Iudæorum*, unà cum ipſorum uxoribus & liberis, multos interfecit; alios etiam *Antiochiam*, alios *Romam* captivos abducens. Porrò anno *Claudii Cæſaris* nono, Evangeliſta *Marcus* in urbe *Alexandriæ* homines ad fidem in *Chriſtum* Dominum noſtrum invitavit: qui dum urbem perambularet diffracta eſt ipſi calcei corrigia; quare ſutorem nomine *Hananiam* ſe contulit, qui calceum ipſius reficeret. Ille ſubulâ ad perforandum calceum ſumptâ, cùm digitum ſuum perforâſſet, adeò ut multum efflueret ſanguinis nec ſine dolore ingenti, in *Marcum* ſub murmuravit: cui ergò *Marcus*, ſi credideris, inquit,

قلوديوس قيصر برومية اربعة عشر سنة وكانت في ايامه
مجاعة عظيمة شديدة في الدنيا كلها ومات الناس من
شدة الجوع والوبا وفي عصر قلوديوس قيصر كتب متاوس
الجبلة بالعبرانية في بيت المقدس وفسره من العبرانية
الي اليونانية يوحنا صاحب الانجيل وكانوا اليهود اشر
مما كانوا وارذا فعلا حتي كان بعضهم يقتل بعضا في
الاسواق والازقة مما كانوا عليه من الشر والدغل فهرب منهم
اغريبان الي رومية وخلف علي بيت المقدس رجلا يقال
له قسطس يدبرها فلما وصل اغريبان الي رومية اخبر الملك
قلوديوس قيصر ما عليه اليهود من الشر فوجه قلوديوس
قيصر بجيش عظيم الي بيت المقدس فقتل من
اليهود ومن نسائهم وصبيانهم خلقا كثيرا وسباهم
الي مدينة انطاكية والي رومية وفي تسع سنين من ملك
قلوديوس قيصر كان مرقص الانجيلي بمدينة الاسكندرية
يدعوا الناس الي الايمان بالمسيح سيدنا فبينما مرقص
يمشي في مدينة الاسكندرية ان انقطع شسع نعله فجلس
عند رجل اسكاف يقال له حنانيا ليصلح نعله فاخذ
حنانيا الاشفا ليثقب النعل فثقب به اصبع نفسه فسال
منه دم كثير واوجعه وجعا شديدا فتبرم بمرقص
فقال

فقال له مرقص ان اذن امنت بيهوع المسيح ابن الله فان
اصبعك تبرا واخذ مرقص اصبع حنانيا وقال له
بهم يسوع المسيح تبرا اصبعك فبريت اصبعه للوقت
وانقطع الدم فامن حنانيا من هاعته بالمسيح وعمده
مرقص وصيره بطريركا علي الاسكندرية وهو اول
بطريرك صير علي الاسكندرية وان مرقص
البشير صير مع حنانيا البطريرك اثني عشر
قسيس يكونوا مع البطريرك واذا عدم البطريرك
يختاروا واحدا من الاثني عشر قسيس ويضع
الاحد عشر قسيس الباقون ايديهم علي راسه
ويباركونه ويصلحونه بطريركا ثم يختاروا رجلا فاضلا
فيصيروه قسيسا معهم بدل الذي صير بطريركا
ليكونوا اثني عشر ابدا فلم يزل رسم القسا
بالاسكندرية يصلحوا البطاركة من القسا
الاثني عشر الي زمان الاسكندروس بطريرك
الاسكندرية الذي كان في تملة الثلثمايتة والثمانية
عشر فانه منع من ان يصلحون القسا البطريرك
وامر ايضا اذا مات البطريرك ان يجمعوا الاساقفة
ويصلحون البطريرك وامر ايضا اذا مات
البطريرك

inquit, in *Iesum Christum* Filium Dei, sanabitur digitus tuus: ac prehenso ipsius digito, dixit, In nomine *Iesu Christi* sanetur digitus tuus; qui ergò eodem momento in sanitatem restitutus est, sanguine ampliùs non effluente. Credidit ergò ab eo tempore *Hananias* in *Christum*, unde baptizavit eum *Marcus* & Alexandriæ Patriarcham constituit. Fuítq; is Patriarcharum qui *Alexandriæ* præfecti sunt primus. Constituit autem Evangelista *Marcus*, una cùm *Hanania* Patriarcha, duodecim presbyteros, qui nempe cum Patriarcha manerent, adeò ut cùm vacaret Patriarchatus, unum è duodecim Presbyteris eligerent, cujus capiti reliqui undecim manus imponentes ipsi benedicerent & Patriarcham crearent; deinde virum aliquem insignem eligerent quem secum Presbyterum constituerent loco ejus qui factus est Patriarcha, ut ita semper extarent duodecim. Neque desiit *Alexandriæ* institutum hoc de Presbyteris, ut scilicet Patriarchas crearent ex Presbyteris duodecim, usque ad tempora *Alexandri* Patriarchæ *Alexandrini*, qui fuitex numero illo trecentorum & octodecim Is autem vetuit ne deinceps Patriarcham Presbyteri crearent. Et decrevit ut mortuo Patriarchâ convenirent Episcopi qui Patriarcham ordinarent. Decrevit item ut, vacante

Patriarchatu, eligerent ex quacunque tandem regione, ſive ex duodecim illis Presbyteris, ſive aliis, virum aliquem eximium, perſpectæ probitatis, eúmque Patriarcham crearent. Atque ita evanuit inſtitutum illud antiquius, quo creari ſolitus à Presbyteris Patriarcha; & ſucceſſit in locum ejus decretum de Patriarcha ab Epiſcopis creando. Quod autem quærunt [nonnulli,] Quare Patriarcha *Alexandrinus* vocetur Papa? (cujus nominis ſignificatus eſt, Avus) [ſciendum eſt,] ab *Hanania*, quem conſtituit *Marcus* Evangeliſta Patriarcham *Alexandriæ*, uſque in tempora *Demetrii* Patriarchæ ibidem (is Patriarcha fuit *Alexandrinus* undecimus) nullum fuiſſe in provinciis *Ægypti* Epiſcopum; nec Patriarchæ ante eum creârunt Epiſcopos. Ille autem factus Patriarcha tres conſtituit Epiſcopos. Et primus fuit hic Patriarcha *Alexandrinus* qui Epiſcopos fecit. Mortuo *Demetrio* ſuffectus eſt *Heraclâs* Patriarcha *Alexandrinus*, qui Epiſcopos conſtituit viginti. Ex his unus erat, *Ammonius* dictus, religionis deſertor. De quo ſimulac ad *Heraclâm* delata eſt fama, congregavit is Synodum Epiſcoporum, & in urbem *Ammonii* perrexit, ubi re ſatis cognitâ & perſpectâ eum ad Veritatem reduxit. Cùm verò homines audierant Epiſcopos vocitare Patriarcham, *Abba* ſeu patrem,

البطريرك ان يختاروا من اي بلد كان رجلا فاضلا
او من اولايك الاثني عشر قسا او غيرهم ممن يرضا
حاله فيصاحوته بطريرك وانقطع الرسم القديم من
اصلاح القسا للبطريرك وجري الامر للاساقفة في
اصلاح البطريرك واما سوالهم لم سمي بطريرك
الاسكندرية بابا فمعني البابا جد فان منن حناديا
الذي اصاحه مرقص البشير بطريرك الاسكندرية الي
وقت ديمتريوس بطريرك الاسكندرية وهو الحادي
عشر بطريرك كان علي الاسكندرية لم يكن في
مل مصر اسقف ولم يكن البطاركة الذين قبله
اصاحوا اسقفا فلما صار ديمتريوس بطريركا اصلح
ثلثة اساقفة وهو اول بطريرك بالاسكندرية مل
الاساقفة فلما مات صير بعده هرقل بطريرك علي
الاسكندرية فاصلح عشرين اسقفا فواحد من هولاء
الاساقفة اسمه اوماديوس خالف الشريعة واتصل خبره
بهرقل البطريرك فجمع هرقل البطريرك جماعة من الاساقفة
وصار الي مدينة اوماديوس فكشف عن حاله
ونظر في امره ورده الي الحق فسمعت العامة
الاساقفة وهم يسمون البطريرك
ابا

ابا فقالوا في انفسهم اذا كنا نحن نسمي الاسقف
ابا والاسقف يسمي البطريرك ابا فيجب علينا نحن
ان نسمي البطريرك بابا اي جدا ان كان اب الابا
فسمي بطريرك الاسكندرية من ايام هرقل بابا اي
جد فاما حنانيا بطريرك الاسكندرية الذي
اصلحه مرقص البشير علي كرسيها بطريركا اقام
اثنين وعشرين سنة ومات وخرج مرقص البشير
الي برقة يدعوا بالناس الي الايمان بالمسيح ابن
الله ومات قلوديوس قيصر الملك وملك بعده ابنه
نارون قيصر برومية ثلثة عشر سنة وهو اول من
اهاج علي النصاري الشر والبلا وكان
رجلا شريرا جدا رديء السيرة وفي عصر نارون قيصر
كتب بطرس رئيس الحواريين انجيل مرقص عن مرقص
بالرومية في مدينة رومية وذهبه الي مرقص وفي
عصر هذا الملك ايضا كتب لوقا انجيله باليونانية
الي رجل شريف من علما الروم يقال له ثاوفيلا
وكتب اليه ايضا الابركسيس الذي
هو اخبار التلاميذ وقد كان لوقا البشير صاحب
بولص الرسول واقام معه زمانا وذلك ان
بولص

trem, inter ſe dixere, Nos Epiſcopum quemlibet *Abba*, ſeu Patrem, appellamus, Et appellant Epiſcopi Patriarcham *Abba*, Vnde ſanè oportet ut vocemus nos Patriarcham *Papam*, id eſt, Avum; cum ſit pater patrum. Ita à tempore *Heraclæ*, Patriarcha *Alexandrinus* dictus eſt *Papa*, id eſt, Avus. Poſtquam autem *Hananias* patriarcha *Alexandrinus*, quem *Marcus* Evangeliſta in ſede ſua conſtituit, annos ſederat viginti duo, mortuus eſt. Et profectus eſt *Marcus* Evangeliſta in *Barcam*, ut homines ad fidem in Chriſtum filium Dei invitaret. Obiit dein *Claudius Cæſar*, Imperator, & imperavit *Romæ* poſt eum filius ejus *Nero Cæſar* annis tredecim, qui primus fuit graviſſimorum in Chriſtianos malorum autor; homo utpote, in conſilii & vitæ inſtituendæ ratione, improbiſſimus. Et tempore *Neronis Cæſaris*, ſcripſit *Petrus*, Apoſtolorum princeps, Evangeliũ *Marci*, dictante *Marco*, linguâ *Romanâ*, in urbe *Romæ*; ſed attribuit illud *Marco*. Etiam tempore hujus Imperatoris ſcripſit *Lucas* Evangelium ſuum *Græcè*, ad virum Nobilem ex Sapientibus *Romanis*, cui nomen *Theophilus*, ad quem item ſcripſit Acta ſeu Diſcipulorum hiſtoriam. Erat autem *Lucas* Evangeliſta comes *Pauli* Apoſtoli, quocum per tempus aliquod manſit. Vnde eſt quòd *Paulus* Apoſtolus

ſtolus in quadam Epiſtola ſua dicit, *Lucas medicus vos ſalutat*. Prehenſum verò *Petrum Nero Cæſar* cruci affigit, corpore ſcilicet inverſo, atque ita morte eum affecit: Nam & dixerat ei *Petrus*, Si vis ut ego cruci affigar, corpore me inverſo affige cruci, ne mors mihi afflicta ſimilis ſit ei quæ infligebatur Domino meo *Chriſto*, qui cruci affixus eſt corpore erecto: Sed gladio trucidavit *Paulum*. Occiſus autem eſt *Petrus* ſub annum viceſimum ſecundum poſt Dominum noſtrum *Chriſtum*. Erat verò poſt *Petrum*, *Linus* Patriarcha *Romæ*, quâ functus dignitate duodecim annos obiit. Et hic primus erat Patriarcha *Romanus*. Erat autem *Marcus* Evangelii autor, in *Alexandria* & *Barca* homines ad fidem in Chriſtum Filium Dei invitans annis ſeptem. Et anno Imperii *Neroni Cæſaris* jam dicti primo, occiſus eſt *Marcus Alexandriæ*, & corpus ejus igne eſt crematum.

Porrò anno Imperii *Neronis Cæſaris* duodecimo conſtitutus eſt *Ignatius* Patriarcha *Antiochiæ*, qui cùm annos triginta duos præfuiſſet, morte affectus eſt. Mortuo autem *Feſto*, *Hieroſolymorum* præfecto, relictâque urbe ſine principe qui eam moderaretur, concitati *Iudæi Iacobum*, *Ioſephi* filium, qui Domini frater audit, lapidibus donec moreretur impetitum interfecerunt, multóſque

Diſcipulorum

بولص الرسول يقول في بعض رسايله ان لوقا الطبيب
يقرا عليكم السلام واخذ ناروز قيصر لبطرس فصلبة
منكسا وقتله لان بطرس قال له ان اردت ان
تصلبني فاصلبني منكسا ليلا اتشبه بسيدي
المسيح فاذه صلب قايما وضرب عنق بولص بالسيف
وكان لبطرس بعد هيدنا المسيح حين قتل
اثنين وعشرين سنة وصير بعد بطرس لينوس بطريرك
علي رومية اقام اثني عشر سنة ومات وهو اول بطريرك
صار علي رومية وكان مرقص صاحب الانجيل
بالاسكندرية وبرقة يدعوا الناس الي الايمان بالمسيح
ابن الله سبع سنين وفي اول سنة من ملك هذا
ناروز قيصر قتل مرقص بالاسكندرية واحرق جسده
بالنار وفي اثني عشر سنة من ملك
ناروز قيصر صير اغناتيوس بطريرك علي
انطاكية اقام اثنين وثلثين سنة ومات قتلا
ومات قسطس مدبر بيت المقدس فبقيت المدينة
بلا سلطان يدبرها وثارت اليهود وقتلوا يعقوب ابن
يوسف المعروف باخي الرب ورجموه
بالحجارة حتي مات وعذبوا جماعة من

التلاميذ وطردوهم من المدينة وخرج النصاري من
المدينة هاربين وعبروا الاردن وسكنوا في تلك
المواضع وبلغ الخبر هارون فوجه الي الامير المقيم
بالمشرق وكان يقال له اسباسيانوس ان يجمع
عساكره ويصير الي ارض يهودا فيقتل اهلها كلهم
ولايبقي منهم احد ويخرب ديارهم فلما سمع اليهود ذلك
اجتمعوا فاخرجوا مياسيرهم اموالا وبنوا علي مدينة
بيت المقدس ثلث حصون واوثقوها بالابراج واحكموا
وتحصنوا فيها فلما صار اسباسيانوس الي ارض يهودا
لم تبق مدينة بارض الجليل الا اخربها واحرقها بالنار
ولم يتهيا له في بيت المقدس شي لانها كانت قد حصنت
واستوثق منها فحاصرها سنة وكادوا اليهود يخرجون
منها كمنا في الليل فيقتلون الروم وفي ايام هارون
الملك قيصر كان رجل حكيم يقال له اذرو ماخس
فاصلح لهارون الملك ترياق الفاروق والعرب
تسميه درياق وقتل هارون الملك بروميه فلما سمع
اسباسيانوس ان الملك قد قتل ترك محاصرة بيت
المقدس ورجع الي قيصارية اقام بها وملك بعده غلياس
سبعة اشهر وقتل وملك بعده اثون ثلثة اشهر
وغدروه

Diſcipulorum cruciatibus malè multatos urbe ejecerunt. Ex urbe igitur fugâ prolapſi *Chriſtiani*, *Iordanem* tranſeuntes, loca iſta incoluerunt. His auditis *Nero Cæſar* ad præfectum qui in Oriente fuerat, nomine *Veſpaſianum*, miſit, ut collectis copiis *Iudææ* regionem aggreſſus, populum univerſum (ne uno ſuperſtite) internecione deleret, domóſque ipſorum vaſtaret. Quo audito congregati *Iudæi*, ditioribus ſumptus miniſtrantibus, circa *Hieroſolyma* tres ſtruxerũt muros, quibus, turribus munitis ac firmatis ſeſe tutarentur. Profectus ergò in *Iudæam Veſpaſianus* nullam in *Galilæa* urbem reliquit quam non dirutam incenderet: contra *Hieroſolyma* verò, quòd adeo munita eſſet, cùm ad aliquid moliendum imparatus eſſet; quò tutiùs res ageret, ipſa anno integro obſedit, *Iudæis* interim clam noctu erumpentibus *Romanóſque* cædentibus. Porrò, tempore *Neronis* floruit Medicus quidam nomine *Andromachus*, qui *Neroni* theriacam præſtantiſſimam confecit. (*Arabes* eam *Dheriacam* appellant.) Occiſus eſt autem *Nero* Imperator, *Romæ*. *Veſpaſianus* igitur audito interfectum eſſe Regem, *Hieroſolymorum* obſidione ſolutâ. *Cæſaream* reverſus ibi ſubſtitit. Imperavit autem poſt ipſum *Galba* ſeptem menſes, deinde interfectus eſt; imperante poſt ipſum *Othone* tres menſes.

Eo pulſo cùm imperâſſet *Vitellius* octo menſes, interfectus eſt. Tum commota eſt valdè univerſa *Romanorum* ditio concitatis undique in eos gentibus; at poſt contentionem gravem, & commotionem magnã, Ducibus, præfectis ac Scribis, quotquot cùm in *Romanorum* terra tum in Oriente fuerunt, omnibus viſum eſt *Veſpaſianum*, qui *Hieroſolymis* obſidendis occupatus fuerat, imperio præficere. Qui ergò cùm *Cæſareâ Romam* profectus eò perveniſſet, irruentes qui *Romæ* erant duces in ducem quendam nomine *Artitinum*, qui Imperium ſibi occupare ſtatuerat, ipſum interemerunt. Vrbe deinde egreſſi, *Veſpaſiano* obviam euntes, capiti ipſius diadema impoſuerunt, qui ubi urbem ingreſſus ſolio regio inſediſſet ſceleratum ac rebellem quemque inter *Romanos* morte mulctavit, adeò ut ſub ipſo in ſtatum optimum & tranquillum redacta ſit *Romanorum* terra. Duo autem ipſi fuerunt filii, quorum unius nomen *Titus*, alteri *Domitianus*; quorum *Domitianum* copiis magnis inſtructum ad Gentes barbaras miſit, quas ille occidit, diripuit, delevit: *Titum* verò, exercitu etiam frequenti inſtructum, *Hieroſolymam* miſit, quam biennio obſedit; morientibus qui in urbe erant fame, adeò ut præ fame, mortuorum ac moriturorum ſuorum carnes comederent: quâ deinde captâ omnes

وغدروه عن الملك وملك بعده فيطاليوس ثمانية اشهر
وقتل فاضطربت ارض الروم كلها اضطرابا شديدا
وثارت عليهم الامم فبعد جهد شديد واضطراب غلبط
ارضي جميع القواد والامراء والكتاب الذين كانوا بارض
الروم وارض المشرق ان يملكوا اسباسيانوس الذي
كان حاصر بيت المقدس فخرج هذا المذكور من قيسارية
الي رومية فلما بلغ اليها وثب القواد المقيمون برومية علي
قايد من القواد يقال له ارطيطس وكان قد عزم علي
اخذ الملك لنفسه فقتلوه وخرجوا من المدينة فالتقوا
باسباسيانوس ووضعوا علي راسه تاج الملك فلما دخل
المدينة وجلس علي كرسي ملكه وقتل كل شرير
برومية وكل مخالف استقامت علي يده ارض الروم
واستوت وكان له ابنان اسم احدهما تيطس
واسم الاخر دوماتيانوس فوجه بدوماتيانوس وضم اليه
عسكرا عظيما الي البربر والامم فقتلهم واستباحهم
واستاصلهم ووجه بطيطس بعد ان ضم اليه عسكرا كثيرا
الي بيت المقدس فحاصرها سنتين فمات كل من في
المدينة من الجوع حتي اكلوا لحوم الميتة ولحوم
اولادهم من الجوع ثم فتحها تيطس فقتل
كل

كل من كان في المدينة من ذكر وانثي وكانوا يشقون
بطون الحبالا ويضربون باطفالهم علي الصخور وخرب المدينة
والهيكل وضربهما بالنار واحصي القتلا علي يديه فكانوا
ثلاثة الاف الف ومنهم من هرب الي الشام والي مصر والي
الغور فمن ميلاد سيدنا المسيح الي ان خرب تيطس بيت
المقدس سبعون سنة ومن الاسكندر الي ان خرب بيت
المقدس ثلثماية وتسعة وثمانون سنة ومن هبي بابل الي
ان خرب تيطس بيت المقدس سبعماية واثنان وخمسون سنة
ومن ملك داوود الي خراب بيت المقدس الف ومايه
وتسعة وعشرون سنة ومن خروج بني اسراييل من مصر
الي ان خرب تيطس بيت المقدس الف وسبعماية وخمسة
وثلاثون سنة ومن ابراهيم الي ان خرب تيطس بيت المقدس
الفان ومايتان واثنان واربعون سنة ومن فالق الي
خراب تيطس بيت المقدس الفان وسبعماية وثلاثة وثمانون
سنة ومن الطوفان الي ان خرب تيطس بيت المقدس
ثلاثة الاف وثلثماية واربعة عشر سنة ومن ادم الي ان خرب
تيطس بيت المقدس خمسة الف وخمسماية وسبعون سنة فلما
بلغ النصاري الذين كانوا هربوا من اليهود وعبروا الاردن
وسكنوا في تلك المواضع ان تيطس قد خرب المدينة وقتل
اليهود رجعوا الي بيت المقدس وهي خراب فسكنوا فيها

nes qui in ipſa fuerant tam mares quàm fœminas interfecit, proſcindentibus [militibus] prægnantium uteros, & infantes ſaxis allidentibus. Vrbem etiam & Templum vaſtata incendit. Numerati deinde qui ipſius juſſu occiſi ſunt, ter millies mille reperti ſunt, cùm alii *Syriam*, alii *Ægyptum*, alii in terram *AlGaur*, profugiſſent. Iam à *Chriſto* nato ad *Hieroſolymorum* per *Titum* excidium anni ſunt ſeptuaginta.

Ab *Alexandro* trecenti octoginta novem.

A Captivitate *Babylonica* ſexcenti quinquaginta duo.

A regno *Davidis* mille centum viginti novem.

Ab exitu *Iſraelitarum* ex *Ægypto*, mille ſeptingenti triginta quinque.

Ab *Abrahamo* bis mille ducenti quadraginta duo.

A *Phaleko* bis mille ſeptinginti octoginta tres.

A Diluvio ter mille trecenti quatuordecim.

Ab *Adamo* quinquies mille quigenti ſeptuaginta.

Chriſtiani autem, qui *Iudæos* fugientes, *Iordanem* trajecerant, & in iſtis locis ſedes fixerant, audito *Titum* urbem deſtruxiſſe interfectis *Iudæis*, *Hieroſolymam* jam deſolatam reverſi, ipſam incoluerunt

coluerunt, ſtructáque ſibi inibi Eccleſiâ, Epiſcopum ſecundum ipſi præfecerunt nomine *Simeonem, Cleopæ* filium. *Cleopas* iſte frater fuit *Ioſephi* qui Dominum noſtrum *Chriſtum* educavit; Fuítque hoc, anno imperii *Veſpaſiani* quarto; Illum autem, poſtquam annos viginti ſex munere iſto functus fuiſſet, interfecit *Trajanus* Imperator. Porrò anno Imperii ipſius tertio Patriarcha *Romæ* conſtitutus eſt *Dacletius*, & cùm biennio ſediſſet mortuus eſt. Anno imperii ipſius quinto præfectus eſt *Romæ Clemens*, qui Scriptor fuit, cúmque annos novem ſediſſet mortuus eſt. Anno imperii ejus nono *Alexandriæ* Patriarcha conſtitutus *Philetius*, cùm annos tredecim ſediſſet, diem obiit. *Veſpaſianus* autem poſtquam cum honore & potentia annos novem & ſeptem menſes imperâſſet, mortuus eſt. Imperavit poſt ipſum filius ipſius *Titus* annos tres & duos menſes cum dimidio, dein mortuus eſt. Poſt ipſum imperavit frater ejus *Domitianus* annos quindecim. Magnam hic in *Iudæos* crudelitatem exercuit, adeò ut ejus tempore nullus appareret *Iudæus*. Quin & in animo habuit Reges eorúmque filios è medio tollere, ut non eſſet in terra præter ipſum Rex. Nepotes ergò etiam Regum ſuſtulit, multóſque Reges interfecit. Cúmque nuntiatum ipſi eſſet aſſerere *Chriſtianos*

Chriſtum

وبنوا لهم بها كنيسة وصيروا عليها اسقفا ثانيا يقال
له سمعان ابن كلاوبا وهذا كلاوبا هو اخو يوسف
الذي رما سمدا المسيح وذلك في اربع سنين من
ملك اسباسيانوس واقام اسباسيانوس ستة وعشرين
سنة وقتله طرابيانوس الملك وفي ثلاثة سنين من
ملكه صير دكليطيوس بطريرك علي رومية اقام سنتين
ومات وفي خمسة سنين من ملكه صير كليمنطس
بطريرك علي رومية وكان كاتبا اقام تسع
سنين وفي تسع سنين من ملكه صير فيليطيوس
بطريركا علي الاسكندرية اقام ثلثة عشر سنة
ومات وملك اسباسيانوس بعز وقوة تسع سنين
وسبعة اشهر ومات وملك بعده ابنه طيطس
ثلاث سنين وشهرين ونصف ومات وملك
بعده اخوه نوماتيانوس خمسة عشر سنة هذا كان
شديد جدا علي اليهود ولم يكن يظهر
في ايامه يهودي وكان عزم علي قتل
الملوك واولادهم حتي لا يكون علي الارض ملك
غيره فقتل لاولاد اولاد الملوك وقتل ملوكا كثيرة
وبلغه ان النصاري يقولون ان المسيح
ملكهم

ملكهم وان ملكه الي الدهر واسم جيش عظيم
وخلق كثير فغضب غضبا شديدا وامر بقتل
النصاري وان لا يكون في مملكته نصراني وكان
بوحنا صاحب الاخبار بنيسس فلما سمع بهذا فزع
وهرب الي افسس ووجه الملك الي بيت المقدس
واخذ اولاد يهوذا ابن يوسف احد التلاميذ وقيدهم
وحملهم الي رومية وسالهم عن المسيح وملكه فقالوا له
ان ملكه سماوي وليس ملكه ارضي وانه في
اخر الزمان ياتي بمجد عظيم وكرامة يدين الاحيا
والاموات ويجازي كل احد بعمله فلما سمع منهم
هذا فزع واطلق سبيلهم وامر باكرام النصاري
وترك التعرض لهم وفي سنتين من ملكه
صير اورسطس بطريرك علي رومية اقام ثمان سنين
ومات وفي عشر سنين من ملكه صير الاسكندرس
بطريرك علي رومية اقام عشر سنين ومات
وفي خمسة عشر سنة من ملكه صير كرنيوس
بطريرك علي الاسكندرية اقام عشر سنين ومات
وفي خمسة عشر سنة من ملكه صير بريدوس
بطريركا علي الاسكندرية اقام
الثني

Christum Regem ſuum eſſe, regnúmque ipſius æternum, eſſéque ipſos exercitum copioſum, magnámque hominum multitudinem, vehementer irâ excanduit, juſsítq; è medio tolli *Christianos*, nec ullum in regno ipſius relinqui *Christianum*. Fuit tum *Ioannes Evangeliſta* in *Neſo*, qui hoc audito metuens, *Epheſum* fugit. Mittens autem Imperator *Hieroſolyma*, *Iudæ*; filii *Ioſephi*, Diſcipulorum unius, filios prehendit, quos vinctos *Romámque* advectos de *Chriſto* ac ipſius Regno interrogauit: Reſponderunt illi, Regnum ipſius cœleſte eſſe, non terrenum, ipſúmque ultimis temporibus cum gloria magna, & ſplendore, venturum ad judicandos & vivos & mortuos, ac unumquemque juxta opera ſua remuneraturum. Quibus ille auditis perterritus liberos eos dimiſit, necnon honore affici *Chriſtianos* juſſit, ipſíſque ſe opponere deſiit. Porrò, anno imperii ipſius ſecundo conſtitutus eſt *Euariſtus* Patriarcha *Romæ*, ubi cùm octo annos ſediſſet mortuus eſt. Anno imperii ejuſdem decimo Patriarcha *Romæ* factus eſt *Alexander*, qui ibi decem annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno imperii ejus decimo quinto conſtitutus *Gordius Alexandriæ* Patriarcha, poſtquam decem annos ſediſſet diem obiit. Anno ejuſdem decimo quinto *Alexandriæ* Patriarcha conſtitutus eſt *Barmius*, qui

annos duodecim sedit, dein mortuus est. Mortuo autem *Domitiano Cæsare* Imperatore, post ipsum *Romæ* imperavit *Nerva Cæsar* qui & *Barastius Cæsar* audit, annum unum & quinque menses, dein obiit, succedente ipsi *Trajano Cæsare*, qui & *Adrianus Cæsar* appellatus est, qui *Romæ* annos novendecim imperavit. Imperator iste magna in *Christianos* mala excitavit, ac diuturnæ ipsis tristitiæ, ac doloris vehementis author fuit, dum multos Martyres neci dedit, interfecto *Romæ Ignatio* qui Patriarcha *Antiochenus* fuerat, nec non *Simeone Cleopæ* filio Episcopo *Hierosolymitano*, quem cruci affixit, annos natum centum viginti. In servitutem redigi etiam jussit *Christianos*, utpote quibus, ex ipsius sententia, nulla esset Religio aut Lex. Præ durâ autem quam passi sunt *Christiani* servitute, & gravibus, quibus sublati sunt, cædibus, misericordiâ erga ipsos affecti sunt *Romani*, ac testati apud Imperatorem ipsius Consiliarii ac Duces esse *Christianis* Religionem firmam, ac Legem bonam, neque oportere ipsos illos in servitutem redigere. Iussit ergò ne ampliùs servi fierent, & à malo ipsis inferendo abstinuit. Porrò Tempore *Trajani Cæsaris* Imperatoris scripsit *Ioannes* Evangelium suum *Græcè*, in insula *Patmo* appellata, è terra *Asiæ*, quæ *Romæorum* terra est. Ejusdem tempore Philoso-

اثني عشر سنة ومات ومات ذومطيانوس قيصر الملك
وملك بعده داروس قيصر ويسمي برسطيوس قيصر برومية
سنة وخمسة اشهر ومات وملك بعده طرابيانوس
قيصر ويسما اذريانوس قيصر برومية تسعة عشر
سنة وهذا الملك اثار علي النصاري بلاء
عظيما وحربا شديدا وغما طويلا وقتل شهدا
كثيرين وقتل اغناتيوس الذي كان بطريرك
انطاكية بمدينة رومية وقتل سمعان ابن
اكلاوبا اسقف بيت المقدس وصلبه ونه اية
وعشرون سنة وامر باستعباد النصاري ان ليس
عنده دين ولا شريعة فمن شده ما استعبدوا النصاري
وغليظ ما نالهم من القتل رجوهم الروم وشهدوا وزرا
الملك وقواده عنده ان النصاري لهم دين وثيق
وشريعة حسنة واذ لا يجب لنا ان نستعبدهم
فامر ان لا يستعبدوا وكف عن اذيتهم وفي
عصر طرابيانوس قيصر الملك كتب يوحنا انجيله
باليوذانية في جزيرة يقال لها بطمن من
ارض اسيا وهي ارض الروم وفي عصره كان رجل
من عظماء الروم فيلسوف يقال له
قوموذس

قومودس وفي هذة سنين من ملكة صير يهودا اسقفا
علي بيت المقدس اقام سبع سنين ومات وفي اربعة
عشر سنة من ملكة صير ركشاوس اسقف علي
بيت المقدس اقام تسعة سنين ومات وفي ستة
سنين من ملكة صير برون بطريركا علي
انطاكية اقام عشرين سنة ومات وفي اربعة
سنين من ملكة صير كسطس بطريرك علي
رومية اقام عشرة سنين ومات وفي اربعة عشر سنة من
ملكة صير طلسغورس بطريركا علي رومية اقام احد
عشر سنة ومات وفي احد عشر سنة من ملكة صير
يسطس بطريرك علي الاسكندرية اقام عشرة سنين ومات
وفي ذلك العصر رجع اليهود الي بيت المقدس فلما
كثروا واستلت منهم المدينة عزموا ان يملكوا عليهم ملكا
وبلغ الخبر طرابيانوس قيصر فوجه بقايد من قواده في
جيش عظيم الي بيت المقدس فقتل من اليهود ما لا يحصي
كثرته وخرج علي هذا الملك طرابيانوس خارجي ببابل
فسار اليه طرابيانوس الملك فوقع بينهما حرب شديدا
وقتل من الفريقين خلقا كثير وقتل طراتيانوس
الملك في الحرب وملك بعده ايلما اندريانوس
قيصر

Philoſophus quidam fuit è *Romanorum* magnatibus, nomine *Commodus*. Anno imperii ejuſdem ſexto conſtitutus eſt *Iudas* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, ubi cùm ſeptem annos ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem decimo quarto *Zacchæus* Epiſcopus *Hieroſolymitanus* conſtitutus, cùm ſeptem annos ſediſſet diem obiit. Anno ejuſdem ſexto conſtitutus eſt *Ieron* Patriarcha *Antiochenus* qui cùm annos viginti ſediſſet mortuus eſt. Anno Imperii ejus quârto, *Xyſtus* Patriarcha *Romæ* conſtitutus, annos decem ſedet, dein moritur. Anno ejuſdem decimo quarto *Romæ* Patriarcha factus eſt *Teleſphorus*, qui cùm annos undecim ſediſſet diem obiit. Anno Imperii ejus undecimo conſtitutus *Iuſtus* Patriarcha *Alexandrinus*, ubi decem annos ſedit, dein mortuus eſt. Eo tempore reverſi *Iudæi Hieroſolyma*, cùm multiplicati eſſent adeò ut impleretur ipſis urbs, Regem ſibi præficere conſtituerunt; quod cùm *Trajano* renuntiatum eſſet, miſſo ille *Hieroſolyma* Duce cum ingentibus copiis innumeros interfecit *Iudæos*. Contra *Trajanum* iſtum prodiit *Babeli* rebellis quidam, contra quem profecto *Trajano* inita eſt inter ipſos pugna acerrima, in qua multi ex utroque exercitu cæſi ſunt, ipſéque *Trajanus* in prælio interfectus. Poſt quem imperavit *Ælius Adrianus*

(*Cæſar*

Cæsar annos quinquaginta. Hic contra rebellem istum in *Babelem* profectus ipsum profligavit. Dein *Ægyptum* contendit. Gravia autem valdè ab eo passi sunt *Ægyptii* dum homines ad Idolorum cultum adigeret, quam ob causam multos etiam è *Christianis*, morte affecit: inter cæteros *Mar Astatium* cum uxore & duobus filiis; quibus scilicet ollæ aheneæ inclusis aquam superfundens, ignem deinde suppositit, donec coquerentur. Gravis autem *Ælio Adriano* in corpore suo morbus accidit; quare dum varias peragraret regiones ad remedium corpori & morbo suo quærendum, *Hierosolyma* ipsi laudârunt, quò cùm perveniisset ipsáque vastata inveniret, adeò ut nullum ibi [ædificium] præter *Christianorum* Ecclesiam esset, extrui jussit urbem circa Templum, muróque forti cingi: quod cùm audirent *Judæi* ex omni provincia, omníque urbe confluere, adeò ut brevi temporis spatio impleretur ipsius urbs. Cúmq; multi numero evasissent, Regem illis nomine *Barjuzium* præfecerunt. Quod cùm *Ælio Adriano* renunciatum esset, misit ille Ducem è suis quendam magnis instructum copiis, qui urbem obsideret. Mortui ergò sunt qui in ea erant fame & siti. Eâ deinde captâ magnam *Judæorum* stragem edidit, urbémque diruit adeò ut desertam relinqueret. Atque hoc ultimum

est

قيصر عشرين سنة فخرج الي ذلك الخارجي ببابل
وهزمه وصار الي مصر فلقي منه اهل مصر شدة شديدة
واخذ الناس بعبادة الاصنام وقتل من النصاري علي ذلك
خلق كثير وقتل مار اسطاذيوس وامراته وولديه
وذلك انه صهرهم في قدر من نحاس وصب عليهم الماء
واوقد تحتهم النار حتي تهروا واصابت الملك ايليا
اذريانوس قيصر علة عظيمة في جسمه فكان
يدور البلدان يطلب علاجا لبدنه ولعلته فوصفوا له
بيت المقدس فلما وافاها ووجدها خرابا وليس
فيها الا كنيسة النصاري امر ان تبنا المدينة
حوالي الهيكل وتحصن بحصن قوي فلما
سمع اليهود بهذا اقبلوا من كل بلد ومدينة
وفي زمان قليل امتلت منهم المدينة فلما كثروا
ملكوا عليهم ملكا يقال له برجوزبا فبلغ
الخبر الي ايليا اذريانوس الملك فوجه
بقايد من قواده في خلق كثير فحاصر المدينة
فمات كل من فيها من الجوع والعطش
ثم فتحها وقتل من اليهود خلقا كثيرا
وخرب المدينة حتي تركها صحراء

وهذا اخر خراب بيت المقدس فن اليهود من هرب الي مصر
والي الشام والي الجبال والي الغور وامر الملك ان لا يسكن
المدينة يهودي وان تقتل اليهود ويستاصل جنسهم وان
يسكن المدينة اليونانيون وان تسما باسم الملك ايليا
فسميت بيت المقدس منذ ذلك الوقت الي هذه الغاية
مدينة ايليا فسكنها اليونانيون وبنوا علي باب الهيكل
الذي يقال له البها برجا وصيروا فوقه لوحا كبيرا وكتبوا
اسم الملك ايليا وذلك في ثمان سنين من ملكه والبرج
اليوم علي باب مدينة بيت المقدس ويسمي محراب داوود
فن الخراب الاول الذي اخربه نبطس الي هذا الخراب
ثلاثة وخمسين سنة وامتلئت بيت المقدس من اليونانيين
فنظروا الي النصاري وهم ياتون الي تلك المزبلة التي
تحتها القبر المقدس والاقرانيون فيصلون فمنعهم من ذلك
وبنوا اليونانيون علي تلك المزبلة هيكلا علي اسم الزهرة
فلم يقدر احد بعد ذلك من النصاري يقرب تلك المزبلة
وفي ست سنين من ملكه صير اوجاديوس بطريركا علي
رومية اقام اربع سنين ومات وفي عشرة سنين من ملكه
صير مرقص بطريركا علي رومية اقام خمسة عشر سنة ومات
وفي تسعة سنين من ملكه صير قرديليوس بطريرك علي
انطاكية

eſt *Hieroſolymorum* excidium. Fuerunt autem è *Iudæis*, qui *Ægyptum* fugerent, alii qui *Syriam* & in montes, & regionem *Algaur*. Iuſſit verò Rex, ne quis *Iudæus* urbem incoleret, verùm interfici ipſos totámque eorum ſtirpem deleri: urbem autem à *Græcis* habitari & de Imperatoris nomine *Æliam* appellari: Quare ab eo tempore hunc uſque diem *Ælia* vocatur: quam incoluerunt *Græci*, & ad portam Templi quæ *Al-Baba* [pulchra] audit, arcem ſtruxerunt, ſuper qua tabulam magnam poſuerunt, Imperatoris nomine *Ælio* inſcriptam, idque anno Imperii ipſius octavo. *Arx* iſta hodie ad portam *Hieroſolymorum* ſita *Davidis ſacrarium* appellatur. Iam ab Excidio primo per *Titum* facto ad hoc alterum anni ſunt quinquaginta tres. Impleta autem ſunt *Hieroſolyma Græcis*, qui cùm *Chriſtianos* fimetum, iſtud ſub quo erat Sepulchrum, & *Cranium* adire, atque ibi preces fundere viderent, eos hoc facere prohibentes ſuper fimeto templum *Veneri* dicatum ſtruxerunt. Anno Imperii ejus ſexto conſtitutus eſt *Eugenius* Patriarcha *Romanus*, qui cùm annos quatuor ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem decimo conſtitutus eſt *Marcus* Patriarcha *Romanus*, qui annos quindecim ſedit, dein mortuus eſt. Anno nono Imperii ejus factus eſt *Cornelius* Patriarcha *Antiochenus*, ubi cùm an-

nos ſexdecim ſediſſet diem obiit. Anno Imperii ejus ſecundo creatus eſt *Eumenius* Patriarcha *Alexandrinus*, qui cùm annos duodecim ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem decimo quarto conſtitutus eſt *Marcianus* Patriarcha *Alexandrinus*, qui poſtquam annos decem ſediſſet mortuus eſt. Anno imperii ejus quarto conſtitutus eſt *Tobias* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, ubi cùm tres annos ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem ſeptimo factus eſt *Benjamin* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, qui poſtquam annos tres ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem decimo, factus eſt *Ioannes* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, qui cùm annos duos ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem decimotertio factus eſt *Matathæus* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, qui & duos annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem decimoquinto conſtitutus eſt *Philippus* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, qui cùm annos etiam duos ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem decimoſeptimo factus eſt *Seneca* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, qui annum unum ſedit, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem decimo octavo creatus eſt *Iuſtus* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, ubi cùm annos quinque ſediſſet, è vivis exceſſit. Mortuo autem *Ælio* Imperatore, poſt ipſum *Romæ* annos vigintiduos imperavit *Antoninus Cæſar*: cujus Imperii anno quinto factus eſt *Anicetus* Patriarcha *Romanus*

اطاكية اقام ستة عشر سنة ومات وفي السنة الثانية من
ملكة صير اوما ديوس بطريركا علي الاسكندرية اقام اثني
عشر سنة ومات وفي اربعة عشر سنة من ملكة صير مرقيادوس
بطريرك علي الاسكندرية اقام عشرة سنين ومات وفي
اربعة سنين من ملكة صير طوبياس اسقف علي بيت
المقدس اقام ثلاث سنين ومات وفي سبع سنين من
ملكة صير بنيامين اسقف علي بيت المقدس اقام
ثلاث سنين ومات وفي عشرة سنين من ملكة
صير يوحنا اسقف علي بيت المقدس اقام سنتين ومات
وفي ثلثة عشر سنة من ملكة صير متاوس اسقف
علي بيت المقدس اقام سنتين ومات وفي خمسة عشر
سنة من ملكة صير فيلبس اسقف علي بيت
المقدس اقام سنتين ومات وفي سبعة عشر سنة
من ملكة صير سنغاس اسقف علي بيت المقدس
اقام سنة واحدة ومات وفي ثمانية عشر سنة من
ملكة صير يعطس اسقف علي المقدس اقام خمسة
سنين ومات ومات ايليا الملك وملك بعده اطوديوس
قيصر برومية اثنين وعشرين سنة وفي خمس سنين
من ملكة صير اذكطوس بطريرك علي رومية
اقام

اقام احد عشر سنة ومات وفي ستة عشر سنة من ملكه
صبر صوتير يخس بطريرك علي ومية اقام ثمان سنين
ومات وفي السنة الرابعة من ملكه صبر كلاريوس بطريرك
علي الاسكندرية اقام احد عشر سنة ومات وفي خمسة عشر
سنة من ملكه صبر اغريبوس بطريرك علي السكندرية
اقام اثني عشر سنة ومات وفي ثلثة سنين من ملكه صبر
اروس بطريرك علي انطاكية اقام ثلثة عشر سنة ومات
وفي ستة عشر سنة من ملكه صبر توفيل بطريرك
علي انطاكية اقام واحد وعشرين سنة ومات وفي
اول سنة من ملكه صبر لاوي اسقف علي بيت المقدس
اقام خمس سنين ومات وفي ستة سنين من ملكه
صبر افرام اسقف علي بيت المقدس اقام ستين ومات
وفي ثمان سنين من ملكه صبر ارساني اسقف علي
بيت المقدس اقام ثلاث سنين ومات وفي احد عشر
سنة من ملكه صبر يهوذا اسقف علي بيت
المقدس اقام سنتين ومات فمن يعقوب اسقف بيت
المقدس الاول الي يهوذا هذا اسقف بيت المقدس
كان الاساقفة الذين صيروا علي بيت المقدس مختوقين
وفي ثلثة عشر سنة من ملك اذطونيوس صبر مرقص
اسقف

Romanus: ſedit annos undecim, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem decimoſexto factus eſt *Soterichus* Patriarcha *Romanus*: ſedit annos octo, dein mortuus eſt. Anno Imperii ipſius quarto conſtitutus eſt *Clarius* Patriarcha *Alexandrinus*, ſedit annos undecim, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem decimoquinto conſtitutus eſt *Agrabius* Patriarcha *Antiochenus*, qui annos duodecim ſedit dein mortuus eſt Anno Imperii ipſius tertio creatus eſt *Erus* Patriarcha *Antiochenus*, ſedit annis tredecim, dein obiit. Anno ejuſdem decimo ſexto creatus eſt *Theophilus* Patriarcha *Antiochenus*, qui cùm annos viginti unum ſediſſet mortuus eſt Anno Imperii ipſius primo conſtitutus eſt *Levi* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*; ſedit annos quinque, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem ſexto conſtitutus eſt *Ephrem* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*; ſedit annos duos, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem octavo factus eſt *Arſanius* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, qui cùm annos tres ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem undecimo conſtitutus *Iuda* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, duobus annis ſedit, dein obiit. Jam verò à *Iacobo* Epiſcopo *Hieroſolymitano* primo, uſque ad *Iudam* iſtum ejuſdem loci Epiſcopum, fuerunt Epiſcopi, qui ſedi iſti præficiebantur, circumciſi. Anno Imperii *Antonini* decimo tertio conſtitutus eſt *Marcus*

Marcus Episcopus *Hierosolymitanus*, ubi annos octo sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem vicesimoprimo creatus est *Cassianus* Episcopus *Hierosolymitanus*, qui cùm annos quinq; sedisset diem obiit. Mortuo *Antonino Cæsare*, ipsi in Imperio successit *Marcus*, qui *Aurelius Cæsar*, nec non *Antonius Severus* appellatus est, qui cùm annos nonginta imperâsset è vivis excessit. Magnæ hic calamitatis, & tristitiæ diuturnæ *Christianis* author fuit, multis sub ipso Martyrium passis. Ejus tempore magna fuit fames, siccitásque, & pestis, dum per biennium non plueret, adeò ut parum abesset quin & Rex & populus imperio ipsius subditus fame & peste perirent: qui ergò *Christianos* rogârunt ut precibus à Domino suo pluviam impetrarent; Illis igitur preces ad Dominum fundentibus, magnam pluviæ copiam demisit, quo pacto sublata est & fames & pestis. Sub ipso in *Græcia* floruit *Magnius* sapiens. Anno imperii ejusdem secundo constitutus est *Eleutherius* Patriarcha *Romanus*, qui postquam annos quindecim sedisset, mortuus est Imperii ejusdem anno decimoseptimo factus *Victor Romæ* Patriarcha decem annos sedit, dein mortuum est. Anno ejusdem quinto constitutus est *Iulianus* Patriarcha *Alexandrinus* annósque decem sedit, dein mortuus est. Anno decimo

quinto

اسقف علي بيت المقدس اقام ثمان سنين ومات وفي
واحد وعشرين سنة من ملكة صير قسيادوس اسقف علي
بيت المقدس اقام خمس سنين ومات ومات اطوفيوس
قيصر وملك بعده مرقص ويسمي اوريليوس قيصر
ويسمي ايضا اطوفيوس هورس اقام تسعة عشر سنة
ومات وهذا اثار علي النصاري بلاء عظيما وحربا طويلا
واستشهد في ايامه شهدا كثيرين وكان في
ايامه جوع شديد وقحط ووباء ولم تمطر السما
سنتين فكان الملك واهل مملكته يهلكون
من الجوع والوباء فسالوا النصاري ان يدعوا ربهم
ويستسقون فدعوا النصاري بربهم فامطر الله عليهم
مطرا كثيرا وارتفع الوبا والقحط عنهم وكان في
ايامه بارض اليونانيين مغنيوس الحكيم وارتفع
الوبا والقحط عنهم في تلك الايام وفي سنتين
من ملكه صير الوثاريوس بطريرك علي رومية
اقام خمسة عشر سنة ومات وفي سبعة عشر
سنة من ملكه صير بقطر بطريركا علي رومية
اقام عشرة سنين ومات وفي خمس سنين من ملكه صير
يوليانوس بطريركا علي الاسكندرية اقام عشرة سنين ومات

وفي تمهة عشر سنة من ملكه صير ديمتريوس
بطريركا علي الاسكندرية اقام ثلاثة واربعين سنة ومات
وهو اول بطرك اصلح الاهاقفة في مل مصر وفي تمهة
عشر سنة من ملكه صير مكسيموس بطريركا علي
انطاكية اقام تسع سنين ومات وفي اربع عشرين من
ملكه صير اوصابيوس اسقفا علي بيت المقدس اقام
سنتين ومات وفي ستة سنين من ملكه صير يوليوس
بطريرك علي بيت المقدس اقام تمس سنين ومات وفي
احد عشر سنة من ملكه صير مقسيموس اسقفا علي بيت
المقدس اقام اربع سنين ومات وفي تمهة عشر سنة من
ملكه صير يوليانوس اسقفا علي بيت المقدس اقام
سنتين ومات وفي سبعة عشر سنة من ملكه صير غابيوس
اسقفا علي بيت المقدس اقام ثلاث سنين ومات وفي ذلك
العصر كتب ديمتريوس بطريرك الاسكندرية الي
غابيوس اسقف بيت المقدس والي مقسيموس بطريرك
انطاكية والي بقطر بطريرك رومية في سبب حساب فصح
النصاري وصومهم وكيف يستخرج من فصح اليهود ووضعوا
في هذا اكتبا كثيرة ورسايل حتي ثبتوا ما عليه اليوم من
حساب فصح النصاري وذلك ان النصاري كانوا من بعد
صعود

quinto conſtitutus eſt *Demetrius* Patriarcha *Alexandrinus*, qui annos quadraginta tres ſedit, dein mortuus eſt. Primus ille Patriarcharum Epiſcopos in *Ægypti* ditione ordinavit. Anno imperii ejuſdem decimo quinto creatus eſt *Maximus* Patriarcha *Antiochenus*, ubi novem annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem quarto factus eſt *Euſebius* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, qui cùm annos duos ſediſſet mortuus eſt. Anno ejus ſexto creatus eſt *Iulius* Patriarcha *Hieroſolymitanus*, qui cùm annos duos ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem decimo factus eſt *Maximus* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, qui annos quatuor ſedit, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem decimoquinto ibidem conſtitutus eſt Epiſcopus *Iulianus*, qui cùm duos annos ſediſſet mortuus eſt: anno autem decimoſeptimo *Gabius*, qui tres annos ſedit, dein mortuus eſt. Eo tempore ſcripſit *Demetrius Patriarcha Alexandrinus* ad *Gabium* Epiſcopum *Hieroſolymitanum*, *Maximum* Patriarcham *Antiochenum*, & *Victorem* Patriarcham *Romanum* de ratione computi Paſchalis & jejunii *Chriſtianorum*, & quomodo à Paſchate *Iudæorum* deducatur; de qua re multos exarârunt libros & epiſtolas donec eo qui jam obſervatur modo *Chriſtianorum* Paſcha conſtituerent; ídque quia *Chriſtiani* poſt aſcenſum Domini

Christi in cœlos, ubi festum Baptismi celebrâssent, die crastino jejunium quadraginta dierum incipere solebant, quod deinde solvebant, sicut fecit Dominus *Christus*, utpote qui postquam baptizatus in *Iordane* fuisset in desertum abiit ubi quadraginta dies jejunus mansit. Iidem cùm *Iudæi* Paschа celebrarent idem observârunt festum. Ita ergò statuerunt Patriarchæ isti Paschatis computum ut jejunarent *Christiani* quadraginta dies, deinde die Paschatis jejunium solverent. Obiit autem *Marcus Cæsar* Imperator, imperante post ipsum *Romæ*, *Commodo Cæsare*, *Antonini* filio, annos duodecim. Ejus tempore floruit in *Græcorum* ditione, urbe *Pergamo*, *Galenus* Sapiens, artis medicæ Author. Porrò meminit *Galenus* In librorum suorum Indice, se *Commodo* Imperatori educando [quod ad sanitatem] præfectum fuisse. Meminit etiam sermone primo libri qui De animi moribus inscribitur, fuisse tempore *Commodi* Imperatoris, Virũ, nomine *Perenniũ*, qui cùm ad necem à *Cõmodo* quæsitus, fugisset, atq; Imperator duos qui illi fuerant servos verberaret, quò ubi esset ipsorũ Dominus ipsi indicarent, illi, præ animi generositate ac Domini sui servandi desiderio, illud facere recusârunt: Et ab *Alexandro* ad *Perennium* annos fuisse quingentos & sedecim: ídque anno Imperii *Commodi Cæsaris* nono.

صعود سيدنا المسيح الي السما اذا عيدوا عيد الجميم من
الغد يبدوا يصومون اربعين يوما ويفطرون كما فعل سيدنا
المسيح لان سيدنا المسيح لما اعتمد في الاردن خرج الي
البرية فاقام بها صايما اربعين يوما فكان انصاري اذكان
فصح اليهود عيدوا هم ايضا الفصح فوضعوا هولاي
البطاركة حسابا للفصح ليصومون النصاري اربعين يوما
ويكون فطرهم في يوم الفصح ومات مرقص قيصر
الملك وملك بعده قومودس قيصر ابن انطونيوس
برومية اثني عشر سنة وفي ايامه كان في ارض
اليرنادييين في مدينة فرغاموس جالينوس الحكيم
صاحب صناعة الطب وذكر جالينوس ايضا في فهرست
كتبه انه ربا قومودس الملك وذكر ايضا جالينوس
في المقالة الاولي من الكتاب المعروف بكتاب
اخلاق النفس انه كان في عصر قومودس الملك
رجل يقال له برقص طلبه قومودس الملك
ليقتله فهرب منه وكان له غلامان فضربهما الملك
علي ان يدلاه علي مولاهما فلم يدلاه لكرم انفسهما
وشدة محاماتهما عن مولاهما فمن الاسكندر الي
صرت اليهم علي خبرة فحذروه اصحابه واعلموه ما
يتخوفون عليه من ذلك فلم يقبل منهم وانطلق
متنكرا حتي دخل الي ارض الروم فمكث حينا
يجول فيها فبينما هو كذلك ان بلغه ان ابن
لكسيمبادوس قد اولم وليمة وان اباه امر سفلة الناس
ومساكينهم ان يجتمعوا اليه ويحضروا طعامه
بعد طعام الاشراف فانطلق سابور متهيا بهيئة
الهوال حتي شهد ذلك المجمع فبينما هو جالس
علي المايدة ان اذا مكسيمبادوس الملك باناء
من اذيه سابور منقوش فيه كمثال سابور
فجعل خدامه يسقون به الملك ومن
حوله من عظمايه حتي انتهي الاناء الي بعض
حكمايهم الذين ينظرون في النجوم والفراسة
فنظر في التمثال وكان قبل ذلك قد ابصر وجه
سابور

peratoris *Romanorum* famâ, & quid *Christianis* faceret; Comitibus ſuis, Volo (inquit) ego *Romanorum* regionem ſolus ingredi, ut regum ipſorum atque exercituum ſtatum, & regionum ſitum perſpectum habeam, dein, ubi quod volui perfecero, in regnum meum reverſurus ſum, ut pòſt, experientiâ edoctus, eos aggrediar. Cavere ergò ipſum juſſerunt Comites ipſius, quid indè ipſi eventurum timerent indicantes. Ille verò conſulentibus ipſis auſcultare noluit, ſed diſſimulato habitu profectus eſt donec in *Romanorum* regionem perveniſſet, ubi ad tempus manſit, huc illuc circumiens. Dúmque ita ſe haberet, ecce audivit *Maximiani* filium convivium inſtruere; ac juſſiſſe patrem ipſius ut accedentes hominum etiam infimi convivio ejus, poſtquam comedendi finem feciſſent nobiles, adeſſent. Profectus eſt ergò *Sapores* habitu mendici indutus, ut cœtui huic intereſſet. Dum autem ipſe menſæ accumberet, ecce *Maximianus* Imperator vas quoddam è vaſis *Saporis*, cui inſculpta erat ipſius imago, protulit, in quo bibendum Imperatori præbuerunt ſervi ejus, nec non iis qui circa ipſum eſſent proceribus, donec perlato tandem poculo ad quendam è Sapientibus ipſorum qui & Aſtrologiæ & Phyſiognomiæ deditus fuit, ille inſpectâ imagine, cùm & antea

Saporis

Saporis in conſeſſu ſedentis vultum conſpexiſſet, Video (inquit) inter diſcumbentes quendam qui imaginem & figuram iſtam poculo huic inſculptam refert, quòd ſi ipſe *Sapores* non ſit, non eſt in terra quiſpiam ipſi ſimilior. Rogante ergò *Maximiano* Imperatore quiſnam ille eſſet? Ille, Video (inquit) in hoc poculo *Saporis* imaginem, atque hic ille eſt: prehenſáque *Saporis* manu ipſum ad Regem adduxit, qui ipſum Quiſnam eſſet rogavit? cui *Sapores*, Sum ego pauper quidam è *Perſiæ* incolis: Suſpicatus verò *Maximianus* illud quod in ipſo animadverterat, ipſúmque haud vera dicere percipiens, vehementiùs ipſum interrogavit. Dixit, igitur, ipſis *Sapores*, Quoniam quod verum eſt vultis, ſum ego è *Perſiæ* Ducibus, cujus pater cùm in Regem gravitèr deliquiſſet, ille ipſum interfecit, opibus ipſius ablatis; Ego, ergò, mihi metuens ad vos me contuli, ſperans me in regione veſtra ſecurum fore: Ad pauperiem autem redactus, & neceſſitate impulſus, huc veni præ ea quâ urgebar fame, indigentiâ, ac paupertate. Miſerti ergò ipſius, vera ipſum dixiſſe rati, eum dimittere in animo habuerunt. Vetuit autem illos Doctus ille, dicens, ſciatis hunc ipſúmmet *Saporem* eſſe; vehementiùs ergò ipſi inſtate donec verum de ſe vobis indicet. Imminebat

سابور وهو جالس في المجلس فقال اني اري في الجلسا
رجلا شبه الصورة والتمثال الذي في هذا الكامر فان
لم يكن ذلك سابور فاني الارض احد اشبه به منه
فقال مكسيميادوس الملك وما ذلك فقال
اني اري في هذه الادا صورة سابور وهو هذا
فاخذ بيد سابور وقدمه الي الملك فساله عن امره
فقال سابور انا رجل مسكين من اهل فارس
فارتاب مكسيميادوس الملك بما راي من حاله
واحس بانه لم يصدقه فاشتد عليه في السوال
فقال لهم سابور اما اذا شيتم الصدق اذا من
اساورة فارس وكان ابي قد اجترم الي ملكنا
جرما عظيما فقتله واهتصفي ماله فتخوفت علي
نفسي فلحقت بكم رجا الامان في بلادكم
وقد اصابتني خصاصة ومهتني الحاجة فاتيت
الي هاهنا لما بي من الجوع والجهد والفاقة فرقوا له
فظنوا انه صدقهم فهموا بتخليته فمنعهم من
ذلك العالم وقال لهم اعلموا ان هذا هو سابور
بعينه فاستوثقوا منه حتي يعلمكم
يقين امره فاشتد عليه الملك مكسيميادوس وتواعده
بالقتل

بالقتل وجعل له الامان علي ان يحقق له امره
فقال سابور عجبا لكم ان يوثر سابور الجهد
والفاقة في بلادكم علي المقام في ملكه فلم
يقبلوا ذلك منه حتي اعترف لهم اذه سابور فامر به
مكسيميادوس الملك فجعل في تمثال بقرة اجوف
من جلود البقر ثم اطبق عليه وجعل عليه الرقبا
والحفظة ثم سار مكسيميادوس الي ارض فارس
فاكثر من القتل في قبايلهم والخراب في
مداينهم وعقر شجرهم ونخيلهم وسابور معه
يسير به حيث ما توجه فلم تزل تلك حاله
حتي انتهي الي جندي سابور وكان
قد تحصن فيها روسا اهل فارس فنصب
المناجنيق حتي هدم قصفها غير انه لم
يستطع دخولها وبينما هو كذلك ان غفلوا الحراس
عن سابور ذات ليلة فلم يغلقوا الباب الذي
كان يلقا اليه منه الطعام في التمثال
وكانت ليلة اضحان وفي نسخة اخري
كانت ليلة عيد وكان حوله ممن
اسرته الروم من اهل الاهواز ناس كثير فسمع
سابور

nere ergò ipſi *Maximianus* Imperator, cædem minatusa atque hâc ſolum conditione ſecuritatem pollicitus, ſi verè, quis eſſet, indicaret. Dixit *Sapores*, Mirum eſt quòd putetis *Saporem* inopiam & paupertatem in regione veſtra electurum, potiùs quàm ut in regno ſuo ſubſiſteret. Illi verò hoc ab eo reſponſum non acceperunt, donec ſe reverâ *Saporem* eſſe confeſſus eſſet. Iuſſu ergò *Maximiani* Imperatoris vaccæ figuræ cavæ è coriis bovinis confectæ, impoſitus eſt; quâ deinde occluſâ vigiles ipſi & cuſtodes præfecit. Tum *Perſiæ* regionem aggreſſus *Maximianus*, magna tribus ipſorum ſtrage, urbes ruinâ vaſtavit: nec non arbores palmáſque amputavit, *Sapore* interim ipſum quocunq; iret comitante. Neque ita ſe habere deſiit donec ad *Iondi-Sabur* perveniſſet, in qua munierant ſe *Perſarum* primores, cujus & dimidium machinis in eam directis dejecerat niſi quòd ipſam ingredi non poſſet. Rebus autem ita ſe habentibus nocte quâdam cuſtodes *Sapore* negligentiùs habito portam, per quam in figuram injici ſolebat cibus, non obſeraverant. Erat autem nox *Oſhanan*, (juxta aliud exemplar, nox feſta.) fuerúntque circa ipſum ex incolis *Ahwazi*, quos *Romani* captivos ceperant, multi, quorum ſermone audito linguam ipſorum intellexit *Sa-*

pores. Erant autem ipſis utres oleo pleni. Horum igitur cuidam noctu ad ſe vocato dixit, Ex his utrem aliquem acceptum in me effundas; quod cùm ille fecerat madefactum eſt lorum quo conſtrictus eſt. Egreſſus ergò, inſtar beſtiæ inceſſit donec urbis portæ propior factus exclamaret. Inclamantibúſque ipſum cuſtodibus nomen ſuum indicavit; qui voce ejus agnitâ, portam urbis ipſi aperuerunt. Quamprimùm autem urbem ingreſſus eſt magno illi gaudio perfuſi vocem ſuſtulerunt Deum laudantes ac celebrantes. Experrecti igitur *Maximiani* ſocii ſuppetias ipſis à tergo adveniſſe rati ſunt. Dixit autem *Sapores* illis qui in arce erant, Parate vos, ut cùm campanæ ſonum audieritis in ipſos irruatis. Quod cùm feciſſent, in fugam coram ipſis converſi ſunt *Romani*: quos gladio inſecuti, magnam ipſorum ſtragem ediderunt, direptis quæ ipſis erant opibus & theſauris. Deinde *Sapores Romanorum* regionem ingreſſus magnam eorum ſtragem edidit, multáſque vaſtavit urbes, multis indè captivis abductis. Graſſata eſt autem in *Romanorum* regione fames gravis, peſtíſque & plaga, adeò ut mortuos præ multitudine ipſorum ſepelire nequirent. Itáque bello *Saporis*, fame, peſtilentiâ, & morte à *Chriſtianis* interficiendis detenti ſunt. Porrò *Maxentius*, *Romanorum*

سابور كلامهم وعرف لغتهم وكان عندهم رقاق
فيهم زيت فلما كان الليل دعي بعض الاهرا وقال
له خذ من هذه الرقاق فافرغه علي ففعل ذلك فابتلع
القد الذي كان موثوقا به فخرج يدب بين الدواب
حتي دنا من باب المدينة فصاح فصرخوا به الحراس
فاخبرهم باسمه وعرفوا صوته ففتحوا له باب المدينة فلما
دخل المدينة اشتد هرورهم به وارتفعت اصواتهم
بحمد الله وتسبيحه فاتبعه اصحاب مكهيميادوس
فظنوا ان قد اتاهم مدد من وراهم فقال سابور لاهل
الحصن استعدوا فاذا سمعتم صوت الناقوس فواقعوهم
ففعلوا ذلك بهم فاظهروا الروم من بين ايديهم
واخذهم السيف فقتل منهم مقتلة عظيمة واستباحوا
اموالهم وخزاينهم وكان ما كل معهم
ثم سار سابور الي ارض الروم فقتل منهم مقتلة
عظيمة وخرب مداين كثيرة وسبا منهم سبيا كثيرا
ووقع بارض الروم جوع شديد ووبا وطاعون
حتي ماكادوا يلحقون دفن الموتي من
كثرتهم فاشتغلوا بحرب سابور وبالجوع والوبا والموت
عن قتل النصاري واما مكهنتيوس ملك رومة
فاده

فاذ كان اشر من كل ملك قبله فاستعبد كل
من كان برومية خاصة النصاري وكان ينهب اموالهم
ويقتل رجالهم ونساءهم وصبيانهم فلما سمعوا اهل
رومية بملك قسطنطين واذ مبغض للشر محب الخير
وان اهل مملكته معه في هدو وسلامة كتب اليه
روسا اهل رومية يسلونه ويطلبون اليه في ان
يستخلصهم من عبودية مكسنتيوس فلما قرا كتابهم
اغتم غما شديدا وبقي متحيرا لا يدري ما يصنع
فبينما هو مفتكرا اذ ظهر له في نصف النهار في السماء
صليب من كواكب يضي ومكتوب حوله بهذا
تغلب فخرج وقال لاصحابه ارايتم مارايت اذا
قالوا نعم فامن من ذلك الوقت بالنصرانية وذلك
في ست سنين من بعد موت ابيه قسطس
فتجهز قسطنطين واستعد لمحاربة مكسنتيوس
ملك الروم وعمل صليبا كبير وصيره علي راس بنده
وخرج يريد مكسنتيوس ملك رومية فلما سمع
مكسنتيوس ان قسطنطين قد وافا لمحاربته
استعد لذلك وعقد جسرا علي النهر الذي قدام
رومية وخرج مع جميع اصحابه فحارب
قسطنطين

manorum Imperator, omnibus qui ante ipsum imperaverant pejor fuit, omnes qui *Romæ* erant, præcipuè *Christianos*, in servitutem redigens, opibus ipsorum direptis, viris, mulieribus & pueris interfectis. Cùm ergò audirent *Romæ* incolæ, imperare *Constantinum*, ipsúmq; mali osorem, boni amantẽ esse, atq; imperio ipsius subditos tranquillitate ac pace sub ipso frui, literas ad ipsum scripserunt eorum primores, quibus ipsum rogârunt ac petierunt, ut ipsos à *Maxentii* servitute liberaret. Lectis ille ipsorum literis magnâ cùm afficeretur tristitiâ dubius hæsit, quid faceret nescius. Dum autem hæc animo volveret, ecce apparuit illi ipso meridie, Crux è stellis fulgens, circa quam scriptum erat, *Hoc vinces*. Egressus ergò sociis suis dixit, Vidistísne quod ego vidi? responderunt illi, Etiam. Ex eo ergò tempore religionem *Christianam* amplexus est. Fuítque hoc, anno ab obitu patris ipsius *Constantis* sexto. *Constantinus* ergò instructus copiis omnibúsq; ad *Maxentium Romanorum* Imperatorem oppugnandum paratis, Crucem magnam confecit, quâ vexillo superimpositâ profectus est *Maxentium* aggressurus. *Maxentius* verò audito *Constantinum* ad bellum ipsi inferendum accedere, se & ipse paravit, fluvióque qui *Romæ* adjacet ponte strato, copias suas omnes educens, cum *Constantino*

tino prælio contendit. *Conſtantino* autem victoriâ potito, magnáque ſociorum *Maxentii* ſtrage editâ, fugit ille cum exiguis eorum reliquiis ad urbem contendens. Eliſo verò ſub ipſis ponte, ſubmerſus eſt cum ſuis *Maxentius*, adeo ut quà merſis quà cæſis impleretur fluvius. Egreſſi ergò *Romani* cum coronis aureis, diverſiſque ludicrorum & luſûs generibus, *Conſtantino* occurrerunt, magnâ ob ipſius adventum lætitiâ affecti. Ille ubi urbem ingreſſus eſſet, Martyrum *Chriſtianorum*, crucíque affixorum, corpora ſepeliri juſſit. Iíque qui fugâ ſe ſubduxerant, & quos exulare juſſerat *Maxentius*, in patriam & locum ſuum reverſi ſunt. Quod ſi cui quid ereptum fuiſſet illud ipſi reſtituit. Septem ergò diebus in Regis & Crucis honorem feſtum celebrârunt, edentes, bibentes & lætitiâ perfuſi. Hæc cùm audîſſet *Maximinus*, *Galerius* appellatus, magnâ ille irâ exæſtuans, collectis copiis ſuis profectus eſt *Conſtantinum* bello aggreſſurus. Quo audito *Conſtantinus* etiam inſtructis copiis rebúſque paratis, ipſi obviam ivit. *Maximini* autem comites, viſâ ſuper vexillo Cruce, in fugam coram ipſo converſi ſunt, quos gladio inſecutus magnam ipſorum ſtragem edidit, aliis etiam captivis factis, aliis ipſius fidem implorantibus, adeo ut *Maximinus* nudus fugiens, non ceſſaret

à

قسطنطين فاعطي قسطنطين عليه النصر والظفر فقتل
من اصحابه مقتلة وهرب مكسنتيوس مع الباقيين من
اصحابه يريد المدينة فانقطع بهم الجسر فغرق مكسنتيوس
وكل اصحابه حتي امتلا النهر غرقا وقتلا وخرج اهل
رومية بالاكاليل الذهب وانواع اللهو واللعب فلقوا
قسطنطين وفرحوا به فرحا شديدا فلما دخل المدينة
امر ان تدفن اجساد الشهدا من النصاري
والمصليب وكل من كان هرب وفناء مكسنتيوس
رجع الي بلده وموضعه ومن اخذله شي رده عليه
فاقاموا اهل رومية سبعة ايام يعيدون للملك
وللصليب ويأكلون ويشربون ويفرحون فلما
سمع هذا الخبر مقسيميانوس المسمي غلاريوس اشتد
غضبه وجمع اصحابه وخرج لمحاربة قسطنطين
فلما سمع قسطنطين ايضا بخبره تجهز واستعد وخرج
اليه فلما عاين اصحاب مكسيميانوس
الصليب علي البند اذهزموا من بين يديه واخذهم
السيف فقتل منهم مقتلة عظيمة
ومنهم من اسر ومنهم من استامن وافلت
مكسيميانوس عريانا فلم يزل يتقرا من موضع

الي موضع حتي وافا مدينة فجمع كهنة الهتة والسحرة
والعرافين الذين كان يحبهم ويقبل مشورتهم
فضرب اعناقهم لئلا يقعوا في ايدي قسطنطين
فيستظهر بهم وصب الله علي مكسيميادوس نارا
في جوفة تتقد حتي كادت احشاوه تتقطع
من الحر الذي يجده داخل جوفه وذرت عيناه
وسقطتا علي الارض وتهري لحمه وتبري من
عظمه ومات وملك قسطنطين جميع ممالك
الروم في هدو وسلامة وذلك في احد واربعين
سنة من ملك سابور ابن هرمز ملك
الفرس وهو قسطنطين ابن قسطس ابن والنقموش
ابن ارسيس ابن داكيوس ابن قلوديس الملك
الذي كان برومية علي عهد الحواريين
وكان لقسطنطين قايد يحبه ويقدمه يقال له
ليكينيوس فزوجه لاخته التي تسمي قسطنطينة
وولاه علي الروم وامره ان يكرم النصاري
ويعزهم ولا يوذي احد منهم فلما صار ليكينيوس
الي مملكته رجع الي عبادة الاصنام وامران تقتل
النصاري واستشهد في ايامه ثاوذورس الجندي ومطران
برفه

à loco ad locum ſe ſubducere, donec ad urbem ſuam perveniret, ubi Deorum ſuorum ſacrificulos, præſtigiatoréſque & ſciolos, in quos amore propenſus, & à quibus conſilium capere ſolitus fuerat, congregatos capite truncavit, ne ſi in manus *Conſtantini* inciderent illorum ope uteretur. Deus autem *Maximiano* ignem in ventrem immiſit, qui eum adeò torruit, ut rumperentur ipſi, præ calore quem intùs ſenſit, viſcera: quin & excidentes ipſi oculi in terram deciderunt, aduſtáque caro ab oſſibus ſeparata eſt, ita ut morte peſſimâ periret. Omnibus ergò *Romanorum* ditionibus tranquillè & in pace imperavit *Conſtantinus*, ídque anno Imperii *Saporis*, *Hormozi* filii, *Perſarum* Regis, quadrageſimo primo. Erat autem *Conſtantinus*, filius *Conſtantii*, filii *Valentii*, filii *Arſiſi*, filii *Decii*, filii *Claudii* Imperatoris qui *Romæ* floruit tempore Apoſtolorũ. Erat verò *Conſtantino* Dux quem amavit, & ad honores evexit, nomine *Licinius*; quémq;, datâ ipſi in uxorem ſorore ſuâ *Conſtantiniâ*, *Romæ* præfecit; jubens ipſum *Chriſtianos* honore afficere, magníque facere, nec ipſorum ulli nocere. *Licinius* autem imperium adeptus ad Idolorum cultum reverſus, ad mortem duci juſſit *Chriſtianos*. Martyrium ergò ſub ipſo paſſi ſunt *Theodorus* miles, & Metropolita

Barkenſis, cum Martyribus quadraginta, qui ex urbe *Sebaſtia Cappadociæ* erant. Fuit autem ipſi in *Sebaſtia* præfectus nomine *Agricola*, qui quadraginta Martyres Cappadoces. prehenſos in piſcinam aquæ nudos abjecit, cùm eſſet nix vehemens, undè frigore mortui ſunt: Vnus tantùm ex ipſis in balneum, quod ad lacûs ripam fuerat, egreſſus eſt ut ibi ſe calefaceret, quem decidens in ipſum balneum interfecit. Præfectus autem, qui ſatellitibus à quibus cuſtodiebantur præerat, cùm quadraginta è luce coronas cœlitùs in Martyrum iſtorum capita deſcendiſſe cerneret, unam autem vacuam manſiſſe, ipſe exutis veſtibus in lacum ſe projiciens in *Chriſtum* credidit, iſtámque è luce coronam accepit. Tum è piſcina extractos dum plauſtro aſportandos imponerent, repertus eſt inter ipſos juvenis quidam nondum mortuus, quem ideò relictum, adſtans mater ipſius ſuſtùlit ut in plauſtrum unà cum mortuis conjiceret, quod cùm eam facere prohiberent, quia adhuc viveret, ille in humeris ipſius mortuus eſt: Quare & ipſum in plauſtrũ injecit unà cum Martyribus, quos extra urbem *Sebaſten* eductos concremârunt. Cùm autem hæc audiiſſet *Conſtantinus*, literíſque ipſi facti ſui turpitudinem exprobrâſſet, neque ille tamen deſineret, quin potiùs

برفه والاربعون شاهدا وكانوا من مدينة سبسطية
كبان وكية وكان له خليفة بسبسطية يقال
له اغريقولاوس فاخذ هو الاربعين شاهدا من مدينة
كبان وكية فطرحهم عراة في بركة ماء وكان ثلج
شديد فماتوا من البرد وخرج واحد منهم الي حمام كان
علي شاطي البحيرة ليستدفي فيه فسقط الحمام عليه
فقتله وظن النقيب رييس الحراس الذين كانوا
يحرسوهم الي اربعين اكليلا من نور قد نزلت من
السماء علي روس هولاي الشهداء وبقي منها
اكليل واحد فنزع الحارس ثيابه ورما بنفسه في
البحيرة وامن بالمسيح واخذ ذلك الاكليل الضوء
واخرجوا من البركة وحملوهم علي
العجل وكان فيهم شاب لم يمت فتركوه
وكانت امه قايمه فجلدته لتطرحه علي
العجلة مع الاموات فنعوها لانه كان حيا
فمات علي كتفها فطرحته علي العجلة مع الشهدا
واخرجوهم خارج مدينة سبسطية واحرقوهم
بالنار فسمع قسطنطين الملك
بهذا الخبر فكتب اليه يقبح فعله فلم ينتهي
ومع

وجمع جموعا وخرج لمحاربة قسطنطين فوجه اليه
قسطنطين بعسكر فحاربه بالبثنية فانهزم واخذ اسيرا
وبلغ الي قسطنطين فنفاه الي مدينة قصالوذيكية
ووكل به فهم ان يجمع جموعا من اهل قصالوذيكية
ويخرج ايضا الي قسطنطين فلما علم قسطنطين بذلك
بعث فضرب عنقه وتنصر قسطنطين في مدينة يقال
لها نيقومديه وذلك في اثني عشر سنة من ملكه
وامر ببنيان الكنايس في كل بلد وان يخرج من
بيت مال الخراج مالا تعمل به ادية الكنايس وفي اول
سنة من ملكه صير اوهابيوس بطريركا علي رومية
اقام ست سنين ومات وفي سبع سنين من ملكه صير
ملطيادوس بطريركا علي رومية اقام اربع سنين ومات
وفي احد عشر سنة من ملكه صير هلبسطرس
بطريركا علي رومية اقام ثمانية وعشرين سنة ومات
وفي تمع سنين من رياسته كان المجمع في
مدينة نيقية وفي ثلاث سنين من ملك قسطنطين
صير ايضا فيلوثيقوس بطريركا علي انطاكية اقام
خمس سنين ومات وفي تسعة سنين من
ملكه صير ابوليتوس بطريركا علي انطاكية
اقام

potiùs collectis copiis ad bellum *Conſtantino* inferendum proficiſceretur, miſit *Conſtantinus* exercitum qui cum ipſo in *Bithynia* prælio conflixit, à quo cùm profligatus eſſet, captus etiam eſt & ad *Conſtantinum* perductus, qui ipſum in urbem *Theſſalonicam* relegavit: cui præfectus cùm conaretur, copiis è *Theſſalonicenſibus* collectis, *Conſtantinum* iterum bello laceſſere, miſit ipſe qui caput illi amputaret. *Chriſtianiſmum* autem amplexus eſt *Conſtantinus* in urbe dictâ *Nicomedia*, idque anno Imperii ſui duodecimo: juſſítque in omnibus regionibus extrui Eccleſias, erogatis è vectigalium ſuorum fiſco nummis ad Eccleſiarum vaſa conficienda. Primo imperii ipſius anno conſtitutus *Euſebius* Patriarcha *Romanus* ſex annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno Imperii ejuſdem ſeptimo factus eſt *Meletianus* Patriarcha *Romanus*, qui cùm annos quatuor ſediſſet mortuus eſt. Anno verò undecimo ibidem Patriarcha conſtitutus *Silveſter*, annos viginti octo ſedit, dein mortuus eſt. Anno principatûs ejus nono celebratum eſt Concilium in urbe *Nicia*. Anno etiam Imperii *Conſtantini* tertio creatus eſt *Philonicus* Patriarcha *Antiochenus*, qui quinque annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem nono conſtitutus eſt *Apollinius* Patriarcha *Antiochenus*, qui cùm

cùm quinque annos sediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem decimoquinto factus eſt ibidem Patriarcha *Euſtathius*, qui octo annos ſedit, dein mortuus eſt. Cujus principatûs anno quinto fuit Concilium *Nicenum*. Anno etiam Imperii *Conſtantini* primo conſtitutus eſt *Aſon* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, qui novem annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno Imperii ejuſdem decimo, conſtitutus eſt *Macarius* ibidem Epiſcopus, qui novendecim annos ſedit, dein mortuus eſt Anno principatûs ejus decimo celebratum eſt Concilium *Nicenum*. Anno etiam Imperii *Conſtantini* quinto factus eſt *Alexander* Patriarcha *Alexandrinus*: Hic *Petri* Martyris Patriarchæ *Alexandrini*, qui occiſus eſt, diſcipulus, idémque ſocius *Achillæ* Patriarchæ *Alexandrini*, annos ſedecim ſedit, dein mortuus eſt. Anno principatûs ipſius decimoquinto celebratum eſt Concilium *Nicenum*. *Alexander* ſiquidem Patriarcha *Alexandrinus Arium* Eccleſiam ingredi vetuit, eíque maledixit; dicens, Maledictus eſt *Arius*; dixit enim nobis *Petrus* Patriarcha antequam Martyrium ſubiret, Maledixit Deus *Ario*, ne ergò ipſum recipiatis, neque vobíſcum in Eccleſiam admittatis. Præerat autem urbi *Aſynto* è ditione *Ægypti* Epiſcopus nomine *Meletius*, qui *Arii* ſententiam amplexus eſt;

اقام خمس سنين ومات وفي خمسة عشر سنة من ملكه
صير اسطات بطريركا علي انطاكية اقام ثمان
سنين ومات وفي خمس سنين من رياسته كان المجمع
في مدينة ديقية وفي اول سنة من ملك قسطنطين
صير اصون اسقف علي بيت المقدس اقام تسع
سنين ومات وفي عشر سنين من ملكه صير مكاريوس
اسقفا علي بيت المقدس اقام قسعة عشر سنة ومات
وفي عشرة سنين من رياسته كان المجمع في مدينة
ديقية وفي خمس سنين من ملك قسطنطين صير
ايضا الاكسندرس بطريركا علي الاسكندرية
وهو تلميذ بطرس الشهيد بطريرك الاسكندرية الذي
قتل وهو رفيق اشيلا بطريرك الاسكندرية اقام ستة
عشر سنة ومات وفي خمسة عشر سنة من رياسته
كان المجمع في مدينة ديقية وان الاكسندرس
بطريرك الاسكندرية منع اريوس من الدخول الي
الكنيسة ولعنه وقال ان اريوس ملعون لان بطرس
البطريرك قال لناقبل ان يستشهد ان الله لعن اريوس
فلا تقبلوه ولا تدخلوه معكم في الكنيسة وكان علي
مدينة اسيوط من عمل مصر اسقف يقال له مليطيوس

يري راي اريوس فلعنه الاكسندرس البطريرك وكان
بالاسكندرية هيكل عظيم كانت كلا وبطرة الملكة
بنته علي اسم زحل وكان فيه صنم نحاس عظيم
يسما ميكاييل وكانوا اهل الاسكندرية ومصر في اثني
عشر يوم من شهر هتور وهو تشرين الثاني يعيدون
لذلك الصنم عيدا عظيما ويذبحون له الذبايح الكثيرة
فلما صار الاكسندرس بطريرك علي الاسكندرية وظهرت
النصرانية اراد ان يكسر الصنم ويبطل الذبايح فامتنع
عليه اهل الاسكندرية فاحتال لهم ان قال هذا
صنم لا منفعة فيه ولا فايدة فلو صيرتم هذا العين
لميكاييل الملاك وجعلتم هذه الذبايح له كان
يتشفع لكم عند الله وكان اخير لكم من هذا
الصنم فاجابوه الي ذلك فكسر الصنم واصلح منه صليبا
وسما الهيكل كنيسة ميكاييل وهي الكنيسة التي تسما
القيصارية واحرقت بالنار في وقت دخول المغاربة
الي الاسكندرية واخربوها وصير العين والذبايح
لميكاييل الملاك والي اليوم القبط بمصر
والاسكندرية يعيدون في هذا اليوم لميكاييل
الملاك ويذبحون فيه الذبايح الكثيرة
فلما

eſt; eidem ergò etiam maledixit *Alexander* Patriarcha. Porrò fuit *Alexandriæ* Templum magnum quod extruxit *Cleopatra* Regina nomini *Saturni* dedicatum, in quo Idolum æreum magnum erat quod *Michael* appellatus eſt, cui *Alexandriæ* & *Ægypti* incolæ die menſis *Heturi*, qui *Tiſhrin* poſterior eſt, feſtum magnum celebrabant, multas eidem hoſtias immolantes. Cùm ergò *Alexandriæ* Patriarcha factus eſſet *Atexander*, ibíque obtinuerit fides *Chriſtiana*, voluit ille confringi Idolum & tolli ſacrificia, cúmque obſiſterent ipſi *Alexandrini*, ille aſtutiâ ipſos aggreſſus, Idolum (inquit) iſtud nulli omnino rei utile eſt, quòd ſi feſtum illud *Michaeli* Angelo celebraveritis, eíque hoſtias iſtas conſtitueritis, ipſe pro vobis apud Deum intercedet, majoríſque vobis boni cauſa, quàm Idolum iſtud futurus eſt: Annuentibus ergò illis, ex Idolo confracto Crucem confecit; Templum verò, *Michaëlis* Eccleſiam appellavit; (éſtque illa Eccleſia quæ *Cæſarea* vocata eſt; & igne periit cùm Occidentales *Alexandriam* ingreſſi eam vaſtârunt) conſecratáque ſunt feſtum & victimæ *Michaëli* Angelo; unde & adhuc *Cophtitæ* in *Ægypto* & *Alexandria* eo die feſtum *Michaëli* Angelo celebrant, & victimas quamplurimas cædunt.

Cùm ergò *Alexander* Patriarcha *Alexandrinus*, *Arium* Eccleſiam ingredi prohiberet, eíque malediceret, profectus ille ad *Conſtantinum* Imperatorem opem ab ipſo contra *Alexandrum* Patriarcham petiit. Comites autem ſe *Ario* præbuerunt Epiſcopi duo, quorum unus nomine *Eumenius*, [al. *Euſebius*] *Nicomediæ* Epiſc. alter *Euſebius Philæ* Epiſcopus, opem à *Conſtantino* implorantes. Dicente *Ario*, *Alexander* Patriarcha injuriâ me affecit, & Eccleſiâ immeritò expulit, & Imperatorem rogante ut illum accerſeret, quò coram Imperatore cum ipſo diſputaret. *Conſtantinus* ergò Imperator miſſo *Alexandriam* nuntio illum accerſivit, *Ariúmque* convenire fecit quò cum ipſo diſputationem haberet. Juſſit igitur *Conſtantinus* *Arium* ſententiam ſuam explicare. Tum *Arius*; Dico, inquit, Patrem fuiſſe cùm non eſſet Filius; deinde ipſum de novo produxiſſe filium qui fuit illi Verbum, niſi quod de novo productus & creatus fuerit. Deinde tradidit Pater filio, qui Verbum ipſius appellatur, imperium, fuítque ille Cœlorum & Terræ, & omnium quæ inter ea ſunt Conditor, ſicut in Evangelio Sancto teſtatus eſt, dicens, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælos & in terram*: Fuit ergò ille eorum conditor eâ quæ ipſi data eſt [poteſtate.] Deinde

فلما منع الاكسندرس بطريرك الاسكندرية اريوس
من دخول الكنيسة ولعنه خرج اريوس الي قسطنطين
الملك مستغيثا علي الاكسندرس البطريرك واجتمع
مع اريوس اسقفان احدهما يسمى اوماديوس اسقف مدينة
نيقوميدية والاخر اسمه اوسابيوس اسقف مدينة فيلا
واستغاثوا الي قسطنطين الملك وقال اريوس ان
الاكسندرس بطريرك الاسكندرية تعدا علي واخرجني
من الكنيسة ظلما وسال للملك ان يشخصه
ليناظره فلم الملك فوجه قسطنطين الملك برسول
الي الاسكندرية فاشخصه وجمع بينه وبين اريوس
لينا ظره فقال قسطنطين الملك لاريوس اشرح
مقالتك فقال اريوس اقول ان الاب كان
ان لم يكن الابن ثم اذه احدث الابن فكان
كلمة له الا انه محدث مخلوق ثم فوض الاب
الي الابن الذي يسمى كلمة الامر فكان
هو خالق السموات والارض وما بينهما كما قال
في الانجيل المقدس ان يقول قد اعطيت كل
سلطان علي الارض والسموات فكان
هو الخالق لهما بما اعطي من ذلك
ثم

ثم ان تلك الكلمة تجسدت فيما بعد من مريم العذري
ومن روح القدس فصار ذلك مسيحا واحد فالمسيح اذا
معنيان كلمة وجسد الا انهما جميعا مخلوقان
فاجابه عند ذلك الاكسندرس وقال له اخبرنا ايهما
اوجب علينا عندك عبادة من خلقنا او عبادة من
لم يخلقنا قال اريوس عبادة من خلقنا قال
الاكسندرس فان كان خلقنا الابن كما
وصفت وكان الابن مخلوقا فعبادة الابن المخلوق
اذا اوجب من عبادة الاب الذي ليس بمخلوق بل
تصير عبادة الاب الخالق كفر وعبادة الابن المخلوق
ايمانا وذلك من اقبح القبيح فاستحسن الملك وساير من
حضر مقالة الاكسندرس وشنع عندهم مقالة اريوس
ودارت ايضا بينهم مسايل كثيرة فامر قسطنطين
الملك الاكسندرس بطريرك الاسكندرية ان يلعن
اريوس وكل من يقول بمقالته فقال الاكسندرس
لقسطنطين الملك لا بل يوجه الملك فيشخص البطارکة
والاساقفة حتي يكون لنا مجمعا ونضع فيه قضية
ونلعن اريوس ونشرح الدين ونوضحه للناس جميعا فبعث
قسطنطين الملك الي جميع البلدان فجمع البطارکة
والاساقفة

de verbum illud poſtea ex *Maria* virgine corpus aſſumpſiſſe, & è Spiritu Sancto; factúmque eſt illud *Chriſtus* unus. *Chriſtus* ergò duos comprehendit ſignificatus, Verbum & Corpus, quæ tamẽ utraque creata ſunt. Tum reſpondens illi *Alexander*, Dic mihi (inquit) quem putas teneri nos potiùs colere, illúmne qui nos creavit, an qui nos non creavit? Reſpondente *Ario*, Illum qui nos creavit; dixit *Alexander*, Si ergò creavit nos filius, uti dixiſti, ſítque idem creatus, tum filium qui creatus eſt, magis colere tenemur, quàm patrem increatum; imò futurus eſt cultus patris creatoris infidelitas, cultus verò filii creati fides; quod abſurdorum abſurdiſſimum eſt. Placuit ergò Imperatori, & qui aderant cæteris, *Alexandri* ſententia, *Arii* autem abſurda viſa eſt. Aliæ etiam quæſtiones multæ inter eos agitatæ ſunt. Juſſit ergò *Conſtantinus* *Alexandrum* Patriarcham *Ario* omnibúſque qui eandem amplecterentur ſententiam maledicere. Dixit autem *Alexander* *Conſtantino* Imperatori; Haud ita; quin potiùs mittens Rex Patriarchas & Epiſcopos accerſat, ut ſit nobis Concilium, in quo rem definiamus, *Arióque* maledicamus, & veram fidem exponamus, omnibúſque notam faciamus. Mittens ergò *Conſtantinus* Rex in omnes paſſim regiones, Patriarchas & Epiſcopos

pos convocavit, adeò ut poſt annum & duos menſes *Niceæ* convenirent bis mille quadraginta octo Epiſcopi, ſententiis & religionibus inter ſe diſcrepantes. Erant ex illis qui affirmarent *Chriſtum* & matrem ipſius duos eſſe deos præter Deum [ſummum:] Erant hi *Barbari*, & *Mariamitæ* audierunt. Erant qui dicerent *Chriſtum* à patre eſſe, inſtar flammæ ignis quæ ab igne flammante dependeret, nec priorem diminuere poſterioris ab ipſo derivationem Erátque hæc *Sabellii* & aſſeclarum ipſius ſententia. Aſſerebant alii Virginem *Mariam* haudquaquam ipſum novem menſibus in utero geſtâſſe, verùm ipſum per uterum ipſius inſtar aquæ per canalem tranſiiſſe; verbum ſiquidem per aurem ipſius ingreſſum ibi ſtatim exiiſſe ubi egredi ſolet infans: quæ ſententia *Eliani* & ſequacium ipſius fuit. Alii *Chriſtum* hominem fuiſſe à divinitate creatum, ejuſdem cum noſtrûm aliquo ſubſtantiæ, filiíque principium à *Mariâ* fuiſſe, ipſúmque electum qui ſubſtantiæ humanæ liberator eſſet, comitante ipſum gratiâ divinâ, & in ipſo per amorem & voluntatē habitante, ideóq; appellatum fuiſſe Filium Dei. Dicentes etiam Deum ſubſtantiam unam eſſe, & perſonam unam, quæ tribus nominibus appellatur, nec in Verbum, nec in Spiritum Sanctum credentes: Erat

hæc

والاساقفة فاجتمع في مدينة نيقية بعد سنة وشهرين
الفون وثمانية واربعان اسقفا وكانوا مختلفين
الاراء والاديان فمنهم من كان يقول ان المسيح
وامه الاهين من دون الله وهم البربرانية
ويسمون المريميين ومنهم من كان يقول
ان المسيح من الاب بمنزلة شعلة نار تعلقت من
شعلة نار فلم تنقص الاولي بانفصال الثانية
منها وهي مقالة بابليوس وشيعته ومنهم من
كان يقول لم تحبل به مريم تسعة اشهر
وانما مر في بطنها كما يمر الماء في الميزاب لان
الكلمة دخلت في اذنها وخرجت من حيث
يخرج الولد من ساعتها وهي مقالة اليمان
واشياعه ومنهم من كان يقول ان المسيح
انسان خلق من اللاهوت كواحد منا في جوهره
وان ابتدا الابن من مريم ولادة اصطفي ليكون
مخلصا للجوهر الانسي صحبته النعمة الالهية وحلت
فيه بالمحبة والمشيئة ولذلك تسمي ابن الله
ويقولون الله جوهر واقنوم واحد ويسمونه بثلثة
اسماء ولا يومنون بالكلمة ولابروح القدس

وهي

وفي مقالة بولص السميساطي بطرك انطاكية
واشياعه وهم البوليقانيون ومنهم من كان
يقول انهم ثلثة الهة لم تزل صالح وطالح
وعدل بينهما وفي مقالة مرقيون اللعين واصحابه
وزعموا ان مرقيون هو رئيس الحواريين وانكروا بطرس
السليح ومنهم من كان يقول بتاله المسيح
وفي مقالة بولص الرسول ومقالة الثلثماية
وثمانية عشر اسقفا فلما سمع قسطنطين الملك
مقالاتهم عجب من هذا الاختلاف واخلا لهم دارا
واقام لهم فيها الانزال وامرهم ان يتناظروا
لينظر مع من الدين الصحيح فيتبعه فاتفق
منهم هولاء الثلثماية وثمانية عشر اسقفا على دين
واحد ورايٍ واحد فتناظروا باقي الاساقفة
وناظروهم فافلجوا عليهم حججهم واظهروا الدين
المستقيم وكان ايضا باقي الاساقفة مختلفين
الرا والاديان ووضع الملك للثلثماية والثمانية
عشر اسقفا مجلسا خاصا عظيما وجلس
في وسطهم واخذ خاتمه وسيفه وقضيبه فدفعه
اليهم وقال لهم قد سلطتكم اليوم على مملكتي
لتصنعوا

hæc ſententia *Pauli Samoſateni* Patriarchæ *Antiocheni*, ejúſque ſectatorum qui *Pauliciani* audiunt. Erant & qui aſſererent, tres eſſe Deos, qui non aliter ſe habeant quàm ut bonus, & malus, & qui medii ſit inter eos temperamenti; quæ *Marcionis* maledicti & ſociorum ipſius ſententia: qui & affirmârunt *Marcionem* principem Apoſtolorum eſſe, *Petro* Apoſtolo rejecto. Alii [denique] aſſeruerunt divinitatem *Chriſti*; quæ *Pauli* Apoſtoli ſententia eſt, nec non Epiſcoporum Trecentorum & octodecim. Auditis ipſorum ſententiis miratus eſt *Conſtantinus* Rex hanc diſcrepantiam, domóque ipſis ſepoſitâ in qua loca ipſis parauit, diſputationes ipſos habere juſſit, ut perſpecto apud quem vera eſſet fides, ipſum ſequeretur. Illi ergò Tercentum & octodecim in unam fidem, unámque ſententiam conſenſerunt, cúmque reliquis qui litem ipſis moverunt diſputantes, illis argumentis ſuis ſuperiores evàſerunt, fidémque veram declarârunt; reliqui autem Epiſcopi ſententiis & religionibus inter ſe diverſi fuerunt. Rex ergò Trecentis & octodecim Epiſcopis iſtis loco quodã proprio & amplo parato ipſe in eorũ medio conſedit, acceptáq; annulum, gladium & ſceptrum ſuum ipſis tradidit, dicens ipſis, Vobis hodie in Imperium meum poteſtatem conceſſi, ut in eo

faciatis quicquid facere vobis expedit eorum quæ ad religionem ritè ſtabiliendam & fidelium commodum ſpectant. Illi, Regi benedicentes ei ipſum gladio ſuo cinxerunt, dicentes, Fidem *Chriſtianam* publicè profitearis, eámque propugnes. Compoſuerunt etiam ipſi libros quadraginta, qui Conſtitutiones & leges continerent: quarum aliæ quid Regi ſcire & facere expediret [docuerunt,] aliæ quid ab Epiſcopis, ex iis quæ in ipſis comprehenſa eſſent, fieri deceret. Concilii Princeps & Præſes erat *Alexander* Patriarcha *Alexandrinus*, & [cum eo] *Euſtatius* Patriarcha *Antiochenus*, & *Macarius* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, *Sylveſter* Patriarcha *Romanus* nomine ſuo duos miſit Sacerdotes, unum nomine *Victorem*, alterum *Vicentium*, qui in *Arii* ſociorúmque ipſius excommunicationem conſenſerunt; ipſíſque, ac omnibus qui eandem profiterentur ſententiam, maledixerunt. Fidei etiam confeſſionem ediderunt, ſtatuentes, Filium à Patre ante omnia ſecula genitum fuiſſe; eundémque ejuſdem cum patre naturæ, increatum. Porrò, urbi *Conſtantinopoli* Patriarcham præfecerunt *Metrophanem*. Inter eos etiam convenit Paſcha *Chriſtianorum* die Dominico poſt *Iudæorum* Paſcha celebrandum, neque eodem die concurrere debere *Iudæorum* & *Chriſtianorum* Paſcha. Confirmârunt

لتصنعوا فيها ما ينبغي لكم ان تصنعوا مما فيه قوام
الدين وصلاح المومنين فباركوا علي الملك وقلدوه
سيفه وقالوا له اظهر دين النصرانية وذب عنه ووضعوا
له اربعين كتابا فيها السنن والشرايع منها
ما يصلح للملك ان يعلمها ويعمل بها ومنها ما يصلح
للاساقفة ان يعلموا بما فيها وكان رييس الجمع
والمقدم فيه الاكسندرس بطريرك الاسكندرية
واسطات بطريرك انطاكية ومقاريوس
اسقف بيت المقدس ووجه سلبسطرس بطريرك
رومية من عنده قسيسين اسم احدهما بقطر
والاخر فيكنتيوس فاتفقوا علي اذفا
اريوس واصحابه ولعنوهم ولكل من
يقول بمقالتهم ووضعوا الاماثة
وثبتوا ان الابن مولود من الاب قبل كل
الدهور وان الابن من طبيعة الاب غير مخلوق وصيروا
علي مدينة القسطنطينية مطروفاذوس بطريرك
واتفقوا علي ان يكون فصح النصاري في يوم
الاحد الذي يكون بعد فصح اليهود وان لا يكون
فصح اليهود مع فصح النصاري في يوم واحد
وثبتوا

وثبتوا ما وضعه ديمتريوس بطريرك الاسكندرية
وغايادوس اسقف بيت المقدس ومقسيموس بطريرك
انطاكية وبقطر بطريرك رومية من حساب الصوم
والفصح وان يكون فطر النصاري يوم فصحهم وهو
يوم الاحد الذي يكون بعد فصح اليهود قال
سعيد بن بطريق المتطبب اني احببت ان اعلم في اي
يوم من الجمعة ولد سيدنا يسوع المسيح وفي اي يوم
صلب وفي كم كانت هذه الايام فبحثت عن ذلك وعكست
السنين فاصبت انه ولد في اثني عشر من كلكس
الشمس في ⁘ ⁘ من عدد كلكس القمر وكان
بقطي الشمس واحد وبقطي القمر ⁘ ⁘ واول كانون
الاول السبت واول كيهك الثلثا فولد سيدنا
يسوع المسيح في خمسة وعشرين يوم من كانون الاول
وفي تسعة وعشرين يوم من كيهك وكان ميلاد سيدنا
المسيح الشريف يوم الثلثا واما يوم عماده فاصبته في اربعة
عشر من عدد كلكس الشمس وفي تسعة عشر من عدد
كلكس القمر وكان بقطي الشمس ثلثة ونصف وربع وبقطي
القمر ⁘⁘ واول كانون الثاني الخميس واول شهر طوبة
السبت وكان عماده الشريف يوم الثلثا في ستة ايام من
كانون الثاني في احد عشر يوم من طوبة واما يوم صلبه

runt etiam calculum Paſchatis & Iejunii à *Demetrio* Patriarcha *Alexandrino*, *Gaiano* Epiſcopo *Hieroſolymitano*, *Maximo* Patriarcha *Antiocheno*, & *Victore* Patriarchâ *Romano* conſtitutum, foréque jejunii apud *Chriſtianos* ſolutionem eodem die quo Paſcha ipſorum, ſcil. Dominico *Iudæorum* Paſcha proximè ſequente. Inquit *Said Patricii* filius, Medicinæ ſtudioſus, Scire aveo quo die ſeptimanæ natus ſit Dominus noſter *Ieſus Chriſtus*, item, quo die crucifixus ſit, & quoti fuerint dies iſti; In hanc igitur rem ut inquirerem annos revolvens, reperi ipſum duodecimo Cycli Solaris natum fuiſſe. ** numeri Cycli Lunaris, fuiſſéque tum Epacten Solis unum. Lunæ verò ** , primum *Canuni* prioris diem Sabbatum, *Cihaci* feriam tertiam Natus eſt ergò Dominus noſter *Ieſus Chriſtus* viceſimo quinto die *Canuni* prioris, *Cihaci* viceſimo nono, fuítque dies ejus natalis feria tertia. Diem verò baptiſmi ipſius reperi fuiſſe Cycli Solaris decimo-quarto; Cycli Lunaris decimo nono, cùm eſſet Epacte Solis tres & dimidium & una quarta, Lunæ verò ** : ac primus *Canuni* poſterioris dies, feria quinta, menſis *Tubahi* Sabbatum. Fuit ergò baptiſma ipſius illuſtre die *Martis*, ſexto *Canun* poſterioris, *Tubahi* undecimo. Dies autem Crucifixionis ipſius ſalutiferæ incidit

incidit in decimum nonum Cycli Solaris, Cycli verò Lunaris decimumquartum, cùm eſſet Epacte Solis ſeptem cum dimidio, Lunæ verò * * : & primus menſis *Adar*, feria quinta, primús autem menſis *Bormahat* feria prima, & *Iudæorum* Paſcha die *Iovis*, *Adari* viceſimo ſecundo, qui *Bormahati* erat viceſimuſ. ſextus. Atque hoc indicat Dominum *Ieſum* Paſcha cum Diſcipulis ſuis comediſſe die *Iovis*; crucifixum fuiſſe die *Veneris*, *Adari* viceſimotertio, *Bormahati* viceſimo ſeptimo; ac reſurrexiſſe die Solis, *Adari* viceſimoquinto, *Bormahati* viceſimonono. *Chriſtianis* verò, uti jam diximus, in more erat, poſtquam *Epiphaniæ* feſtum celebrâſſent die craſtino, quadraginta dies jejunare, dein jejunium ſolvere, cúmque *Iudæi* Paſcha celebrarent idem feſtum unà celebrare, quod dies Paſchatis cum jejunii ſolutione erat. Vrâ-runt autem ipſos Patres Trecenti octodecim hoc facere, jubentes Paſcha *Chriſtianorum* celebrari die Dominico Paſcha *Iudæorum* proximè ſequente: prohibentéſque vel unà cùm *Iudæis*, vel ante ipſos feſtum hoc agere, verùm curare ut ſemper Paſcha *Chriſtianorum Iudæorum* Paſcha ſequeretur. Statuerunt etiam ne Epiſcopus quis uxorem haberet. A tempore enim Apoſtolorum, uſq; ad Concilium Trecentorũ octodecim uxo-

res

الخلاصي فانه اصيب في تسعة عشر من عدد كلس
الشمس وفي اربعة عشر من عدد كلس القمر وكان بقطي
الشمس سبعة ونصف وبقطي القمر ❖ ❖ واول شهر ادار
الخميس وادل شهر برمهات الاحد وفصح اليهود كان يوم
الخميس في اثنين وعشرين من ادار وفي ستة وعشرين من
برمهات فدل علي ان سيدنا يسوع المسيح اكل الفصح
مع تلاميذه يوم الخميس وصلب يوم الجمعة في ثلاثة وعشرين
من ادار وفي سبعة وعشرين من برمهات وقام يوم الاحد في
خمسة عشرين من ادار وفي تسعة وعشرين من برمهات واما
النصاري كما قد قلنا كادوا ان اما عيدوا عيد الحجم صاموا
اربعين يوما من الغدو يفطرون وان اما فصح اليهود
عيدوا معهم الفصح وهو يوم فصح الفطير فمنعوهم الابا
الثلثماية وثمانية عشر من ذلك وامروا ان يكون
فصح المسيحيين في الاحد الذي بعد فصح
اليهود ومنعوهم من التعييد مع اليهود ومن
الفصح معهم او قبلهم بل دايما يكون
فصح المسيحيين بعد فصح اليهود ومنعوا ايضا ان
لايكون للاسقف امراة وذلك ان الاساقفة منذ
وقت الحواريين الي مجمع الثلثماة والثمانية عشر كان

لهم نساء لانه كان ان اصير احد اسقفا وكانت له
زوجة بقيت معه ولم تنحاعنه ماخلا البطاركة فانه
لم يكن لهم نساء ولاكانوا ايضا يصيرون بطاركا
من له زوجة واما الاكسندرس فانه اسقط اشبلا رفيقه
الذي كان قبله بطريرك علي الاسكندرية من
رتبة البطركية من اجل انه قبل اريوس وخالف ما
امر به معلمه بطرس بطريرك الاسكندرية الشهيد
واما الثلثماية وثمانية عشر فانصرفوا مكرمين الي
اماكنهم وذلك في تسعة عشر سنة من ملك
قسطنطين الملك وسن قسطنطين الملك ثلاث سنن
احدها كسر الاصنام وقتل كل من يعبدها والثانية
الا يكتب في الديوان الا اولاد النصاري ويكودوا
احرارا وقوادا والثالثة ان يقيموا الناس تعة الفصح
والجمعة التي بعدها ولا يعملون فيها عملا ولا يكون
فيها حرب وتقدم قسطنطين الي مقاريوس اسقف
بيت المقدس ان يطلب موضع المقبرة والصليب ويبني
الكنايس فقالت هيلانة ام قسطنطيس اني
قد درت اني اصير الي بيت المقدس واطلب
المواضع المقدسة وابنيها فدفع اليها اموالا كثيرة
وشخصت

res ipſis erant, adeò ut ſi quis qui uxorem duxerat Epiſcopus conſtitueretur, maneret ipſa cum illo, neque ab eo recederet, exceptis Patriarchis. Illis enim uxores non erant, neque conjugatum quenquam ad munus illud provehebant. Porrò *Alexander*, *Achillam* ſocium ſuum, qui ante ipſum Patriarcha *Alexandrinus* fuerat, de gradu Patriarchali dejecit, quia *Ario* recepto contra *Petri* Patriarchæ *Alexandrini* mandatum fecerat. Illi verò Trecenti octodecim ad loca ſua honore affecti redierunt; ídque anno *Conſtantini* Regis decimonono. Tria autem Decreta edidit *Conſtantinus*; Primum, ut confractis Idolis omnes eorum cultores è medio tollerentur. Secundum, ne quis notarii forenſis officio fungeretur præter *Chriſtianorum* liberos, iidémque Præfectus & Duces eſſent. Tertium, ut die Paſſionis, & ipſum ſequente die *Veneris*, ab omni opere abſtinerent homines, neve in iiſdem prælium ullum committeretur. In mandatis etiam dedit *Conſtantinus* Imperator *Macario* Epiſcopo *Hieroſolymitano*, ut Sepulchri & Crucis loca perquireret, & Eccleſias ſtrueret. Dixit quinetiam *Helena Conſtantini* mater, Vovi ego iturani me *Hieroſolyma* ut perquiſitis locis ſanctis ipſa ædificiis ornem. Cùm ergò magnam ipſi opum copiam largitus eſſet, profecta

est ipsa, unà cum *Macario* Episcopo, *Hierosolyma* ad Crucem quærendam, ubi convocatis *Iudæorum Hierosolyma* & montem *Galilææ* incolentium centum viris, cùm ex illis decem elegisset, deinde ex ipsis tres, quorum uni nomen *Iudas*, rogavit ut ipsi loca sancta indicârent; illi verò abnuerunt, dicentes sibi locum notum non esse; quare ipsos in puteum aquâ vacuum conjecit, ubi cùm septem dies permansissent nihil edentes vel bibentes, dixit tertius ille nomine *Iudas* sociis suis, Pater meus loca illa, quæ inquirit mulier ista, mihi indicavit, eáque patri suo ab avo indicata fuisse. Exclamantes ergò reliqui duo, cùm è puteo extracti fuissent, *Helenæ* narrârunt, quid ipsis narraverat *Iudas*. Quem cùm flagris cædi jussisset, confessus est ille se locum nôsse; profectúsque donec ad loca ubi essent Sepulchrum & Cranium pervenissent, (fuit autem locus fimetum magnum) ibi preces fundens dixit, Domine, si fuerit in loco isto Sepulchrum, fac ut tremente hîc terrâ exeat fumus, quò credam. Tremente ergò loco exiente indè fumo suaveolente, credidit. Cúmque jussisset *Helena* locum pulvere nudari apparuerunt Sepulchrum & Cranium: at tribus ibi crucibus repertis, Quomodo (inquit *Helena*) dignoscemus quænam ipsarum Crux *Christi* fuerit? Propè autem ipsis

وشخصت الي بيت المقدس مع مكاريوس الاسقف
في طلب الصليب فجمعت هيلانة من اليهود السكان
في بيت المقدس وجبل الجليل ماية رجل فاختارت
منهم عشرة واختارت من العشرة ثلاثة وكان واحدا
منهم يقال له يهوذا فسالتهم ان يدلوها علي الموضع
فامتنعوا وقالوا ليس لنا علم بالموضع فطرحتهم في جب
ليس فيه ماء فاقاموا فيه سبعة ايام لايطعمون ولايسقون
فقال احدهم الذي يقال له يهوذا لصاحبه ان اباه عرفه
هذه المواضع التي تطلب منا هذه الامراة وان جده عرف
اباه بذلك فصاح الرجلان من الجب فاخرجوهما
فحدثا هيلانة بما حدثهما به يهوذا فامرت ان يضرب
بالسياط فاقر انه يعرف المواضع فخرج حتي صار الي
المواضع التي فيها المقبرة والاقرانيون وكانت مزبلة
عظيمة فصلي وقال اللهم ان كان في هذا الموضع المقبرة
ان يتزلزل هذا الموضع ويخرج منه دخان حتي اومن
فتزلزل الموضع وخرج منه دخان طيب فامن
وامرت هيلانة بكشف الموضع من التراب فظهرت
المقبرة والاقرانيون فاصابوا ثلاث صلبان فقالت
هيلانة كيف نعلم ايها صليب السيد المسيح وكان
بالقرب

بالقرب منهم رجل عليل شديد العلة قد ايس منه فوضع
الصليب الاول عليه والثاني فلم ينجعا فلما وضع عليه
الثالث قام المريض وليس به علة واستراح من علته فعلمت
هيلانة انه هو صليب سيدنا المسيح لذكره السجود
فجعلته في غلاف من ذهب وحملته معها وكلما كان
مدفونا لسيدنا المسيح حملته الي ابنها قطنطين
وبنت كنيسة القيامة وبنت الاقرانيون وكنيسة
قسطنطين وانصرفت وامرت مكاريوس اسقف بيت
المقدس ان يبني باقي الكنايس وذلك في اثنين
وعشرين سنة من ملك قسطنطين من ميلاد سيدنا
المسيح الي ان وجد الصليب ثلثماية وثمانية
وعشرين سنة وفي احد وعشرين سنة من ملك
قسطنطين صير اثناسيوس بطريركا علي الاسكندرية
وكان كاتبا اقام ستة واربعين سنة وفي ثلثة وعشرين
سنة من ملكه صير ولاريوس بطريركا علي انطاكية
اقام احد عشر سنة ومات وكان اريوسي وفي تسعة
وعشرين سنة من ملكه صير مقسيميانوس اسقفا علي
بيت المقدس وكان رجلا متواضعا وكانت عينه
الايمن تلفت في وقت الهيج اقام ثلاثة وعشرين
سنة

ipſis adfuit quidam morbo admodum gravi laborans adeò ut nulla ſalutis ſpes ipſi ſupereſſet, cui impoſitæ cruces prima & ſecunda nihil profuerunt; quamprimum autem tertia ipſi admota fuit, ſurrexit ægrotus morbo ſuo penitùs liberatus, ac ſanitati reſtitutus. Undè novit *Helena* eam Domini noſtri *Chriſti*, non ſine veneratione memorandi, Crucem fuiſſe; quam ergò thecæ aureæ impoſitam ſecum abſportavit, & quodcunque Domino noſtro *Chriſto* reconditum fuerat ad filium ſuum *Conſtantinum* abduxit. Extructíſque Eccleſiâ Reſurrectionis, & Cranio & Eccleſiâ *Conſtantini* reverſa eſt, juſſo *Macario* Epiſcopo *Hieroſolymitano* reliquas Eccleſias extruere. Factum eſt hoc anno Imperii *Conſtantini* viceſimo ſecundo. Porrò à nato Domino *Chriſto* ad inventionem Crucis anni fuerunt trecenti viginti octo. Anno autem Imperii *Conſtantini* viceſimoprimo conſtitutus eſt *Athanaſius* Patriarcha *Alexandrinus*, qui ſcriptor fuit: annos quadraginta ſex ſedit. Anno Imperii ipſius viceſimotertio conſtitutus eſt *Valerius* Patriarcha *Antiochenus*, qui annos undecim ſedit, dein mortuus eſt: *Arianus* fuit. Anno ejuſdem viceſimo nono factus eſt *Maximianus* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, vir humilis, & cui oculus dexter tempore ſeditionis perierat:

anno:

annos viginti tres ſedit, dein mortuus eſt. Anno Imperii ejuſdem viceſimo tertio mortuus eſt *Metrophanes* Patriarcha *Conſtantinopolitanus* cùm tres annos cathedram occupâſſet, factúſque eſt poſt ipſum *Alexander* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*, qui octo annos ſedit, dein mortuus eſt. Porrò *Euſebius Nicomediæ* Epiſcopus & ſocius ipſius, quibus unà cùm *Ario* maledixerant Trecenti & octodecim, ad *Conſtantinum* accedentes opem ipſius implorârunt, rogantes ut receptis ipſis maledictionem irritam faceret: ſe ſiquidem *Ario* ejúſque ſententiam amplexis maledicere, eandémque quam Trecenti octodecim illi fidem profiteri. Receptis ergò ipſis Rex maledictionem ſuſtulit, & *Euſebium Nicomedienſem* aſſumptum Patriarcham *Conſtantinopoli* præfecit. *Helena* autem miſſo Duce quodam multis inſtructo opibus, Eccleſiam *Rohæ* extruxit, cui, ut & Eccleſiis *Hieroſolymis* extructis, cùm finem impoſuiſſent, conſecrari eas voluit Imperator, quem in finem *Euſebium* Patriarcham *Conſtantinopolitanum Hieroſolyma* proficiſci juſſit, ibíque Epiſcoporum Concilium indicere ut locorum Conſecrationi intereſſent. Scripſítque *Conſtantinus* Imperator ad *Athanaſium* Patriarcham *Alexandrinum* ut & ipſe Dedicationi iſti intereſſet, ut dicto ſuo obſequeretur, nec ei immo-

سنة ومات وفي اثنين وعشرين سنة من ملكه مات
مطروفانس بطريرك القسطنطينية وله ثلاث سنين في
الكرسي وصير بعده الاكسندرس بطريركا علي
القسطنطينية اقام ثمانية سنين ومات فجا اوصابيوس
اسقف ديقومديه وصاحبه اللذان لعنوها الثلثماية وثمانية
عشر مع اريوس الي قسطنطين الملك فاستغاثا اليه
وسالاه ان يقبلهما ويهدر اللعن عنهما واذهما
يلعنان اريوس ومن يقول بقبالته وان
اماتتهما علي امانة الثلثمايه وثمانية عشر
فقبلهما وهدر عنهما اللعن واخذ لاوصابيوس اسقف
ديقومديه فصيره بطريركا علي القسطنطينية ووجهت
هيلانة بقايين من القواد ومعه مال كثير
فبنت كنيسة الرها ولما فرغوا من بنايها وبنيان
الكنايس ببيت المقدس احب الملك ان يقدسها
فتقدم الي اوسابيوس بطريرك القسطنطينية ان
يصير الي بيت المقدس ويجمع جماعة من الاساقفة
حتي يحضروا تقديس المواضع وكتب قسطنطين الملك
الي اثناسيوس بطريرك الاسكندرية
ان يحضر التقديس وامر ان يقبل قوله ولا

يخالف وتقدم الملك الي ابن اخته ويقال له دلماطن
ان يحضر هذا المجمع ويكون بمدينة صور
فاذا اتفقوا علي التقديس صاروا الي بيت المقدس
واجتمعوا الي مدينة صور وحضر مكسيميادوس
الامور اسقف بيت المقدس وحضر ايضا اثناسيوس
بطريرك الاسكندرية وحضر اولاريوس بطريرك
انطاكية وتماعة من الاساقفة وخلق كثير من الناس
وكان في المجمع رجل يقال له اوسابيوس
وتماعة معه يرون راي اريوس فدس اوسابيوس
بطريرك القسطنطينية لاوماديوس ليسل اثناسيوس
بطريرك الاسكندرية وكان اوسابيوس وان كان رجع
الي الملك واظهر انه مخالف لاريوس فقد كان يري
رايه ويقول مقالته فقال لاوماديوس ان اريوس لم
يقل ان المسيح خلق الاشيا ولكنه قال به خلقت
الاشيا لانه كلمة الله الذي بها خلق السما والارض
وانما خلق الله الاشيا بكلمته ولم تخلق الاشيا
كلمته وكما قال السيد المسيح في الانجيل وكل به
كان ومن دونه لم يكن شي مما كان وقال به كانت
الحياة والحياة هي نور البشر وقال في العالم كان
والعالم

immorigerum ſe præberet, monens. Nepoti etiam ſuo, cui nomen *Delmatinus*, in mandatis dedit, ut Concilium illud adiret, atque in urbe *Tyro* maneret. Cùm ergò de Conſecratione inter ipſos conveniſſet, *Hieroſolyma* tendentes, in urbe *Tyro* congregati ſunt; ubi adfuerunt *Maximianus Monoculus* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, *Athanaſius* Patriarcha *Alexandrinus*, *Valerius* Patriarcha *Antiochenus* cum Epiſcopis compluribus magnáque hominum multitudine. Fuit ibidem in Concilio quidam nomine *Eumenius*, unáque cum ipſo plures qui *Arii* ſententiam amplectebantur. Subinnuit ergò *Euſebius* Patriarcha *Conſtantinopolitanus Eumenio* ut quæſtionem *Athanaſio* Patriarchæ *Alexandrino* moveret. *Euſebius* ſiquidem, etſi ad Regem reverſus profeſſus eſſet ſe *Ario* contrarium, idem tamen cum illo ſentiebat, atque aſſerebat. Dixit ergò *Eumenius*: Non affirmavit *Arius Chriſtum* res creâſſe, verùm, Per ipſum res fuiſſe creatas: ipſum enim Verbum eſſe Dei quo creata ſunt cœlum & terra: Creâſſe enim Deum res per verbum ſuum, at verbum ejus res iſtas non creâſſe: & ſicut dixit Dominus *Chriſtus* in Evangelio, *Et omnia per ipſum fuerunt, & ſine ipſo non fuit quicquam eorum quæ fuerunt.* Dixítque, *Per ipſum fuit vita, & vita lux erat hominum.* Item, *In mundo fuit, & mun-*

dus per ipsum factus est; Retulit ergò res *per* ipsum factas fuisse, non autem *ab* ipso factas esse. Hæc, inquit, erat *Arii* sententia, verùm Trecenti octodecim illi, iniquè cum ipso agentes, injuriâ illum atque immeritò excommunicârunt. Cui respondit *Athanasius* Patriarcha *Alexandrinus*, *Ario* nihil falsò impegerunt Episcopi Trecenti octodecim, nec injuriâ ipsum affecerunt. Affirmavit enim ipse, Filium absque Patre res creâsse. Quòd si res à filio creatæ fuerint, ita ut Pater ipsarum Creator non sit, sequetur ipsum nihil omnino earum creâsse, quod falsi crimen intentat illi quod in Evangelio dictum est, *Pater meus creat, & ego creo*: Dixítque, *Si non faciam ego opera patris mei, ne mihi credatis*. Nec non, *Sicut pater vivificat quem vult, & morte afficit; ita & filius vivificat quem vult, & morte afficit*: quo ostendit, se & vivificare & morte afficere, & creare: atque hinc mendacii arguitur quisquis ipsum Creatorem esse negaverit, ac res *per* ipsum creatas fuisse, ita ut ipse earum Creator non fuerit. Quod autem dicis, res per ipsum factas fuisse, nos non dubitamus, cùm fierent, *Christum* dixisse, eásque factas fuisse; quod innuit dicto suo, *Ego facio, & Pater facit*, creaturas & vitam. Dictum enim tuum, *Per* ipsum factæ sunt res, eò redit ut significet ipsum eas creâsse,

والعالم به كون فاخبر ان الاشيا كونت به ولم يخبر انها
كون له فقال هذه كانت مقالة اريوس ولكن
الثلثماية وثمانية عشر اسقفا تعدوا عليه واحرموه
طلما وعدوانا فرد عليه اثناسيوس بطريرك الاسكندرية
وقال اما اريوس لم يكذب عليه الثلثماية وثمانية
عشر ولا ظلموه لانه انما قال ان الابن خلق الاشيا دون
الاب فاذا كانت الاشيا انما خلقت بالابن دون
ان يكون الاب لها خالقا فقد يجب ان لايكون
خلق منها شيا وفي ذلك تكذيب لقوله في الانجيل
الاب يخلق وانا اخلق وقال ان لم اعمل عمل ابي
فلا تصدقوني وقال كما ان الاب يحيي
من يشا ويميته كذلك والابن يحيي من يشا
ويميته يدل بذلك علي انه يحيي ويميت ويخلق
وفي هذا تكذيب لمن زعم انه ليس بخالق
وانما خلقت الاشيا به دون ان يكون خالقا لها
واما قولك ان الاشيا كونت به فانها لما كونت
لا شك ان المسيح هو قال فكانت
ودل بقوله اني افعل الخلق والحياة فان قولك
به كونت الاشيا انما هو راجع في المعني انه
كونها

كونها فكانت به مكونة ولو لم يكن ذلك
كذلك لتناقضا القولان ثم رد اثناسيوس على
اوماديوش وقال اما قول من قال من اصحاب اريوس
ان الاب يريد الشي فيكونه الابن والارادة للاب
والتكوين للابن فان ذلك يفهم ايضا ان كان الابن
عنده مخلوقا فقد صار حظ المخلوق في الخلق اوفر من
حظ الخالق فيه وذلك ان هذا اراد وفعل وذلك اراد ولم
يفعل فهذا اوفر حظا من ذلك في فعله ولا بد من هذا
ان يكون في فعله لما يريد ذلك بمنزلة كل
فاعل من الخلق لما يريد الخالق منه ويكون
حكمه كحكمه في الجبر والاختيار فان
كان مجبورا فلا شي له في الفعل وان كان
مختارا فجايز ان يطيع وجايز ان يعصا وجايز
ان يثاب وجايز ان يعاقب وذلك من القول الشنع ورد
ايضا اثناسيوس على اوماديوس وقال ان
كان الخالق انما خلق خلقه بمخلوق
فالمخلوق بلا شك غير الخالق فقد
زعمتم ان الخالق يفعل بغيره والفاعل بغيره محتاج
الي ذلك المتمم ليفعل به ان كان لا يتم له
فعل

creâſſe, eáſque per ipſum creatas fuiſſe; ſecus enim, horum dictorum alterum alteri contradiceret. Præterea reſpondit *Athanaſius Eumenio*, dicens, Quod ad eorum ex *Arii* aſſeclis ſententiam qui dicunt Patrem voluiſſe aliquid, Filium autem illud creâſſe, ut ſit Voluntas Patris, Creatio filii, falſa eſt & illa; Filium enim creatum eſſe autumat; unde [ſequitur] partes Creati in creatione potiores eſſe partibus Creatoris; cùm ille & voluerit & fecerit; hic voluerit, at non fecerit. Illius igitur partes, in eo quod fecerit, potiores erunt quàm hujus. Quin & neceſſe eſt ut eadem ſit illius ratio in eo quod voluerit hic, perficiendo quæ cujuſlibet agentis è creaturis in illo quod ab ipſo fieri voluerit creator faciendo: eodémque modo ſe habent reſpectu coactionis & arbitrii libertatis. Quòd ſi coactus egerit, nullæ erunt ejus in actione partes; ſin liberè, fieri poteſt ut vel obſequatur, vel immorigerum ſe præbeat, & ut vel præmio afficiatur, vel pœnâ: quæ dicere abſurdum eſt. Aliter etiam eidem reſpondit, Si Creator creaturas ſuas per Creatum creaverit, erit ſine dubio Creatus, alius à Creatore; autumatis ergò Creatorem per alium agere; Qui autem per aliũ agit perficiente iſto opus habet quò per illum agat, cùm ſine illo non perficiatur ipſi opus,

opus; qui autem alio opus habet, imperfectus eſt, quod abſit ut de Creatore dicatur. Cùm ergò profligâſſet *Athanaſius Alexandriæ* Patriarcha, contradicentium argumenta, adeò ut omnibus qui aderant appareret falſitas eorum quæ dicerent, conturbati illi & pudore ſuffuſi in *Athanaſium* irruentes ictibus malè mulctatum penè enecârunt. Qui ergò è manibus ipſorum à *Dalmateno* nepote Imperatoris ereptus *Hieroſolyma* fugâ elapſus petiit, ubi oleo Chriſmatis confecto, nullo Epiſcoporum præſente, Eccleſias conſecratas oleo iſto unxit, dein ad Imperatorem ſe conferens ipſi quid feciſſet annunciavit, qui honore affectum *Alexandriam* remiſit. Irâ autem commotus eſt Imperator in *Euſebium* Patriarcham *Conſtantinopolitanum*, pœnituítque ipſum quòd eum ad Patriarchatum evexerat. Profecti deinde cæteri, qui in urbe *Tyro* congregati fuerant, Epiſcopi *Hieroſolyma*, invenerunt *Athanaſium* Patriarcham ipſos prævenîſſe Eccleſias conſecrando. Feſtum ergò magnum celebrantes ob Eccleſiarum dedicationem, lætitiáque ingenti perfuſi, reverſi ſunt. Factum eſt hoc anno Imperii *Conſtantini* triceſimo. Mortuus eſt autem *Euſebius* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*, cùm duos annos ſediſſet, ipſíq; maledictum eſſet, ſubſtitutúſque eſt in locum ipſius *Conſtanti-*

فعل الابن والمحتاج الي غيره منقوص والخالق يتعالي
عن هذا فلما ان دحض اثاناسيوس بطريرك
الاسكندرية حجج المخالفين وظهر لكل من
حضر بطلان قولهم تحيروا وخجلوا ووثبوا علي
اثناسيوس بطريرك الاسكندرية فضربوه حتي كاد ان
يقتل فخلصه من ايديهم دلماطن ابن اخت الملك وهرب
اثناسيوس وصار الي بيت المقدس فاصلح دهن
الميرون من غير حضور احد من الاساقفة وقدس الكنايس
ومسحها بدهن الميرون وصار الي الملك واعلمه بالخبر
فاصرفه الملك الي الاسكندرية مكرما وغضب الملك
علي اوسابيوس بطريرك القسطنطينية وقدم علي
اصلاحه بطريركا ثم صار بعد ذلك الاساقفة الذين
اجتمعوا بمدينة صور الي بيت المقدس فوجدوا
اثناسيوس بطريرك الاسكندرية قد سبقهم وقدس
الكنايس فعيدوا عيدا معظما لتجديد الكنايس وفرحوا
فرحا شديدا وانصرفوا وذلك في ثلاثين سنة من ملك
قسطنطين ومات اوسابيوس بطريرك القسطنطينية
وله بطرك سنتين وهو ملعون وصير بعده
بولص بطريركا مكانه علي القسطنطينية

اقام اربع سنين وتوفاه قسطنطين الملك وامر
قسطنطين الملك ان لايمكن يهودي في بيت
المقدس ولا يجوز بها وكل من لم يتنصر يقتل
فتنصر من الامم واليهود خلق كثير وظهر دين
النصرانية فقيل لقسطنطين الملك ان اليهود
من قرع القتل تنصروا وهم على دينهم فقال
الملك كيف لنا ان نعلم ذلك فقال
له بولص بطريرك القسطنطينية ان الخنزير في
التوراة حرام واليهود لا ياكلونه فتامر ان
تذبح الخنازير وتطبخ لحومها ويطعمون منه
هذه الطايفة فمن لم ياكل منه علمت انه
مقيم على دين اليهودية فقال قسطنطين
الملك ان كان الخنزير في التوراة محرما
فكيف يجوز لنا ان ناكل لحمه وتطعمه للناس فقال
له بولص البطريرك ان سيدنا المسيح قد ابطل ساير ما
في التوراة وجاءنا بتوراة جديدة التي
هو الانجيل وقال في انجيله المقدس ان
كما يدخل الفم ليس ينجس الانسان يعني كل
ماكول انما ينجس الانسان كل ما يخرج من فيه
يعني

Conſtantinopoli Paulus Patriarcha, qui cùm quatuor annos ſediſſet ab Imperatore *Conſtantino* relegatus eſt. Porrò vetuit *Conſtantinus* Imperator, ne quis *Judæus Hieroſolyma* incoleret, aut per ea tranſiret; morte etiam affici juſſit omnes qui religionem *Chriſtianam* non amplecterentur. *Chriſti* ergò nomen profeſſi ſunt è gentibus ac *Iudæis* quamplurimi, ac paſſim obtinuit *Chriſtianiſmus*. Nuntiatum eſt autem *Conſtantino* Imperatori *Iudæos* metu mortis *Chriſti* quidem religionem profiteri, at ſuam interim retinere. Rogante ergò Imperatore. Quomodo hoc certò ſciemus? Reſpondit *Paulus* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*; Caro porcina Lege vetita eſt, quare eam non comedunt *Iudæi*; Jube ergò mactari porcos, ac coqui eorum carnem, quò ſectæ huic guſtandæ præbeatur; ſi quis enim eam non comederit, ſcies ipſum in *Iudaiſmo* adhuc perſtare. Cui *Conſtantinus* Imperator, Si (inquit) Caro porcina Lege vetita ſit, quomodo nobis eâ veſci, aliiſq; eandem comedendam præbere licebit? Reſpondit *Paulus* Patriarcha, Dominus noſter *Chriſtus* [ejuſmodi] omnia quæ in Lege ſunt abrogavit, novâ nobis lege latâ, viz: Evangelio: Dixit ergò in Sacroſancto Evangelii, *Quodcunque os ingreditur hominem non polluit*, ſcil. quicquid comeditur; *Hominem verò*

polluit quicquid ex ore egreditur, ſcil. Stultitia & Infidelitas, & id genus alia. Dictum etiam eſt à *Paulo* Apoſtolo in priore ad urbis *Corinthi* incolas Epiſtola, *Cibus ventri & venter cibo, Deus autem utrumque abolebit.* Scriptum etiam in Actis Apoſtolorum, *Petro* Apoſtolorum principi, cùm in urbe *Ioppenſi* eſſet, domi viri cujuſdam Coriarii, nomine *Simonis*, atque ædium tectum horâ diei ſextâ orandi gratiâ aſcendiſſet, incidiſſe ſomnum, ipſúmque Cœlum apertum conſpexiſſe, atque ecce deſcendiſſe è cœlo linteum magnum donec terram pertingeret, in quo erant quævis quadrupedia & feræ, ac reptilia, ac volucres cœli, unáque vocem audiiſſe quæ ipſi diceret, *Heus Petre, ſurgens macta & veſcere*; & dicente *Petro, Domine nunquam ego immundum quid edi*, vocem ad eum ſecundò veniſſe, *Quicquid Deus purgavit, ne tu pollluito*, ac ter hoc illi repetiiſſe vocem, dein rurſum in cœlum ſublatum fuiſſe linteum: miratum ergò fuiſſe *Petrum*, atque apud ſe perplexum hæſiſſe. Hoc ergò viſo, eóque quod in Evangelio ſuo ſancto dixit Dominus noſter *Chriſtus*, præceperunt nobis *Petrus* & *Paulus* omni carne cujuſvis tandem quadrupedis veſci, quare & porcus & cætera quæcunque animalia nobis permiſſa ſunt. Iuſſit ergò Imperator mactari porcos, eorúmque

يعني السفه والكفر وغير ذلك مما يجري مجراه
وقول بولص الرسول في رسالته الاولي الي اهل
مدينة قرنثية الطعام للبطن والبطن للطعام والله
يبطل كلاهما ومكتوب في الابركسيس ان
بطرس رييس الحواريين كان في مدينة يافا
في منزل رجل دباغ يقال له سيمن واده
صعد الي سطح المنزل ليصلي في وقت ست ساعات
من النهار فوقع عليه سبات فنظر الي السماء قد انفتحت
واذا ازار قد نزل من السما حتي بلغ الي الارض
وفيه كل ذوات الاربع قوايم والسباع والذباب
وطير السماء وسمع صوت يقول له يا بطرس قم
اذبح وكل فقال بطرس يا رب ما اكلت شيا
نجسا منذ قط فجاه صوت ثاني كل ما طهره الله
فلا تنجسه انت فجاه الصوت بهذا ثلاث مرات ثم
الازار ارتفع الي السما فعجب بطرس وتحير فيما بينه
وبين نفسه فبهذا المنظر وبما قال سيدنا المسيح
في الانجيله المقدس امرنا بطرس وبولص ان ناكل
لحم كل ذي اربع قوايم فالخنزير وغيره من جميع
الحيوان حلال لنا فامر الملك ان تذبح الخنازير
وتطبخ

وتطبخ لحومها وتقطع صغارا وتصير علي ابواب الكنايس
في هاير مملكته في يوم احد الفصح وكل من خرج من
الكنايس يلقم لقمة لحم خنزير ومن لم ياكلها يقتل
فقتل في ذلك خلق كثير وبنا قسطنطين حايطا علي
البزطيـة وسماهـا القسطنطينية وذلك في ثلاثين
سنة من ملكه ومات هيلانة ام قسطنطين ولها ثمانون
سنة وملك قسطنطين اثنين وثلاثين سنة ومات
وتبع ماعاش قسطنطين خمسة وستين هـنـة ومـات
وخلف ثلاث اولاد فسما الكبير باسمـه قسطنطين
والثاني سماه باسم ابيـه قسطس والثـالث سمـاه
قسطنتيوس فولي قسطنطين مدينة القسطنطينيـة
وولي قسطس انطاكية والشام ومصر وولي قسطنتيوس
مدينـة رومـيـة فاما سابور ابن هرمز ملك الفرس
فبنا مدينة بالسوس وسماهـا خوة سابور وبنا مدينة
بالسواد وسماهـا فيروز سابور وبنـا مدايين بالهند
وسجستان وحفر انهـارا كثيرة وبنا قناطرا وجسورا
فلما كبر ضعفت قوته وكل بصره وسقط حاجباه
علي عينيه فارسل الي ملـك الهند برسـول
في طلب طبيب فبعث اليه ملك الهنـد بطبيـب
يقال

eorúmque carnes coctas in fruſtra concidi & ad Eccleſiarum portas per totum ipſius regnum Dominico Paſchatis ſtatui, quo cuivis ex Eccleſia egredienti buccella carnis porcinæ porrigeretur, & quiſquis eam non ederet morte afficeretur, quo pacto interfecta eſt magna hominum multitudo. *Byzantium* etiam muro cinctum *Conſtantinus* Imperator *Conſtantinopolin* appellavit, anno Imperii ſui triceſimo. Porrò mortua eſt *Helena Conſtantini* mater jam octogenaria. Imperavit autem *Conſtantinus* annos triginta duos, dein obiit, cùm annos ſexaginta quinque vixiſſet, tribus relictis filiis, quorum natu maximum ſibi cognominem *Conſtantinum* appellavit, ſecundum de patris ſui nomine *Conſtantem*, tertium verò *Conſtantium*; quorum *Conſtantinum*, *Conſtantinopoli*; *Conſtantem*, *Antiochiæ Syriæ Damaſcenæ*, & *Ægypto*; *Conſtantem*, urbi *Romæ* præfecit. *Sapores* verò *Hormozi* filius, *Perſarum* Rex, urbem *Suſis* extructam, *Choat-Sabur* appellavit, aliam in regione *Sawad*, *Phiruz-Sabur*; urbes etiam in *Sindia* & *Sejeſtan* condidit, nec nõ multos effodit fluvios, fornicéſq; & pontes extruxit. Senio autẽ jam confecto labefactæ ſunt vires, & caligavit viſus, ſuperciliis in oculos prominentibus: quare legato ad *Indorum* Regem miſſo, medicum ab ipſo petiit. Qui ergò ejus artis peritum

peritum quendam nomine *Georgium* remisit, qui ipsum sanitati restituit, adeò ut confirmarentur ipsi nervi, redderetúrque visus, & equum conscendere valeret. Iussit ergò illum urbem quam sibi vellet incolendam eligere. Ille urbe *Choat-Sabur*, quæ & *Corch* appellatur, éstque urbs *Susa*, ibi usque dum è vivis excederet habitavit. Totum autem quod vixit *Sabur* spacium, annorum erat septuaginta duorum; quibus exactis mortuus est. Regnavit post ipsum in *Persas* filius ipsius *Ardshir Saburi* filius annos quatuor, dein mortuus est: ídque anno Imperii *Constantini* filii *Constantini Rumæorum* Imperatoris primo. Post ipsum in *Persas* regnavit frater ipsius *Sapor Sapori* filius annos quinque & menses quatuor, ídque anno regni *Constantini*, filii *Constantini Rumæorum* Imperatoris, quinto. Anno Imperii ejusdem quinto in fratrem ipsius *Constantium Romæ* irruens præfectus quidam nomine *Magentius* ipsum occidit. Quo audito *Constantinus Constantini* filius misso exercitu magno *Maxentium*, omnésque qui cum illo in fratris sui cædem conspirárant, è medio sustulit, *Romæque* virum quendam nomine suo præfecit. Anno Imperii ejusdem septimo, factus est *Marcus* Patriarcha *Romanus*, qui cùm annos duos sedisset mortuus est. Anno ejusdem nono constitutus

est

يقال له جرجس فعالجه حتي اشتد عصبه واردن اليه
بصره واطاق الركوب وامره ان يختار له مدينة
يسكنها فاختار له خوة سابور التي تدعا الكرخ
وهي مدينة السوس فسكنها حتي مات فجبع ماعاش
سابور اثنين وسبعين سنة ومات وملك بعده
ابنه ازدشير ابن سابور علي الفرس اربع سنين
ومات وذلك في اول سنة من قسطنطين بن
قسطنطين ملك الروم وملك بعده سابور ابن سابور اخوه
علي الفرس خمس سنين واربعة اشهر وذلك
في خمس سنين من ملك قسطنطين بن قسطنطين
ملك الروم وفي خامس سنة من ملكه وثب علي
اخيه قسطنتيوس برومية قايد يقال له
مغنطيوس فقتله فلما سمع قسطنطين
بن قسطنطين بقتل اخيه وجه بجيش
عظيم فقتل مغنطيوس وكل من تابعه
علي قتل اخيه واستخلف علي رومية
رجلا من قبله وفي سابع سنية من
ملكه صير مرقص بطريركا علي رومية اقام
سنتين ومات وفي تسع سنين من ملكه صير

بولبوس بطريركا علي رومية اقام خمسة عشر سنة ومات
وفي اربعة وعشرين سنة من ملكه صير لينباريوس
بطريركا علي رومية اقام ست سنين ومات وفي عشرين
سنة من ملكه صير كرللس اسقفا علي بيت
المقدس اقام خمس سنين وهرب وفي ذلك العصر
اجتمع اصحاب اريوس وكل من كان يقول بمقالته
الي الملك قسطنطين فحسنوا دينهم له وزينوا له مقالتهم
وقالوا له ان الثلثمائة وثمانية عشر اسقفا الذين
كانوا اجتمعوا بنيقية قد اخطوا وحادوا عن الحق
في قولهم ان الابن متفق في الجوهر مع الاب فتامر
بان لايقال هذا فانه خطا فاراد الملك ان يفعل ذلك
وفي ذلك العصر ظهر علي الاقراديون وهو الجاثليق
في نصف النهار صليب من نور من الارض الي السماء
الي طور زيتا ومن شدة ضوءه خفي ضوء الشمس وراي
ذلك كل من كان في مدينة بيت المقدس من
كبير وصغير وكان كورللس اسقف بيت المقدس
حاضر ذلك فكتب من ساعته بالخبر الي الملك وقال
له ان في ايام ابيك الملك السعيد ظهر صليب المسيح
المسيح من كواكب نصف النهار في السما وفي ايامك
ايها

eſt *Iulius* Patriarcha *Romanus*, qui annos quindecim ſedit, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem viceſimo quarto conſtitutus *Linarius* Patriarcha *Romanus*, ſex annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno Imperii ejus viceſimo conſtitutus eſt *Cyrillus* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, ubi cùm annos quinque ſediſſet, fugit. Eo tempore congregati *Arii* aſſeclæ, cum omnibus ejus ſententiam amplexis, apud Imperatorem *Conſtantinum*, de fide & ſententia ſua optima quæque prædicantes, Trecentos & octodecim illos qui *Niciæ* convenerant, errâſſe, & à verò in ſententia ſua deviâſſe, dum Filium ejuſdem eſſe ſubſtantiæ cum Patre aſſererent, dixerunt. Vetes ergò (inquiunt) hoc dici, cùm error ſit; quod & facere ſtatuit Imperator. Eo autem tempore ſuper Cranii [loco,] qui eſt *Golgotha*, medio die apparuit Crux è luce, à terra cælum uſque pertingens & ad montem Olivarum protenſa, cujus lucis ſplendore occultata eſt lux ſolis. Eam omnes, qui in urbe *Hieroſolymitana* aderant, tam magni quàm parvi conſpexerunt, præſente etiam *Cyrillo* Epiſcopo *Hieroſolymitano*; qui ergò literis ſtatim ſcriptis Imperatorem rei certiorem faciens, dixit, Sub patre tuo, beatæ memoriæ Imperatore, apparuit Crux Domini *Chriſti* ſtellis [effigiata] medio die in cœlo, ac jam Te regnante (Imperator felix)

lix) apparuit ſuper Cranii [loco] Crux è luce cujus Iplendor Solis ſplendorem ipſo meridie ſuperat, literíſque ſuis ipſi ſuaſit ne *Arii* ipſiúſque ſequacium ſententiam amplecteretur, utpote qui à vero deviantes ad infidelitatem prolapſi eſſent, quibus maledixerat Trecentorum & octodecim Epiſcoporum Concilium, omnibúſque qui idem cum ipſis aſſererent. Imperator ergò acceptis *Cyrilli* literis magnâ, ob illa quæ ad ipſum ſcripſerat, lætitiâ affectus eſt, & ad verum reverſus vetuit admitti *Arii* ſententiam. Eo tempore *Conſtantinopoli*, *Antiochiæ*, *Babeli*, & *Alexandriæ*, prævaluit *Arii* ſententia, cujus fidem & ſententiam qui amplecterentur, nomine ab ipſius nomine, *Ario*, deducto *Ariani* vocitati ſunt. Anno Imperii *Conſtantini* filii *Conſtantini* ſecundo conſtitutus eſt *Cyprianus* Patriarcha *Antiochenus*, qui *Arianus* erat, & cùm biennium ſediſſet, mortuus eſt. Anno Imperii ejus quarto factus eſt *Blaſius* Patriarcha *Antiochenus*, qui annos quatuor ſedit, dein mortuus eſt. Hic etiam *Arianus* fuit. Anno ejuſdem octavo factus eſt *Eſtatius* Patriarcha *Antiochenus*, qui annos quinque ſedit, dein mortuus eſt: qui etiam *Arianus*. Anno ejuſdem decimotertio creatus eſt *Leo* Patriarcha *Antiochenus*, ipſe etiam *Arianus*, ubi novem annos ſedit, dein mortuus eſt. Imperator

ايها الملك المبارك ظهر علي الاقراديون صليح من
دور يفوق دوره دور الشمس في نصف النهار وكتب
اليه الا يقبل قول اريوس واصحابه اعني اتباعه فانهم
حايدين عن الحق كفار وقد لعنتهم الثلثماية
وثمانية عشر اسقفا ولعنوا كل من يقول بمقالتهم فقبل
الملك كتاب كورلس وفرح بما كتب به اليه ورجع
الي الحق وامر ان لا تقبل مقالة اريوس وفي ذلك
العصر غلبت مقالة اريوس علي القسطنطينية وانطاكية
وبابل والاسكندرية فسموا التابعين لدين اريوس
والقايلين بمقالته الاريوسيين مشتق من اسم اريوس
وفي ثاني سنة من ملك قسطنطين ابن قسطنطين
صير قبريادوس بطريركا علي انطاكية وكان اريوسي
اقام سنتين ومات وفي السنة الرابعة من ملكه صير
بلاسيوس بطريركا علي انطاكية اقام اربع سنين
ومات وكان ريوسي وفي ثمان سنين من ملكه
صير اسطاثيوس بطريركا علي انطاكية اقام خمس
سنين ومات وكان اريوسي وفي ثلاثة عشر سنة
من ملكه صير لاون بطريركا علي انطاكية
وكان اريوسي ايضا اقام تسع سنين ومات فوجه
الملك

الملك اون وكهيوس اسقف مدينة جرمانا فصيره بطريركا
علي انطاكية وكان مناني واقام سنتين بانطاكية
ثم نقله الملك الي القسطنطينية فاقام بها بطريركا
عشر سنين ومات وفي اثنين وعشرين سنة من
ملكه صير اثناسيوس بطريركا علي انطاكية
وكان مناني اقام اربع سنين ومات وفي اول سنة
من ملكه نفا الملك لبولص بطريرك القسطنطينية
وصير في موضعه اوصابيوس بطريركا علي القسطنطينية
وكان مناني اقام ثلاث سنين ومات فلما مات
رد الملك بولص البطريرك الذي كان انفاه
الي كرسيه اقام ثلاث سنين ومات وفي عشر
سنين من ملكه صير مكنوديوس بطريركا علي
القسطنطينية وكان يقول ان روح القدس مخلوقة
فاقام عشرة سنين ومات وفي احد وعشرين سنة
من ملكه نفا الملك اون كهيوس بطريرك
انطاكية الي القسطنطينية وصيره عليها
بطريركا وكان مناني اقام عشرة سنين ومات فاما
اهل مصر والاسكندرية فكان اكثرهم اريوسيين
ومليديين فغلبوا علي كنايس مصر والاسكندرية
واخذوها

perator autem missō *Eudoxio*, urbis *Iermanæ* Episcopo, ipsum *Antiochiæ* Patriarcham præfecit. *Manichæus* hic erat; eundem cùm biennium *Antiochiæ* sedisset, Imperator *Constantinopolin* transtulit, ubi decem annis munere Patriarchali functus est, dein mortuus. Anno vicesimo secundo imperii ipsius constitutus est *Athanasius* Patriarcha *Antiochenus*, qui & *Manichæus* fuit; ubi cùm quatuor annos sedisset, mortuus est. Idem Rex anno Imperii sui primo, *Paulo* Patriarchâ *Constantinopolitano* in exilium, missō vice ejus *Eusebium*, etiam *Manichæum*, Patriarcham ibidem constituit; qui cùm tres annos sedisset, mortuus est. Quo ergò mortuo, Imperator *Paulum* Patriarcham, à se pridem relegatum, Cathedræ suæ restituit, quam tres annos occupavit, dein mortuus est. Anno Imperii ejusdem decimo constitutus est *Macedonius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui Spiritum Sanctum creatum esse asseruit; decem annos sedit, dein mortuus est. Anno Imperii sui vicesimo primo Imperator *Eudoxium* Patriarcham *Antiochenum*, *Constantinopolin* translatum, ibidem Patriarcham constituit: fuit hic *Manichæus*; decem annos sedit, dein mortuus est. Porrò, *Ægyptii* atque *Alexandrini*, cùm plerique *Ariani* & *Manichæi* essent, *Ægypti* atque *Alexandriæ* Ecclesias occupantes

pantes eas tenuerunt, nec non in *Athanasium* Patriarcham *Alexandrinum*, ipsum trucidandi animo, irruerunt, ille verò fugâ ab ipsis dilapsus delituit, cùm jam munere Patriarchali decem annis functus fuisset; constitutúsque est *Gregorius*, qui *Manichæus* fuit, Patriarcha *Alexandrinus*, qui annos decem sedit, dein mortuus est. Illo mortuo *Athanasius* Patriarcha *Alexandrinus* in locum suum reversus tres annos sedit. Eodem tempore *Constantinopoli Alexandriam* veniens Præfectus quidam nomine *Syrianus*, qui *Arianus* fuit, *Athanasium* Patriarcham in locum quendam *Tiberiada* dictum relegavit, Patriarchâ *Alexandriæ* constituto *Georgio*, qui *Arianus fuit*, annósque sex sedit. Dein abiit *Syrianus* Præfectus *Constantinopolin* petiturus; quo *Alexandriâ* profecto urbis ejus incolæ *Melchiani Georgium* Patriarcham adorti, ipsum interfectum igne cremârunt, reversúsque est in locum suum *Athanasius*. Eodem tempore procellis agitatum mare multa *Alexandriæ* loca, nec non Ecclesias, aquâ obruit. Obiit autem Imperator *Constantinus Constantini* filius cùm Imperium annos viginti quatuor occupâsset. Post quem in *Romanos* duos annos regnavit *Iulianus* Imperator, qui fidem abnegavit, idque anno regni *Saporis* filii *Saporis Persarum* Regis vicesimo primo. Imperator iste *Iulianus* fide

Christianâ

واخذوها ووثبوا علي اثناسيوس بطريرك الاسكندرية
ليقتلوه فهرب منهم واختفا وكان في ذلك الوقت
بطريرك ثلثة عشر سنة وصير اغريغوريوس بطريركا
علي الاسكندرية وكان مناني اقام اثني عشر سنة
ومات وبعد موته رجع اثناسيوس بطريرك الاسكندرية
الي موضعه اقام ثلاث سنين وفي ذلك الزمان قدم
قايد من القسطنطينية الي الاسكندرية يقال له
سوبرياذوس وكان اريوسي فنفي اثناسيوس البطريرك
الي موضع يقال له طيبارياده وصير جريج بطريرك علي
الاسكندرية وكان اريوسي اقام ست سنين وخرج
سوبرياذوس القايد من الاسكندرية يريد القسطنطينية فلما
خرج من الاسكندرية وثب اهل الاسكندرية الملكيين علي
جريج البطريرك فقتلوه واحرقوه بالنار ورجع اثناسيوس
البطريرك الي موضعه وفي ذلك العصر هاج البحر
وغرق من الاسكندرية مواضع كثيرة وكنايس عدة ومات
الملك قسطنطين ابن قسطنطين ولـــه في الملك اربعة
وعشرون سنة وملك بعده يولياذوس الملك الكافر علي
الروم سنتين وذلك في احد وعشرين سنة من ملك
سابور ابن سابور ملك الفرس وكان يولياذوس الملك

هذا كافر بدين النصرانية واراد ان يرد الناس الي
عبادة الاصنام وقتل من الشهدا خلق كثير وفي اول
سنة من ملكه وثب اهل بيت المقدس من كان منهم
اريوسي علي كورلس اسقف بيت المقدس ليقتلوه فهرب
منهم فصيروا اراقليوس اسقف علي بيت المقدس وكان
اريوسي اقام ثلاث سنين ومات وفي ثاني سنة من ملكه
صير مليطياذوس بطريركا علي اذطاكية وكان علي
الامادة المستقيمة اقام خمسة وعشرين سنة وفي واحد
وعشرين سنة من رياسته كان المجمع الثاني بالقسطنطينية
وكان في عصر هذا الملك بالاسكندرية اثناسيوس البطريرك
وبالقسطنطينية اون وكسيوس البطريرك المناني وفي رومية
لينارپوس البطريرك وكان ايضا في عصر هذا الملك
باسليوس اسقف قيسارية قبان وكية التي بارض الروم
واغريغوريوس اسقف دازبازوا وكان اهل هذه المدينة
دازبازو كلهم صابيين ووضع غريغوريوس اسقف دازبازو
مير في ميلاد سيدنا المسيح ويقول في ابتدا المير
المسيح ولد فمجدوا المسيح من السما استقبلوا المسيح
علي الارض ارفعوا فلما قراه عليهم هزوا واقبلوا يضحكوا
منه فلما كان عيد الجهم وضع ايضا غريغوريوس
مير

Christianâ abnegatâ, homines ad Idolorum cultum reducere ſtuduit, magnámque Martyrum multitudinem morte affecit. Anno Imperii ejus primo, ex incolis *Hieroſolymorum*, qui *Arii* partes ſequebantur, *Cyrillum* Epiſcopum *Hieroſolymitanum*, ipſum trucidandi animo, adorti ſunt. Qui cùm fugâ ſe ab ipſis eripuiſſet, illi *Eraclium Hieroſolymis* Epiſcopum præfecerunt; fuit is *Arianus*. tres annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno Imperii ejuſdem ſecundo creatus eſt *Meletianus* Patriarcha *Antiochenus*, qui Orthodoxus fuit; annos viginti quinque ſedit, cujus Præfecturæ anno viceſimo primo celebratum eſt *Conſtantinopoli* Concilium ſecundum. Sub hoc Imperatore Patriarcha *Alexandrinus* fuit *Athanaſius*; *Conſtantinopolitanus*, *Eudoxius* Manichæus; *Romanus*, *Linarius*. Eodem Imperante floruit *Baſilius Cæſareæ Cappadociæ*, quæ in *Romanorum* ditione eſt, Epiſcopus; nec non *Gregorius*, *Naziazu* Epiſcopus: urbis autem iſtius *Naziazu* incolæ omnes *Sabii* erant. Cùm ergò *Gregorius* Epiſcopus *Nazianzenus* orationem haberet in natali *Chriſti* Domini noſtri, cujus initio diceret, Natus eſt *Chriſtus*, glorificate; *Chriſtus* de cœlo, excipite; *Chriſtus* in terra, exaltate; eámque coram ipſis recitâſſet, ii illudentes ipſum irridere cœperunt. Cùm ergò adventâſſent *Epiphania* aliam etiam

orationem compoſuit, in qua *Sabiorum* religionem traduxit, ipſóſque probris affecit, eam ſcil. ſub cujus initium dicit, Rurſum *Ieſus* meus, & rurſum myſterium. Tempore etiam *Iuliani* Apoſtatæ floruit *Anba Antonius*, qui primus erat Monachorum *Ægypti* deſertum incolentium, ubi Monaſteriis extructis Monachos congregavit. Nec non *Anba Ilarius* in *Syria*, qui primus erat Monachorum *Iordanis* deſertum incolentium, & in ipſo Monachos collegit, & Monaſteria locáque quamplurima extruxit. Nuntiatum autem eſt *Iuliano* Apoſtatæ Imperatori ſtatuiſſe *Saporem Saporis* filium *Perſarum* Regem, ipſum bello aggredi. Paratis ergò copiis profectus eſt *Iulianus* ipſi in occurſum. Pravæ autem converſationis ipſius, fideíq; ac intentionis malæ gratiâ, quódque homines ad Idololatriam impellere ſtuderet, factum eſt ut ipſum prælio devictum interficeret *Sapores Perſarum* Rex, magnámq; ſequacium ipſius ſtragem ederet Memoriæ autem prodidit *Baſilius Cæſareæ Cappadociæ* Epiſcopus, ſe loco ſuo ſedentem ante oculos tabulam habuiſſe in qua depicta erat *Mercurii* Martyris effigies; dum verò tabulam inſpiceret diſparuiſſe Martyris effigiem: quod dum ille miraretur, poſt modicum temporis ſpatium eandem in tabulam rediiſſe, atque in

مير يهتك فيه دين الصابيين وفضحهم فيه وهو المير
الذي يقول في ابتدايه وايضا ايسوعي اذا وايضا شرا
وكان في عصر يوليانوس الكافر ابا اطون وهو
اول راهب سكن في برية مصر وبنا الديارات وتبع
الرهبان وكان ابا ايلاريون بالشام وهو اول راهب
سكن بريـة الاردن وتبع الرهبان فيها وبنا
الديارات وبنا مواضعا كثيرة وبلغ يوليانوس
الملك الكافر ان سابور ملك الفرس يريد غزوه
فاستعد يوليانوس الكافر وخرج اليه فلشر مذهبه
ورداة ديئة وفيته وماكان اراد ان ياخذ الناس
به من عبادة الاصنام ظفر به سابور ابن سابور
ملك الفرس وقتله في الحرب وقتل
من اصحابه مقتلة عظيمة وذكر
باسيليوس اسقف قيسارية قبان وكية
انه كان جالس في مجلسه وبحذاه لوح
فيه صورة الشهيد مرقوريوس فنظر الي اللوح
فلم ير فيه صورة الشهيد
فعجب من ذلك ولم يكن الا ساعة حتي
عادت صورة الشهيد الي اللوح وفي طرف الحربة المصرة
التي

التي في يد الشهيد المذكور مرقوريوس شبعه بالدم فكثر تعجب باسيليوس الاسقف من ذلك وبقي متحيراحتي بلغه ان يوليانوس الكافر قتل في الحرب في تلك الساعة فعلم باسيليوس ان مرقوريوس الشهيد الذي قتله لشدة بغضه النصاري وما كان عزم عليه من عبادة الاصنام فلما قتل يوليانوس الملك الكافر ملك بعده يوليانوس علي الروم سنة واحده وذلك في احد وعشرين سنة من ملك سابور ابن سابور ملك الفرس وكان يوبيانوس حسن الامانة دابا عن دين النصاري فخرج عليه خارجي فخرج للقايه ليقاتله فمات في الطريق في موضع يقال له دادس وملك بعده والنطيوس علي الروم اثني عشر سنة وذلك في اربعة وعشرين سنة من ملك سابور ابن سابور ملك الفرس وفي ثلاث سنين من ملكه صير دامسيوس بطريركا علي رومية اقام ثمانية وعشرين سنة ومات وفي سبعة عشر سنة من رياسته كان المجمع الثاني في القسطنطينية وفي اربع سنين من ملك والنطيوس صير ديموقليوس بطريرك علي القسطنطينية وكان مناذي اقام احد عشر سنة ومات

mucrone lanceæ quæ in prædicti Martyris manu depicta fuit, sanguini quid simile fuit. Quo, majori admiratione percussus, *Basilius* Episcopus confusus hæsit, donec ipsi nuntiaretur *Julianum* Apostatam eâdem hora in prælio occidisse; unde *Basilius* notum habuit ipsum, ob magnum quo *Christianos* prosecutus est, odium, quemque promovere conatus est Idolorum cultum, à *Mercurio* Martyre interfectum. Occiso *Juliano* Imperatore Apostatâ post ipsum *Romanis* annum unum imperavit *Jovianus*; idque anno regni *Saporis* filii *Saporis Persarum* Regis vicesimo primo. Fuit *Jovianus* fide Orthodoxus, Religionis *Christianæ* propugnator; at profecto contra ipsum rebelli quodam, ipse ad bellum illi inferendum progressus mortuus est in via, loco quodam *Dares* dicto. Regnavit post ipsum in *Romanos Valens* annos duodecim: idque anno regni *Saporis* filii *Saporis Persarum* Regis vicesimo quarto. Anno Imperii ejus tertio constitutus est *Damasius* Patriarcha *Romanus*, qui annos viginti octo sedit, dein mortuus est: cujus Præfecturæ anno decimo septimo celebratum est Concilium secundum *Constantinopolitanum*. Anno quarto Imperii *Valentii* constitutus est *Democlius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui *Manichæus* fuit, annos undecim sedit, dein moruus est

est. Anno Imperii ipsius primo constitutus est *Arnis* Episcopus *Hierosolymitanus*, qui & *Manichæus* fuit, & cùm annos quinque sedisset mortuus est. Anno Imperii ejusdem septimo factus est *Ilarius* Episcopus *Hierosolymitanus*, qui *Arianus* erat; annos quatuor sedit, dein mortuus est. Eo mortuo rediit *Cyrillus* Episcopus *Hierosolymitanus*, qui ab *Arianis* fugerat, in locum suum, ubi annos sedecim sedit, dein mortuus est. Totum ergò temporis spatium quo Episcopatu functus est *Cyrillus* annorum erat triginta trium. Episcopatûs ipsius anno vicesimo septimo fuit Conciliũ *Constantinopolitanum* secundum. Quin & *Alexandrini Athanasium* Patriarcham animo ipsum trucidandi adorti sunt, ille verò fugâ prolapsus delituit. *Lucium* ergò *Arianum*, ad Patriarchalem *Alexandriæ* dignitatem evexerunt. Quinque autem elapsis mensibus convenientes Episcopi nonnulli unà cum *Christianorum Melchitarum* multitudine *Lucio* Patriarchæ maledixerunt, ipsúmque in exilium pepulerunt, reversúsque *Athanasius* Patriarcha in sedem suam, ipsam donec moreretur occupavit. Patriarchatu autem functus est annos quadraginta sex. Anno Imperii *Valentii* octavo constitutus est *Petrus* Patriarcha *Alexandrinus*, quem cùm animo ipsum occidendi adorti essent *Ariani* ipse fugâ se proripuit.

ومات وفي اول سنة من ملكه صير ارخيس اسقفا
علي بيت المقدس وكان مناني اقام خمس سنين ومات
وفي سبع سنين من ملكه صير ايلاريوس اسقف علي
بيت المقدس وكان اريوسي اقام اربع سنين ومات
وبعد موته رجع كيرللس اسقف بيت المقدس الذي
كان هرب من الاريوسيين الي موضعه اقام ستة
عشر سنة ومات فجميع ما اقام كيرللس اسقفا
ثلثا وثلثون سنة وفي سبعة وعشرين سنة
من رياسته كان المجمع الثاني بالقسطنطينية
واما اهل الاسكندرية فوثبوا علي اثناسيوس
البطريرك ايضا ليقتلوه فهرب منهم واستخفا
وصيروا لوكيوس بطريركا علي الاسكندرية وكان
اريوسي وبعد خمسة اشهر اجتمع جماعة من
الاساقفة ومعهم جماعة من النصاري الملكية
فلعنوا لوكيوس البطريرك ودفوه ورجع اثناسيوس
البطريرك الي موضعه فاقام الي ان مات وكان
له بطريركا ستة واربعين سنة وفي
ثمان سنين من ملك والنطيوس صير بطرس بطريركا
علي الاكندرية فوثب عليه اصحاب اريوس ليقتلوه

فهرب منهم ثم ردوا لوكيوس المنفي فاقام ثلاث سنين
فوثب عليه الملكية ليقتلوه فهرب منهم وردوا بطرس
البطريرك الي موضعه فاقام ست سنين ومات وخرج
علي والنطيوس خارجي في المغرب فخرج اليه بجيوش
فقتل والنطيوس في الحرب وملك بعده اخوه واليس
علي الروم ثلاث سنين وذلك في سنة وثلثين سنة من
ملك سابور ابن سابور ملك الفرس وفي عصر واليس
ملك الروم كان بالاسكندرية رجل يقال له
ثاوذورس يجادل ويقاتل عن مقالة الملكية ويرد علي
اصحاب اريوس فاخذوه اصحاب اريوس اللعين
شدوا يديه وجعلوه في ارجل الخيل وجروها في الصحراء
حتي تقطعت اوصاله واستشهد وفي سنتين من ملك
واليس ملك الروم صير تيموثاوس بطريركا علي الاسكندرية
وهو اخو بطرس بطريرك الاسكندرية الذي كان قبله
اقام سبع سنين ومات وفي ستة سنين من رياسته
كان المجمع الثاني بالقسطنطينية وبنا تيموثاوس
البطريرك بالاسكندرية كنايس كثيرة وقواويسا عدة
ورد خلف كثير من مقالة اريوس الي مقالة الملكية
وفي ثلاث سنين من ملك واليس ملك الروم صير
اوغريوس

ripuit. Deinde ſedi ſuæ redditus cùm eam ſex annos occupâſſet mortuus eſt. Concitavit autem quidam contra *Valentium* rebellionem in Occidente, contra quem ille cum copiis ſuis profectus in bello occidit, Imperante poſt ipſum *Romanis* fratre ipſius *Valente* annos tres, ídque anno regni *Saporis*, filii *Saporis*, *Perſarum* Regis, triceſimo ſexto. Porrò tempore *Valentis* Imperatoris, *Alexandriæ* fuit vir quidam nomine *Theodorus* qui *Melchitarum* ſententiam diſputando tuebatur, *Arianorum* autem refutabat: quem ergò captum *Arii* maledicti aſſeclæ, vinctis manibus, equorum pedibus alligârunt, quos deinde in campo ad curſum incitârunt, donec diſcerptis membrorum compagibus Martyrium paſſus ſit. Anno Imperii *Valentis Romanorum* Imperatoris ſecundo conſtitutus eſt *Timotheus* Patriarcha *Alexandrinus*, qui *Petri* Patriarchæ *Alexandrini* anteceſſoris ſui frater fuit; ſeptem annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno autem præfecturæ ipſius ſexto habitum eſt Concilium *Conſtantinopolitanum* ſecundum. Extruxit autem *Timotheus* Patriarcha *Alexandriæ* Eccleſias complures, & monumenta non pauca. Multos etiam ab *Arii* ſententia ad *Melchitarum* doctrinam convertit. Anno Imperii ejuſdem *Valentis Romanorum* Imperatoris ſecundo, conſtitutus eſt *Evagrius* Patriarcha

Constantinopolitanus : fidem hic *Melchitarum* professus, cùm duos menses sedisset in exilium pulsus est. *Valens* ergò Imperator accersito *Gregorio Nazianzeno*, ipsum sedis *Constantinopolitanæ* curam suscipere jussit, cujus ergò res quatuor annos administravit, dein mortuus est. Sub eodem *Valente Romanorum* Imperatore natus est Sanctus *Euthymius*. Concitavit autem quidam in Occidente contra *Valentem* rebellionem, adversùs quem cùm ipse exercitum duxisset, commisso inter ipsos pluribus diebus prœlio, loco quodam *Taraka* dicto, in fugam conversus *Valens* Imperator ad vicum quendam in ditione *Adrianopolitana* confugit, ubi ipsum unà cum vico igne immisso combusserunt. Successit ipsi filius *Valentianus*, quócum unà *Romanis* imperavit *Gratianus* tres annos. Mortuo deinde *Gratiano* Imperatore, nec non paucis post ipsum diebus Imperatore etiam *Valentiano*, orta est inter *Romanos* magna de Imperio [conferendo] dissentio, dicentibus quibusdam, Imperium in nos teneat unus è filiis *Valentiani* Imperatoris magni; aliis, ne imperet nobis nisi aliquis à nobis probatus, qui fidem *Christianam* propugnet. Quin & discrepantes fuerunt *Christianorum* opiniones, & diviſæ ſententiæ, quibus tandem prævaluit *Arianorum*, & *Macedonianorum* ſententiæ.

Sex

اوغريوس بطريرك علي القسطنطينية وكان علي دين
الملكية اقام شهرين وفي ووجه والبس الملك فاشخص
غريغوريوس اسقف كازيازو وامره ان يلزم كرسي
القسطنطينية فاقام غريغوريوس يدبره اربع سنين ومات
وفي عصر والبس ملك الروم ولد افثيميوس القديس وخرج
علي والبس خارجي في المغرب فخرج اليه بجيوشه
وكان الحرب بينهما اياما كثيرة في موضع يقال
له تراقا فانهزم والبس ملك الروم والتجي الي قرية
في داخية ادريانوبوليس فاحرقوه هو والقرية بالنار
وملك بعده ابنه والنتيانوس ومعه غراتيانوس
علي الروم ثلاث سنين فمات غرتيانوس الملك
وبعده بايام يسيرة مات والنتيانوس الملك فوقع
بين الروم اختلاف كثير في المملكة
فقال قوم يملك علينا واحد من اولاد والنتيانوس
الملك الكبير وقال قوم لايملك علينا الا رجل
ترضا حاله ويكون يقاتل عن دين النصرانية
واختلفت اراء النصاري وكثرة مقالاتهم وغلب عليهم
مقالة الاريوسيين واصحاب مكدونيوس واقاموا مضطربين
سنة

ستة اشهر بلا ملك ولم يكن علي القسطنطينية ان ذاك
بطريرك لان بعد موت عريغوريوس اسقف دازباز الذي
كان يدبر كرسي القسطنطينية بقي الكرسي بغير
بطريرك فاجتمعوا الوزرا والقواد الي اسقف من اساقفة
القسطنطينية يقال له كورش وكان خيرا
فاضلا فقالوا قد ارضينا بك وبكلما تحكم به
علينا وصيرنا الاختيار اليك فاختار رجلا ترضا
حاله وصيره علينا ملكا لاننا ان بقينا
بلا ملك خفنا من الفرس وغيرهم ان يغزوا بلادنا
فيتمكنون منا لكثرة ارادا وشدة اختلافنا
فيهلكونا فقال لهم الاسقف ان انا اخترت
لكم رجلا واقمته عليكم ملكا لم امن ان
يرضا به بعضكم ولا يرضا به البعض فيقع بعضكم
في بعض فيصير الحرب بينكم والقتل ولكني قد
رايت رايا اعرضه عليكم فان احببتم الي ذلك
فهو اصلح لي ولكم فقالوا له وما هو قال
لهم الاسقف يصيح الصايح في مدينة القسطنطينية
الا يبقا احد من الناس حتي يحضر عند مغيب
الشمس الي الكنيسة فنقيم الصلاة الليل كله ومر
الغد

Sex ergò menſibus conturbati manſerunt abſque Imperatore. Neque ullus eo tempore *Conſtantinopoli* præfuit Patriarcha. Nam à morte *Gregorii* Epiſcopi *Nazianzeni*, qui ſedis *Conſtantinopolitanæ* curam geſſerat, vacua remanſit cathedra nullo ſuffecto Patriarchâ. Convenientes ergò Senatores & Duces quendam ex Epiſcopis nomine *Cyrum*, virum probum & egregium, Te (inquiunt) acceptum habemus, & quodcunque tibi de nobis ſtatuere viſum fuerit; tibi ergò optionem permittimus, ut virum cujus tibi mores probati fuerint nobis Regem conſtituas: Si enim abſque Rege permanſerimus à *Perſis* aliiſque timemus, ne regionem noſtram invadentes nobis, præ opinionum multitudine & differentiarum magnitudine, prævalentes, nos perdant. Reſpondit ipſis Epiſcopus, Si ego virum aliquem electum vobis Regem præfecero, vereor ne dum aliis placuerit aliis verò non, bella inter vos & cædes oriantur: Verùm quæ mihi in mentem venit ſententia vobis explicabo, quam ſi amplexi fueritis & mihi & vobis utilior eſt futura. Quænam (inquiunt) iſta eſt? Reſpondit Epiſcopus, Ut per totam urbem *Conſtantinopolitanam*, præconis voce edicatur, ne ſit qui ad Solis occaſum in Eccleſia non conveniat, ubi totam noctem precibus impendentes, dein

dein mane ſacra celebrantes Deum & Dominum noſtrum *Jeſum Chriſtum* rogemus ut nobis Regem eligat, & quemcunque ipſe elegerit nobis Regem præficiamus. In cujus ſententiam deſcenderunt. Fuerunt autem *Conſtantinopoli*, viri duo pauperes, tenuis ſortis, amicitiâ inter ſe conjuncti quorum unus nomine *Theodoſius*, vir barbæ raræ, annos triginta natus; alter *Theophilus*, ſapiens & Philoſophus, annos natus viginti quinque. Hi quotidiè ſimul *Conſtantinopoli* manè egreſſi ligna colligebant, quæ capitibus ſuis geſtata vendentes, dimidiam pretii partem pauperibus diſtribuebant, alterâ victum & reliqua ſibi neceſſaria comparabant, nec quicquam ipſos præter noctem dirimebat, utroque domum ſuam abeunte, dein ad penſum ſuum redeunte. Eo igitur die *Theophilus* bene manè ad *Theodoſium* accedente ut ipſum è ſomno excitaret quo lignatum proficiſcerentur, evocatus ipſe egreſſus, Frater mi (inquit) inſomnio modò, quod mihi valdè mirum viſum eſt, detentus ſum donec te inclamante experrectus ſum metu perculſus; quod ſi invenirem qui mihi interpretaretur, darem illi quicquid totâ hâc ſeptimanâ lucraturus ſum, ea quâ ſum paupertate cum nihil aliud ſupperat quam quod lignis vendendis acquiram. Cui *Theophilus*, Mihi, inquit, ſomniorum interpretandorum

الغد نقدس وسيل الاهنا وسيدنا يسوع ان يختار لنا
ملكا فمن اختاره لنا ملكناه علينا فرضوا بذلك
وكان بالقسطنطينية رجلان فقيران ضعيفان
متصادقان اسم احدهما ثاون وسيوس وكان له
ثلاثون سنة والاخر اسمه ثاوفيلس كان حكيما
فيلسوفا وكان له خمسة وعشرين سنة وكانا جميعا في
كل يوم يخرجان من القسطنطينية بالغداة فيحتطبان
ويحملانه علي رءوسهما ويبيعانه ويتصدقان بنصف ثمنه
علي المساكين والباقي يشتريان به طعاما وما يصلح
لهما ولم يكن يفرق بينهما الا الليل ينصرف كل
واحد منهما الي منزله ثم يعودان علي رءوسهما ففي
ذلك اليوم بكر ثاوفيلس الي ثاون وسيوس بسحر
كبير ليقيمه وينبهه من نومه ليخرجان ويحتطبان فلما
صوت به خرج اليه ثاون وسيوس فقال له يا اخي
كنت الساعة في رويا رايتها عجيبة جدا حتي
صوت بي فانتبهت جزعا فلو اصبت من يفسرها
لي دفعت اليه ما اكسبه تعتي كلها
ان كنت مسكينا وليس عندي الا ما
اكتسبه من الحطب فقال له ثاوفيلس عندي معرفة

تفسير الرويا فقص علي رويالك وانا باشبة سيدنا
المسيح افسرها لك ولا تحتاج تغرم لمن يفسرها شيا فقال
قارن وسيوس بينما انا نايم ان سمعت صوتا عظيما
فانتبهت لذلك الصوت جزعا فقلت في نفسي ان
عساكر الفرس وافت الي القسطنطينية فخرجت
مسرعا الي الطريق فما رايت احدا ولا سمعت حسا
فرجعت الي مضجعي ونمت فرايت كاني في صحرا
عظيمة واسعة جدا مملوة كباشا وغنما
وبقرا ودوابا وسباعا وطيورا من كل جنس
ودرع من الحيوان واشجارا عظاما واثمار
نموحا كثيرة جدا فقلت في نفسي
ليت لي من هذا القمح شيا فاني مسكين
فبينما انا انظر الي الحيوان والاشجار والقموح
ان اقبل الي رجل طوله مقدار خمسين ذراعا
وجسده يلمع مثل الذهب الابريز وفي يده
اليمني سيف له حدان وفي السيف اربعة خواتيم
تلمع مثل الذهب وفي يده الشمال
ترس من ذهب فلما رايته بدوا مني فزعت
وسقطت علي وجهي فاخذ بيدي واقامني
وقال

pretandorum peritia eſt, Tu ergò ſi tuum mihi narraveris, ego, volente Domino *Chriſto*, ipſum tibi explicaturus ſum, ne opus habeas quicquam illi qui ipſum tibi interpretabitur impendere. Tum *Theodoſius*, Inter dormiendum (inquit) audivi vocem magnam, (quâ expergefactus metu conſternatus ſum,) mihi dicens, *Pervenerunt exercitus Perſarum Conſtantinopolim*, quare accelerato greſſu in viam progreſſus, ibi nec quenquam vidi, nec quicquam audivi. In cubile ergò reverſus dormivi, vidíque me quaſi in deſerto loco atque admodum amplo conſtitutum, eóque arietibus, ovibus, bobus, jumentis, feris, volucribus, atque animalibus omnigenis, arboribúſque prægrandibus referto, nec non acervis frumenti ingentibus quamplurimis. Dixi ergò apud me, Utinam mihi frumenti hujus aliquid eſſet, cùm pauper ſim. Interea autem dum animalia arbores & frumentum oculis perluſtro, ecce acceſſit ad me vir cubitos quinquaginta altus, corpore auri inſtàr obryzi fulgido, dextrâ gladium ancipitem tenens, erántque gladio quatuor impreſſa ſigilla inſtàr auri micantia; ſiniſtrâ autem ſcutum aureum. Quem cùm ad me accedentem viderem, metu conſternatus in faciem procidi. Ille autem manu meâ prehenſâ me erigens, Ne metuas, inquit,

quit, Quid eſt quod ex [omnibus in] hoc deſerto optares? Tum ego, Domine mi, non optarem ego aliud quàm frumenti parum. Reſpondit ille, Quicquid in hoc deſerto vides, ab hoc tempore tuum eſt, tuáque in poteſtate. Deinde dixit mihi, Sequere me. Secutus ergò ipſum dum unà cum ipſo proficiſcerer, vidi arietes, oves, boves, jumenta, & volucres, ſe mihi incurvare, arbores etiam mihi honorem capitibus inclinatis deferre, leones autem in me rugire, à quibus cùm magnopere metuerem, Ne metuas, inquit, ſed gladium iſtum & clypeum prehende; iis tibi in manum ſumptis, (erat autem gladius anceps, quatuor habens ſigilla,) Quos ergò ab ipſo acceptos cùm tenerem, feræ; illis in manu mea conſpectis, ſtatim in terram procidentes me adorârunt. Tum me ad mare perduxit, ubi columnam ex luce, è mari prodeuntem vidi. Vir autem ille manu ſuâ extenſâ columnam apprehendens eâ me induit Diviſa autem eſt columna iſta in tres ſtellas, quarum primà quæ unionis inſtar erat, me pectus uſque circumdedit; ſecundà, quæ inſtar ſmaragdi, femora uſque: tertia verò, quæ inſtàr hyacinthi rubicantis, pedes uſque Deinde me manu prehenſum cùm ad deſertum iſtud magnum reduxiſſet, Tolle, inquit, in cœlum oculos uos. Sublatis

وقال لي لا تخف وما الذي تحب من هذه الصحرا
فقلت يا سيدي ما احب منها شيا الا قليل قمح فقال
لي كلما تري في هذه الصحرا من الان فهو لك وفي
سلطانك ثم قال لي اتبعني فتبعته فاذا امشي معه
ان رايت الكباش والغنم والبقر والذواب والطيور
يسجدون لي والاشجار تطاطي روسها وتسجد لي
فاما السباع فكانت تزير في وجهي ففزعت منها فزعا
شديدا فقال لي لا تفزع خذ هذا السيف والترس
فامسكهما في يدك وكان السيف ذو حدين
وفيه اربع خواتيم فاخذتهما منه ومسكتهما فلما
نظرت السباع الي السيف والترس في يدي خروا
علي الارض وسجدوا لي ثم مضا بي الي البحر فرايت
عمودا من ضو خرج من البحر فمد يده الرجل واخذ
العمود والبسني اياه فانقسم ذلك العمود ثلاثة كواكب
فالكوكب الاول كان مثل اللولو وقد احاط بي
الي صدري والاخر مثل الزبرجد وقد احاط بي الي
افخادي والكوكب الثالث كان مثل الياقوت
الاحمر قد احاط بي الي قدماي ثم اخذ بيدي ورد بي
الي تلك الصحرا الكبيرة وقال لي ارفع عينيك الي السما
فرفعت

فرفعت عيني فنظرت الي نجم كبير مثل البرق قد اقتسم
قسمين فسقط علي راسي ثم جا في الي ناحية من الصحراء
فاذا شوك كثير نابت وفي وسط الشوك اشجار
غير مثمرة ثم اذه ادخلني الي خيمة عظيمة حسنة فنظرت
في جوف الخيمة واذا في وسطها جمل وعين ما
ابيض مثل اللبن فصار ذلك الجمل
مثل لهيب النار وصعد الي السماء مع
ذلك الما فخرجت من الخيمة فربت في يد الرجل
مفتاحا طوله ذراع في عرض ذراع فدفعه الي
فقلت له ياسيدي كيف استطيع احمل الترس
والسيف وهذا المفتاح قال لي بهذا امرت فبقيت
متفكرا لمن ادفع المفتاح فرايتك قايما
عن يميني وانت مشتمل بردا ابيض حسن وعمامة
علي راسك فدفعت اليك المفتاح وغاب عني الرجل
فمضيت انا وانت نريد منزلنا
فصادفنا حايطا قد اخذ عرض الطريق ويكون
طوله مايتي ذراع فقلت كيف يتهيا لنا
نجوز هذا الحايط فبينما نحن كذلك
ان رايت ضوا قد نزل من السماء كالبرق فرما
الحايط

latis ergò oculis, ſtellam magnam fulguris inſtàr, conſpexi quæ in duas partes diviſa mihi in caput decidit: tum ad latus deſerti me deduxit, ubi multi creſcebant ſentes, & inter medios ſentes arbores infrugiferæ. Dein ad tentorium magnum & pulchrum me perduxit, cujus partem interiorem dum perluſtrarem ecce in ipſius medio agnus erat, & fons aquæ lactis inſtàr albicantis. Agnus autem iſte quaſi in flammam ignis converſus in cœlum unà cùm aqua iſta aſcendebat. Egreſſus ergò tentorio vidi in manu Viri iſtius clavem cubiti longitudine, eâdémque latitudine, quam cùm mihi tradidiſſet, dixi, Domine mi, Quomodo unà clypeum, enſem, & hanc clavem ferre poſſum? Reſpondit ille, Hoc eſt quod tibi in mandatis datum eſt. Dum autem cui clavem traderem cogitabundus ſubſtiti, te ad dextram mihi adſtantem vidi, pallio candido pulchro indutum, capútque tiarâ cinctum habens; tibi ergò clavem tradidi. Tum diſcedente à me viro iſto, ego unà & tu domum noſtram petituri abivimus; obviam autem murum offendimus, qui viam nobis intercluſit, cubitos ducentos longum. Dixi ergò, Quomodo fiet ut murum hunc tranſire poſſimus? his dum occupati fuimus, ecce lucem fulguris inſtàr è cœlo deſcendentem vidi, quæ cùm

murum

murum illum dejeciſſet, tranſivimus, Tum te inclamante experrectus ſum. Dixit illi *Theophilus*, Si verè viſum tuum mihi retuleris, futurum eſt ut tu Rex eligaris; ſomnium ergò tibi interpretabor. Deſertum illud amplum mundus eſt. Arietes & Oves, homines ſunt, tam boni quàm mali, qui mundum incolunt; jumenta, *Græci*; volucres, urbes & oppida univerſim; arbores Conſiliarii & Duces, Hi omnes te in regno tuo colent: Leones verò regni hoſtes ſunt: Gladius anceps, Lex cæteríque Veteris & Novi Teſtamenti libri; Quatuor ſigilla gladio impreſſa, quatuor Evangelia: Acervi frumenti, magnam opum copiam in regno tuo denotant: Columna lucis quâ indutus es, Dei in te gratiam, quâ ſæculo tuo florebis: Tres ſtellæ quæ te cinxerunt, baptiſma quo tinctus es in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Stella quæ è cœlo in caput tuum deſcendit, corona tua regia eſt, quam ut vidiſti in duas partes dividi, ita futurum eſt ut ſint tibi dum regnas filii duo. Sentes & arbores infrugiferæ, gentes ſunt quæ in Dominum *Chriſtum* non credunt. Tentorium, Eccleſia eſt: Agnus quem in ejus medio vidiſti, Euchariſtia: Aqua lacti ſimilis, Baptiſma, Et quemadmodum vidiſti agnum inſtàr flammæ ignis cum aquâ in cœlum aſcendere, ita eò aſcendit Euchariſtia.

Clavis,

الحايط وجرنا فاتبهت لصياحك فقال له ثاوفيلس فان
صدقت رويا ك فانت الملك المختار وانا افسر لك رويا ك
اما الصحرا الكبيرة فهي الدنيا والكباش والغنم فهم
الناس الصالحون والطالحون الكاينون في الدنيا والدواب
هم اليوداديون والطيور مم كل مدينة وقرية والاشجار هم
الوزرا والقواد وهولاي كلهم يسجدون لك في ملكك
والسباع هم اعدا الملك والسيف الذي له حدين فهو التوراة
والكتب العتيقة والحديثة والاربعة الخواتم التي في
السيف هم الاربعة الاناجيل والادار القمح كثرة الاموال
في ملكك والعود الضو الذي لبهته فهو رجة الله صارت
عليك وقمر في ايامك والثلثة كواكب التي صارت عليك
فهي المعمودية التي لبهتها باسم الاب والابن والروح القدس
والكوكب الذي نزل من السما على راسك فهو تاج ملكك
وكما رايته انقسم قسمين يكون لك ولدين في ملكك
والشوك والاشجار الغير مثمرة هم الامم الذين لا يومنون
بسيدنا المسيح والخيمة في الكنيسة والجمل الذي رايته
في وسط الخيمة هو القربان والما الذي مثل اللبن هو
المعمودية وكما رايت الجمل كمثل لهيب النار مع
الماء صعد الي السما كذلك القربان يصعد الي السماء

والمفتاح هلطان عطيته لتقيم علي الكنيسة ريسا من
قبلك واذك اعطيتني المفتاح اي تصيرني بطريركا
والحايط هو السلامة والهدو الذي يكون ملكك فهذا تفسير
رؤياك فقال له ثاون وشيوس نعم يا اخي ما فسرت
فاما ان اكون انا ملكا وتكون انت بطريركا
فهذا ما لا يكون ابدا ولكن قم بنا نخرج الي
عملنا فلما خرجا نظرا الي الناس ذاهبين الي الكنيسة
فسالا الناس ما هذا اليوم فقالوا لهما نذهب الي
الكنيسة لننظر من يختاره الله لنا ملكا قال
ثاوفيلس لثاون وسيوس امضي بنا مع الناس الي الكنيسة
لعل رؤياك تصدق فلما دخلا الي الكنيسة وصليا
قال ثاون وسيوس لثاوفيلس ان علينا ثياب وسخة
خلقان فلنقف اخر الناس لعلنا نري ما يكون فلما فرغ
القداس وتفرغ الناس فاذا طير عظيم في فمه اكليل
من نور والناس ينظرون اليه ساعتين ويصيحون
يا رب ارحم فاقبل الطير حتي وضع اكليل النور علي راس
ثاون وسيوس فحمل من ساعته الي المذبح ونزع عنه
الاسقف الثياب الخلقان الوسخة والبسه ثياب
الملك وصير علي راسه تاج الملك
وبارك

Clavis, potestas est tibi data ad præfectum Ecclesiæ mandato tuo constituendum. Tu autem mihi clavem tradidisti, i.e. me Patriarcham constitues. Murus autem, Pax est & tranquillitas in regno tuo futura. Hæc visi tui interpretatio est. Respondet *Theodosius*, Quàm belle (mi frater) interpretatus es! Ego enim ut sim Rex, tu Patriarcha, illud est quod nunquam fieri potest. Verùm surge ut unà ad opus nostrum proficiscamur. Progressi autem cùm homines ad Ecclesiam itantes cernerent rogârunt, Quinã esset iste dies? à quibus responsum tulerunt, Ecclesiam petimus ut videamus quem nobis Regem electurus sit Deus. Dixit ergò *Theophilus Theodosio*, Eamus & nos unà cum reliquis ad Ecclesiam, forsan verum futurum est insomnium tuum. Cùm autem Ecclesiam ingressi orâssent, dixit *Theophilo Theodosius* vestes sunt nobis squallidæ & tritæ, ponè ergò homines consistamus, ut quid futurum sit videamus. Cùm ergò finitis sacris, cessâssent homines, ecce avis magna ore suo coronam ex luce tenens, in quam cùm duas horas oculos intendissent homines, miserere O Domine, ingeminantes, advolans illa coronam istam lucidam *Theodosii* capiti imposuit, cujus ergò statim ad altare gestati, vestibúsque tritis squallidis exuti, atque indumento Regio amicti, capiti diadema regium

gium cùm impoſuiſſet, ipſíque benedixiſſet Epiſcopus, equo è regiis quodam vectus eſt, nondum hæc quæ ſibi eveniſſent credens, cingentibus ipſum Conſiliariis & Ducibus donec ad *Daril Balat*, i.e. palatium regium, ipſum deduxiſſent, deinde redeuntibus. Imperavit ergò *Theodoſius Romanis*, qui & *Theodoſius Magnus* appellatus eſt, annos ſeptendecim, ídque anno regni *Saporis*, filii *Saporis Perſarum* Regis, quadrageſimo ſecundo. Tum *Theodoſium* Regem convenientes Conſiliarii & præfecti dixerunt ipſi, Corruptæ ſunt hominum ſententiæ, prævalente apud ipſos *Arii* & *Macedonii* doctrinâ; hoc ergò ut cures, fidémq; *Chriſtianam* defenſam, explices, literis ad omnes Patriarchas & Epiſcopos datis, convenire eos jubeas, ut de hac re diſpiciant, fidémque *Chriſtianam* explicatam dent. *Theodoſius* ergò Rex ſcriptis ad *Timotheum* Patriarcham *Alexandrinum*, *Meletium* Patriarcham *Antiochenum*, *Damaſum* Patriarcham *Romanum*, & *Cyrillum* Epiſcopum *Hieroſolymitanum*, literis, ipſos unà cum Epiſcopis ſuis *Conſtantinopoli* adeſſe juſſit, ut de fide *Chriſtiana* diſquirerent, eámque explicatam hominibus darent: convenerunt ergò Patriarchæ cum Epiſcopis ſuis *Conſtantinopolin*, uno excepto *Damaſo* Patriarchâ *Romano*, qui ipſe non venit, at ad *Theodoſium* veram fidem, eámque explicatam

وبارك عليه وحمل علي فرس من خيل الملك وهو
لايصدق في نفسه والوزرا والقواد حوله حتي ادخلوه
في دار البلاط اي في دار الملك وانصرفوا فملك
ثاون وسيوس علي الروم ويسما ثاون وسيوس الكبير
سبعة عشر سنة وذلك في اثنين واربعين سنة من
ملك سابور ابن سابور ملك الفرس ثم ان الوزرا
والقواد اجتمعوا الي ثاون وسيوس الملك وقالوا له ان
مقالة الناس قد فسدت وغلبت عليها مقالة اريوس
ومكدونيوس فتنظر في هذا وتدب عن امادة النصرانية
وتوضحها وتكتب الي جميع البطاركة والاساقفة ان
يجتمعوا وينظروا في هذا ويوضحوا دين النصرانية فكتب
ثاودوسيوس الملك الي تيوفاوس بطريرك
الاسكندرية والي ملاتيوس بطريرك انطاكية والي
داسيوس بطريرك رومية والي كيرللس اسقف
بيت المقدس ان يشخصوا مع اساقفتهم الي مدينة
القسطنطينية لينظروا في امادة النصرانية ويوضحوها
للناس فشخص البطاركة مع اساقفتهم الي القسطنطينية
ماخلا داسيوس بطريرك رومية فانه لم يشخص
الا انه كتب الي ثاون وسيوس الملك بالامادة الصحيحة
وشر

وشرحها واوضحها واجتمع في القسطنطينية ماية وخمسون
اسقفا وكان المقدم في الجماعة تيموثاوس بطريرك
الاسكندرية وملاتيوس بطريرك انطاكية وكيرلس
اسقف بيت المقدس فدفع اليهم ثاون و صيوس الملك
كتاب دامسيوس بطريرك رومية الذي كتب
فيه الامانة واوضحها فقروه واوضحوه ووقفوا علي
ما كتب في الامانة ثم نظروا في مقالة مكدونيوس
وكانت مقالته ان روح القدس ليس بالاه ولكن
مخلوق مصنوع فقال تيموثاوس بطريرك
الاسكندرية ليس روح القدس يعني غير روح الله
وليس روح الله شيا غير حياته فان قلنا ان روح
القدس مخلوق فقد قلنا ان روح الله مخلوق
واذا قلنا ان روح الله مخلوق فقد قلنا
ان حياته مخلوقة وان قلنا ان حياته
مخلوقة فقد زعمنا انه غير حي واذا زعمنا
انه غير حي فقد كفرنا به ومن كفر به
وجب عليه اللعن واتفقوا علي لعن مكدونيوس فلعنوه
هو واشياعه ولعنوا البطاركة الذين كانوا
بعده ويقولون بمقالته ولعنوا سابليوس
اسقف

tam & expoſitam, ſcripſit. Congregati ſunt ergò *Conſtantinopoli* Epiſcopi centum viginti. Concilii Præſides erant *Timotheus* Patriarcha *Alexandrinus*, *Meletius Antiochenus*, & *Cyrillus Hieroſolymorum* Epiſcopus; quibus tradidit *Theodoſius* Imperator literas *Damaſi* Patriarchæ *Romani*, in quibus fidem veram deſcripſerat, atque explicaverat: quibus lectis & expoſitis, in eandem, quam ipſe ſcripſerat, fidei confeſſionem conſenſerunt. Deinde *Macedonii* opinionem, ad examen revocârunt, cujus doctrina fuit, Spiritum Sanctum non eſſe Deum, verùm creatum, factum. Dixit ergò *Timotheus* Patriarcha *Alexandrinus*, Non aliud apud nos ſignificat Spiritus Sanctus quàm Spiritum Dei, non eſt autem Spiritus Dei, aliud quàm vita ipſius; ſi ergò dixerimus Spiritum Sanctum creatum eſſe, aſſerimus Spiritum Dei creatum eſſe; ſin Spiritum Dei creatum eſſe, vitam etiam ipſius creatam eſſe; quòd ſi vitam ipſius creatam affirmaverimus, autumaremus ipſum vitâ carere; atque hoc aſſerentes penitus ipſum abnegabimus; qui autem Deum negat maledictione dignus eſt. Conſentientes ergò in *Macedonii* maledictionem, ipſum cum aſſeclis ſuis devoverunt, nec non Patriarchas ipſi ſuccedentes, qui idem cum ipſo docuerunt. Maledixerunt etiam *Sabellio Libyæ*

Epiſcopo

Episcopo ejúsque assèclis, quòd assereret Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum unam esse Personam; necnon *Apollinario* ejúsque sequacibus, quòd affirmaret corpus *Christi* intellectûs expers esse. Porrò definierunt Spiritum Sanctum Creatorem esse & increatum, Deum verum, ejusdem cum Patre & Filio naturæ, substantiam unam naturam unam; addentes Fidei symbolo quod composuerunt Trecenti octodecim Episcopi, qui *Niciæ* convenerunt, *Et in Sp: Sanctum Dominum vivificantem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur*. Idque quòd Trecenti octodecim isti in fidei quam ediderunt confessione dixissent tantùm, *Et in Spiritum Sanctum*. Statuerunt etiam Patrem, Filium & Sp. Sanctum, tres esse Personas, tres hypostases, & tres proprietates, Unitatem in Trinitate, & Trinitatem in Unitate, Essentiam unam in Personis tribus, Deum Unum, Substantiam unam, Naturam unam; Nec non corpus Domini *Christi* animâ intelligenti rationali præditum. Porrò quendam ex latellitibus regiis nomine *Victorium*, Patriarchã *Constantinopolitanũ* constituerunt; statuerunt etiam Patriarcham *Romanum* ordine primum fore; *Constantinopolitanum*, secundum; *Alexandrinum*, tertium; *Antiochenum* verò quartum. Episcopum etiam *Hierosolymitanum* titulo Patriarchæ ornârunt

اسقف لوبية واشياعه لانه كان يقول ان الاب والابن
والروح القدس وجه واحد ولعنوا ابولينار يوس واشياعه
لانه كان يقول ان جسد سيدنا المسيح بلا عقل واثبتوا
ان روح القدس خالق غير مخلوق الاه حق من
طبيعة الاب والابن جوهر واحد وطبيعة واحدة وزادوا في
الامادة التي وضعوها الثلثماية وثمانية عشر اسقفا
الذين اجتمعوا بنيقية وبروح القدس الرب المحيي
المنبثق من الاب الذي هو مع الاب والابن مسجود له
وممجد وذلك ان الثلثماية وثمانية عشر انما قالوا في
الامادة التي وضعوها وبروح القدس فقط واثبتوا ان
الاب والابن وروح القدس ثلثة اقانيم وثلاثة وجوه
وثلثة خواص وحدية في تثليث تثليث في وحدية
كيان واحد في ثلثة اقانيم الاه واحد جوهر واحد
طبيعة واحدة واثبتوا ان جسد سيدنا المسيح
بنفس عاقلة ناطقة وصيروا واحدا من اعوان
الملك يقال له فيقوطوريوس بطريركا علي
القسطنطينية ورتبوا بطريرك رومية الاول وبطريرك
القسطنطينية الثاني وبطريرك الاسكندرية
الثالث وبطريرك انطاكية الرابع

وصيروا اسقف بيت المقدس بطريركا لانه انما كان
اسقف ولم يكن قبل ذلك علي بيت المقدس بطريرك
فرتبوه خامسا وانصرفوا فمن المجمع الاول الثلثماية
وثمانية عشر اسقف الذين اجتمعوا في مدينة
نيقية الي هذا المجمع الثاني المايتة وخمسين اسقفا
الذين اجتمعوا في القسطنطينية ولعنوا مكدونيوس
واشياعه ثمانية وخمسون سنة واطلق ثيوناوس
بطريرك الاسكندرية للبطاركة والاساقفة والرهبان
اكل اللحم في الاعياد السيدية من اجل المنافية
المكناييين بالصديقون ليعرف من كان من
البطاركة والاساقفة منافي ليبطل عليهم من اجل
اكل اللحم دينهم ويحل ناموسهم لان المنافية لا يرون
الذبيحة ولا ياكلون اللحم ولا شيا من الحيوانات البتة
وكان اكثر مطارنة مصر واساقفتهم منافية فاكل
بطاركة الارثوذكسية واساقفتهم ورهبانهم اللحم في
الاعياد السيدية فاما مطارنة المنافية واساقفتهم ورهبانهم
فلم ياكلوا اللحم فاكلوا بدل
اللحم السمك واقاموه مقام اللحم ان كان
السمك حيوان وهذا الشي كان في زمان
مادي

ornârunt, cùm priùs Epiſcopus eſſet, nec quis ante illud tempus Patriarcha *Hieroſolymis* præfuiſſet; eíque locum quintum aſſignârunt, atque [his peractis] diſceſſerunt. Iam à Concilio primo Epiſcoporum trecentorum octodecim, qui in urbe *Nicena* convenerunt, ad ſecundum hoc in quo *Conſtantinopoli* congregati ſunt Epiſcopi centum quinquaginta, qui *Macedonio* ejúſque ſequacibus maledixerunt, anni ſunt quinquaginta octo. Porrò *Timotheus* Patriarcha *Alexandrinus* Patriarchis, Epiſcopis, & Monachis carne feſtis Dominicis veſci permiſit, *Manichæorum* qui *Sadikeni* appellati ſunt causâ, ut ita dignoſci poſſet è Patriarchis & Epiſcopis quíſnam *Manichæus* eſſet; ut hoc pacto carnium eſu irrita redderetur ipſorum religio & ſolverentur leges. *Manichæi* enim nec mactare animal licitum ducunt, nec carne, vel alio quopiam quod ab animante provenit, ullatenùs veſcuntur. Metropolitæ autem & Epiſcopi *Ægyptii*, plerique *Manichæi* erant. Patriarchæ ergò Orthodoxi, cum Epiſcopis & Monachis, carne ſuis feſtis Dominicis veſcebantur; *Manichæorum* autem Metropolitæ, cum Epiſcopis & Monachis ſuis iis, abſtinebant, atq; earum vice piſcibus veſcebantur, eos carnis loco ponentes, cùm piſces in animantium numero ſint. Hoc obſervabatur tempore *Manis*

hæretici infidelis. Ipſo verò ejúſque aſſeclis è medio ſublatis, reverſi ſunt Patriarchæ Orthodoxi, cum Epiſcopis & Monachis ſuis, ad inſtitutum ſuum antiquum, & à carnium eſu feſtis Dominicis abſtinebant. Inquit *Said Ebn Batrik* Medicinæ ſtudioſus, non permiſit *Timotheus* Patriarcha *Alexandrinus* ideò carnibus veſci feſtis Dominicis, quòd *Manichæi* appellati *Sadikæi* eorum vice piſcibus utantur, verùm quòd carnium eſu immolatum innuebat; Piſces autem pro immolato non habentur. Alia vero *Manichæorum* ſecta quæ *Sammacun*, i. Piſcarii, appellantur, piſces comedebant, quòd ii pro immolato non habeantur; at ab eſu carnis, quòd immolata fuerit, abſtinent. Verùm errant etiam *Manichæi* appellati *Sadikæi*, qui piſces loco carnis habent, cùm Dominus *Chriſtus* carnes comederit; unde neceſſariò omnibus qui fidem *Chriſtianam* profitentur incumbit, ut carne veſcantur, Domini noſtri *Chriſti* exemplo, uno ſaltem quotannis die, quo ab animis ſuis ſcrupulum amoveant, atque omnibus notum faciant contrarios ire ſe improbæ *Manichæorum* ſectæ. In Actis verò ſcriptum eſt, *Petrum*, cùm in urbe *Joppæ* eſſet domi coriarii cujuſdam, cui nomen *Simon*, atque ædium tectum horâ diei ſextâ oratum conſcendiſſet, ſomno gravi correptum dormiviſſe, atque interea

ماني المخالف الكافر فلما هلك ماني وشيعته
رجع بطاركة الارثوذكسيين واساقفتهم ورهباتهم الي
مذهبهم الاول وامتنعوا من اكل اللحم في الاعياد
السيدية قال سعيد ابن بطريق المتطبب لم يطق
ثيموثاوس بطريرك الاسكندرية اكل اللحم في الاعياد
السيدية علي ان المنادية المكنايين بالصديقون
يتعوضون مكانه بالسمك بل انما قصد باكل اللحم
الذبيحة والسمك ليس هو ذبيحة وصنف من المنادية
يقال لهم السماكون ياكلون السمك اذ ليس هو ذبيحة
ويمتنعون من اكل اللحم ان كان ذبيحة فقد
اخطاووا ايضا المنادية المكنايين بالصديقون
الذين اقاموا السمك مكان اللحم لان سيدنا المسيح
قد اكل اللحم ووجب ضرورة علي كل من دان بدين
الرصادية اكل اللحم اقتداء بسيدنا المسيح فلو يوما
واحدا في السنة ليزيلوا عن انفسهم الشك ويثبتوا
عند تمع الناس دقض مذهب المنادية المرذول
وفي الابركسيس مكتوب ان بطرس كان في
مدينة يافا في منزل رجل دباغ يقال له سيمن
فصعد بطرس الي سطح الدار ليصلي في وقت ست ساعات
من

من النهار فوقع عليه سبات فنام فنظر الي السماء قد
انفتحت واذا ازار قد نزل من السماء حتي بلغ الي
الارض فيه من كل ذي اربع قوايم علي الارض
والسباع والدبابات وطير السماء وسمع صوتا يقول
يا بطرس قم فاذبح وكل فقال بطرس لايارب ما
اكلت شيا نجسا ولا وسخا قط فجاء صوت ثاني
كما طهره الله لا تنجسه انت فجاء الصوت بهذا
ثلاث مرات ثم ان الازار ارتفع الي السماء فاكد هذا
القول من بطرس ان كان احد رؤساء الحواريين
واركان الدين ومن يجب ان يوخذ عنه ويقبل منه
ما فعل سيدنا المسيح في اكل الذبيحة وفي
تحليل جميع الحيوان ولحقت التهمة كل من
ترك اكل اللحم وعزى عن من هم سيدنا المسيح
وبطرس رييس الحواريون وصار كل من لا ياكل
الذبيحة عندنا مخالفا لشريعة النصرانية ومضايا
لمذهب المنانية ما خلا البطاركة والاساقفة وذوي
السيرة الرهبانية لان هولاي لم يتركوا اكل اللحم
تحريما بل تعففا وتكريما والروم ايضا صاروا لايغسلون
اشياههم بالماء لان اكثرهم كادوا منانية
والمنانية

interea cœlum apertum vidiſſe, unde deſcendit linteum quod ad terram uſque pertingeret, in quo cujuſvis quadrupedium generis quæ in terra ſunt aliqua erant, ferarúmque & reptilium & volucrium, unáque vocem audiiſſe dicentem, Heus *Petre*, ſurge, macta, & veſcere. Dicente illo, Nequaquam Domine, nihil enim unquam immundum aut impurum comedi, Vocem ſecundò ad ipſum veniſſe, Quicquid purgaverit Deus, tune polluito: ac cùm hoc illi ter à voce repetitum fuiſſet, rurſum in cœlum ſublatum fuiſſe linteum. Confirmat autem hoc à *Petro* dictum, cùm unus è primariis Apoſtolis, & fidei columnis fuerit, cujus [dicta] recipere & amplecti decet, illud Domini *Chriſti* factum, quòd mactato veſceretur, & quævis animalia eſu licita eſſe. Quare ſuſpicioni obnoxius ſit quicunque carnis eſum averſatus fuerit, & alienum ſe à Domini noſtri *Chriſti* inſtituto oſtendit, & à *Petro* Apoſtolorum coryphæo; adeo ut, ſententiâ noſtrâ, quiſquis mactato non veſcatur, religioni *Chriſtianæ* contradicat, & *Manichæorum* ſectam adſtruat, exceptis Patriarchis, & Epiſcopis, & qui vitam Monaſticam profeſſi fuerint; cùm hi carnis eſum non reſpuant quòd eum illicitum putent, ſed abſtinentiæ & reverentiæ gratiâ. Quin & *Græci* res ſuas aquâ

ab ue.e

abluere noluerunt, cùm pleríque ipſorum *Manichæi* eſſent: *Manichæi* autem lotionem aquâ peragendam non probant. Atque his longo temporis decurſu confirmatis, adhuc inſtituti ſui tenaces manent, ne aquam ad lavandum adhibeant. Ab aqua autem ad lavandum adhibenda eos abſtinere dicunt nonnulli, ob intenſum regionis ſuæ, unáque aquæ in eâ, frigus, adeo ut ipſis frigidâ ſe abluere, hyeme præſertim, haudquaquam expediat, ideóque nec ipſam ob frigoris vehementiam contrectant. *Manichæorum* verò duo ſunt, uti jam dictum eſt, genera, alii *Samakini*, (i) *Piſcarii* alii *Sadikini*. *Samakini* præſtitutis aliquot ſingulorum menſium diebus jejunant, *Sadikini* autem per totam vitam jejunant, nihil prorſus aliud quàm quod produxerit terra comedentes. Cùm ergò fidei *Chriſtianæ* profeſſionem in ſe ſuſciperent *Sadikini*, metuentes ne ſi à piſciũ [al. ex carnis] eſu abſtirent, quinam eſſent perſpecto, morte afficerentur, ſibi ipſis jejunia conſtituentes, ob feſta Nativitatis, & B. Virginis, & Apoſtolorum jejunârunt, à piſcium eſu iſtis jejuniis ſe continentes quod ideo fecerunt ut dies anni jejunantes abſolverent, neque aliam ob cauſam piſcium eſu unquam jejunandum abſtinebant quàm ne dignoſcerentur. Succeſſu deinde temporis diutur-

no

والمنادية لا يرون الغسل بالماء فلما طال بهم
الزمان بقيوا علي ما هم عليه الي هذا الوقت
من ترك الغسل بالماء وقال قوم انما تركوا
الغسل بالما لشدة برد بلادهم وشدة برد الما فيها
واذ لا يتهيا لهم في الشتا خاصة ان يستعملوا
بالما البارد ولا يمسوه لشدة برده والمنادية
صنفان كما سبقنا وقلنا منهم السماكون
ومنهم الصديقون فالسماكون يصومون في
كل شهر اياما معلومة والصديقون يصومون الدهر
كله لا ياكلون الا ما تنبته الارض فلما تنصروا
الصديقون خافوا ان يتركوا اكل السمك
فيدرا بهم فيقتلون فصيروا لانفسهم صياما وصاموا
للميلاد وللسيدة وللحواريين مع لاثون كسيمن
وتركوا في هذه الاصوام اكل السمك وانما
اراد بهذا ليقضوا ايام السنة بالصوم ولم يتركوا
في هذه الاصوام اكل السمك الا حتي لا يدري بهم
فلما طال بهم الزمان تبعهم علي ذلك
النسطوريون واليعقوبيون والمارونيون وصارت

لسهم سنة ثم استحسن ذلك بعض الروم
الملكية فتابعوهم عليه فتركوا اكل السمك في
هذه الاصوام المذكورة وخاصة المقيمون في ارض
الاسلام وليس ذلك من سننهم ولا من فرايضهم
لان الروم الملكية انما يتركون اكل السمك
في اليومين الشريفين اعني الاربعة والجمعة على
مدار السنة وفي يوم البارامون الذي يصومون
قبل الميلاد وفي يوم البارامون الذي قبل الغيم
ايضا فانهم يصومون هذين اليومين ولا ياكلون
فيهما سمكا لانهم يحسبون هذين اليومين
كمثل الصوم الكبير فمن احب
من الروم الملكية ان يصوم للميلاد
وللسيدة وللحواريين فيصوم هذه الثلاث اصوام
ياكل فيها السمك ويمتنع من اكله
في يومي الاربعا والجمعة فقط وكذلك من
احب ان يصوم الاربعا والجمعة في السنة كلها
فله ان يصوم للتاسعة ولا ياكل
سمكا لانه ليس ذلك واجب وليس لاحد

ان

no evenitut ipſorum factum hoc imitarentur *Neſtoriani*, *Iacobitæ* & *Maronitæ*, apud quos hoc in morem abiit. Tum & *Græcorum Melchitarum* nonnulli hoc probantes, idem etiam ipſi eorum exemplo fecerunt, piſcium eſum jejuniorum iſtorum quæ recenſuimus tempore omittentes; illi præcipuè eorum qui in regionibus degunt in quibus *Mohammedis* religio floret: quod tamen nec è conſuetudinibus traditione acceptis, nec è rebus mandato aliquo ſtabilitis apud ipſos eſt. *Græci* enim *Melchitæ* piſcium eſu duobus diebus inſignibus, viz. *Mercurii* & *Veneris*, per totum anni decurſum abſtinent, ut & die παρασκευῆς [*vigiliæ*] quo ante *Natalem* jejunant, nec non die τεσσαρῆς qui *Epiphaniam* præcedit, quibus diebus inter jejunandum piſcibus haud veſcuntur, quia dies iſtos eodem loco habent quo Iejunium magnum. Quibus ergò è *Græcis* viſum eſt Natalis, *B.* Virginis, atque Apoſtolorum gratiâ jejunare, illi tria iſta jejunia obſervant, piſces interim comedentes, quorum eſu *Mercurii* cui tantùm & *Veneris* diebus abſtinent. Eodē modo, ſi cui viſum eſt diebus *Mercurii* & *Veneris* per totum annum jejunare, illi permiſſum eſt etiam ad nonam jejunare, & piſcibus abſtinere. Neque enim hoc neceſſe eſt, nec cuipiam permiſſum

ut jejunia obſervans piſcium eſum inter jejunandum abnuat, niſi diebus *Mercurii* & *Veneris* [uti jam dictum eſt] & in Jejunio magno, nec non binis vigiliis quæ feſta *Natalis* & *Epiphaniæ* præcedunt. At nonnulli *Græcorum Melchitarum* in jejuniis, etiam B. Virginis gratiâ obſervandis, à piſcium eſu ſe continent. Quem morem hauſerunt è Typico Sancti *Mar Sabæ*; nec eſt in eorum abſtinentia iſtâ peccatum. Qui aliàs ſta tuit ipſe peccat, legíque contradicit, & mandatum ſolvit. Ut autem ad hiſtoriam de *Theodoſio* & *Theophilo*, in qua enarrandâ fuimus, revertamur. *Theophilus Theodoſii* Regis amicus ad portam ipſius integrum annum moratus ipſum haud convenerat: quamvis enim quotidie ad portam Regis accedens janitores rogaret atq; precaretur ut ab ipſo ad Regem chartam deferrent, ab illis repulſus ac prohibitus fuerat. Anno autem elapſo ecce *Imperator Theodoſius* inter orandum vocem audivit quæ ipſi diceret; ô *Theodoſi*, amici & ſocii tui *Theophili* oblitus es. Dicentéque *Theodoſio*, Domine mi, Tu quis es? ipſi reſponderet, Ego Vir ſum qui tecum in deſerto fui: Et quemadmodum te, Regem conſtitui; ita & *Theophilum*, Patriarcham conſtituo. Statim ergò miſit *Theodoſius* accerſitum *Theophilum*, quem in præſentiam ſuam admiſſum poſtquam ipſum

ان يصوم ويترك في ذلك الاصوام اكل السمك الا في
اربعا والجمعة كما سبق القول وفي الصوم الكبير ايضا
وفي يومي البارامون اللذان قبل الميلاد والجميع
وبعض الروم الملكية يتركون في صيام السيدة
اكل السمك وذلك تقلدوه من تابيكن القديس
مار سابا وما في تركهم اياه خطا فمن قال
غيرهذا فهو مخطي وقد خالف الشريعة وناقض الفريضة
فلنرجع الي ما كنا فيه من خبر ثاون وسيوس
وثاوفيلوس فاما ثاوفيلس صديق ثاون وسيوس الملك
فاقام ببابه سنة لم يتصل اليه وكان يسير في كل
يوم الي باب الملك فيسل الحجاب يطلب اليهم ان
يوصلوا له رقعة الي الملك فكادوا يدافعونه ويمنعوه
فبعد سنة بينما ثاون وسيوس الملك يصلي ان سمع صوتا
يقول يا ثاون وسيوس دسيت صاحبك ورفيقك ثاوفيلس
فقال ثاون وسيوس يا سيدي من انت فقال
له انا الرجل الذي كنت معك في الصحرا فكما
صيرتك ملكا كذلك اصير ثاوفيلس بطريركا فوجد
ثاون وسيوس من ساعته في طلب ثاوفيلس فلما وقف
بين يديه سلم عليه فقال له الملك ثاون وسيوس صدقني
يا

يا اخي اني قسيتك وغضبت عن قلبي حتي كان بالامس
وانا اصلي ان ذا داني ذلك الرجل الذي رايته في النوم
وذكرني بك فقال لـــه ثاوفيلس اني البارحة رايت
فيما يري النايم رجلا يقول لي كما صيرت ثاون وسيوس
ملكا كذلك اصيرك بطريركا فبينما انا تحدثان ان دخل
علينا الحاجب فقال للملك ان اهل الاسكندرية قدموا
وذكروا ان تيموثاوس البطريرك قد مات وهم في طلب
رجل يصيرونه بطريركا فصير الملك ثاوفيلس بطريركا
من ساعته ووجه به الي الاسكندرية فاقام ثمانية وعشرين
سنة ومات ولما وصل ثاوفيلس الي الاسكندرية كسر الاصنام
التي بها وكان بالاسكندرية بلاطة عظيمة من رخام عليها
مكتوب ثلاث ثيطات ooo ومكتوب حولها من
فسر هذه الثلاثة ثيطات اخذ ما تحتها قال ثاوفيلس
انا افسرها اما اول ثيطا فهي ثاوس وهو
الله واما ثاني ثيطا فهي ثاون وسيوس الملك
واما ثالث ثيطا فهي ثاوفيلس البطريرك ورفع
البلاطة فاصاب تحتها مالا عظيما فكتب الي ثاون وسيوس
الملك يعلمه بذلك فكتب اليه ابني بالمال كنايس

غنبا

ipſum ſalutâſſet ita affatus eſt Rex: Crede mihi, mi frater, me tui oblitum fuiſſe, téque mihi è memoria penitus excidiſſe, donec heri inter orandum, ecce, me inclamans, Vir ille quem in ſomno vidi te mihi in memoriam revocavit; Reſpondit *Theophilus*, Ego etiam heri in inſomnio vidi quendam qui mihi diceret, Sicut *Theodoſium* Regem conſtitui, ita & te Patriarcham conſtituo. Ecce autem colloquentibus ipſis, ingreſſus Janitor Regi nuntiavit, adveniſſe *Alexandriæ* incolas, qui dicerent mortuum eſſe *Timotheum* Patriarcham, ac virum peterent quem Patriarcham conſtituerent: Rex ergo ſtatim *Theophilum* Patriarcham conſtituens ipſum *Alexandriam* miſit, qui ibi annos viginti octo ſedit, dein mortuus eſt. *Theophilus* autem ubi *Alexandriam* perveniſſet, Idola, quotquot in ea fuerunt, confregit. Fuítque *Alexandriæ* pavimentum magnum marmoreum cui inſcripta erant tria Theta Θ Θ Θ, & in circuitu adſcriptum, Qui tria hæc Theta interpretatus fuerit, quod ſub iis eſt accipiat. Dixit ergo *Theophilus*, Ego illa interpretabor. Theta primum eſt Θεὸς quod eſt Deus; ſecundum, *Theodoſius* Rex; tertium, *Theophilus* Patriarcha. Tum ſublato pavimento magnam ſub eo pecuniæ vim reperit, cujus cùm per literas *Theodoſium* Regem certiorem feciſſet, reſcripſit ille, Pecuniâ iſtâ Eccleſias extrue.

Ex-

Extruxit ergò *Theophilus* Patriarcha Eccleſiam magnam nomine *Theodoſii* Regis, quam totam auro obducto ornavit; quin & alias multas *Alexandriæ* Eccleſias ſtruxit, è quorum numero ſunt Eccleſia Sanctæ *Mariæ*, & Eccleſia *Sancti Iohannis*. Porrò nati ſunt *Theodoſio* Imperatori duo filii, quorum natu majori nomen indidit *Arcadium*; minori, *Honoriũ*: quibus, cùm adoleviſſent, quæſivit qui ipſos literas doceret. Cùm ergò *Romam* miſiſſet quæſitum virum ſapientem qui liberos ſuos inſtitueret, ibi Philoſophum quendam nomine *Arſanem* repererunt, quem ad ipſum miſerunt, qui ergò filiis Regis erudiendis incubuit. Rex autem die quodam, cùm *Arſanem* inter docendun ſtare, filiis ipſius ſedentibus, conſpexiſſet, illud improbans, Ne (inquit) hoc facias: Reſpondente *Arſane*, Ita decet (ô Rex) me filios tuos docere; juſſit Rex ipſum ſedere, illíque ut coram ipſo ſtarent facere. Cùm autem jam quantum opus videretur literis imbuti eſſent, *Arſanes Arcadium* verberibus duriùs excepit, adeo ut ipſorum veſtigium cuti ipſius imprimeret; ob quod *Arcadius* ergà ipſum iram animo concepit: Ideo autem plagis ipſum afficere voluit *Arſanes*, ut, cùm poſt Patrem ſuum imperio potiretur, ſi alicui verbera infligi vellet, verberum dolor, ipſi monitoris vice eſſet. Porrò anno imperii *Theodoſii*

فبنا ثاوفيلس البطريرك كنيسة عظيمة علي اسم
ثاون وهموس الملك وذهبها كلها بالذهب وبنا
كنايس كثيرة بالاسكندرية منها كنيسة مرتمريم
وكنيسة ماريوحنا وولد لثاون وهموس الملك
ولد ان قسما الكبير اركاديوش وسما
الصغير بوذاريوش فلما كبرا طلب لهما من يعلمهما
فوجه الي رومية يطلب رجلا حكيما
ليعلم اولاده فاصابوا برومية فيلسوفا
يسما ارساني فوجهوا به اليه وكان
يعلم ابنا الملك فنظر يوما الي
ارساني قايم يعلم اولاده واولاده جلوس فاذكر
ذلك وقال لم تفعل هذا فقال ارساني هكذا
يجب ان اعلم اولادك ايها الملك فامره
الملك ان يجلس ويوقفهم بين يديه فلما اخذا
من التعليم حاجتهما ضرب ارساني اركاديوس ضربا
شديدا حتي اثر في جلده فحقد اركاديوس ذلك
في نفسه وادما اراد ارساني بضربه حتي اذا ملك
بعد ابيه وضرب احد من الناس يكون الم الضرب
عنده تذكرة وفي ثمان سنين من ملك ثاون وهموس

الكبير ظهرت الفتية الذين كانوا هربوا من داكيوس
الملك واختفوا في الكهف بمدينة افسس وذلك ان
الرعاة علي طول الزمان كانوا اذا جازوا بذلك الكهف
دلعوا بقطع الطوب المبني علي باب الكهف حتي
صار مفتوحا كالباب فلما انتبه الفتية توهموا
انهم نياما ليلة واحدة فقالوا لصاحبهم الذي
كان يشتري لهم طعاما امضي واستقصي عن خبر
داكيوس الملك فلما خرج من باب الكهف
ونظر الي البنيان والهدم انكر ذلك فنهض
ومضا الي ان انتها الي باب مدينة افسس فراي
علي بابها صليبا منصوبا فانكر ذلك في نفسه
وقال احسب اني نايم فاقبل يمسح عينيه وينظر
يمين وشمال هل يري شيا مما يعرفه فلم يري شيا فبقي
متحيرا فقال في نفسه لعلي اخطات الطريق ولعل
هذه المدينة ليست هي مدينة افسس فلما دخل
المدينة دفع درهما كان معه الي الخباز لياخذ به
خبزا فلما نظر الخباز الي رجل متنكر دعر مرعوب
ومعه درهم علية صورة داكيوس الملك انكر ذلك

وتوهم

doſii Magni octavo, apprauerunt pueri illi qui, à *Dacio* Rege fugâ ſe proripientes, in ſpelunca in urbe *Epheſo* delituerant: ídque quòd longo temporis intervallo cùm Paſtores inter tranſeundum lateres, quibus ſpeluncæ aditus obſtructus fuerat, loco movere ſoliti eſſent, facta eſſet inſtàr oſtii apertus. Experrecti ergò pueri, ſe unam tantùm noctem dormiviſſe putantes, ſocio ſuo, qui cibum ipſis emere ſolebat, Profectus, inquiunt, cibum nobis compara, & quid agat Imperator *Dacius* inquire; Ille ad portam ſpeluncæ egreſſus ubi ædificii ibi conſtructi ruinas cerneret, quid hoc eſſet ignoravit; Surgens tamen profectus eſt uſque dum ad urbis *Epheſi* portam perveniſſet, ſupra quam Crucem magnam collocatam conſpicatus, hoc etiam apud ſe improbans, Me, inquit, dormire puto; Oculos ergò tergere cœpit ac dextrorſum & ſiniſtrorſum circumſpicere, num aliquid ſibi notum videre poſſet, quale cùm nihil cerneret, confuſus ſubſtitit, hæc apud ſe animo reputans, Forſitan à via aberravi, vel forſitan non eſt urbs iſta *Epheſus*. Urbem verò ingreſſus nummũ quem habuit piſtori tradidit quo panem emeret, piſtor virũ habitu peregrino conſpicatus pavidum metúque conſternatum, nummos habentem quibus *Dacii* Imperatoris effigies inſculpta eſſet, quid hoc eſſet neſcius, ſuſpicatus

illum thesaurum invenisse, Vndi, inquit, tibi est nummus iste? Quo nihil respondente, homines inclamavit, quorum magno apud ipsum cœtu congregato, ipsúmque alloquente, cùm ille nullum ipsis responsum redderet, illi eum ad Patricium urbi præfectum nomine *Antipatrum* abduxerunt, qui eum etiam allocutus, ipsíq; minatus est; ille tamen nihil respondit. Accessit etiam ad ipsum *Marcus* urbis Episcopus, qui ipsum affatus, nec ullum tulit responsum. Ille ergò, quo ipsum terreret, Nisi, inquit, nos alloquaris, ac undè tibi fuerit nummus iste edicas, morte te mulctabimus. Nécdum tamen respondit, loqui scil. abnuens metu *Dacii* Imperatoris, quasi ipse adhuc viveret, (adhuc enim ipsum in vivis supersesse putabat.) Plagis ergò ipsum affecerunt, quarum dolorem ubi sensit, Vbi inquit, est *Dacius* Rex? Respondentibus illis *Dacium* Imperatorem mortuum esse, multósque post ipsum imperio potitos Reges, *Christíque* fidem obtinuisse, & qui jam imperaret *Theodosium* Magnum esse, Tum sublato metu omnia quæ sibi accidissent narravit. Illum ergò ad speluncam comitati ibi socios ipsius conspexerunt, nec non arcam æneam repererunt eíque inclusam laminam plumbeam in qua descripta erat ipsorum historia, & quid ipsis cum Imperatore

وتوهم انه اصاب كنزا فقال له من اين لك
هذا الدرهم فلم يكلمه فصاح بالناس واجتمع اليه
خلق كثير فكلموه فلم يرد عليهم جواب فمضوا به
الي البطريق رييس المدينة اسمه انتمبطرس فكلمه
البطريق فلم يكلمه وتهدده فلم يتكلم فجا اليه
مرقص اسقف المدينة وكلمه فلم يتكلم فخوفه
وقال له انك ان لم تتكلم وتقول لنا من
اين لك هذا الدرهم والا قتلناك فلم يتكلم وانما
كان يمتنع من الكلام مخافة من ذاكيوس
الملك وانه حي لانه كان يتوهم انه باقي يعيش
فضربوه فلما المه الضرب فقال لهم فايين ذاكيوس
الملك فقالوا له ان ذاكيوس الملك قد مات وملك
بعده ملوك كثيرة وقد ظهر دين النصرانية والملك
اليوم فهو ثاوذوسيوس الكبير فسكن وعجب
واخبرهم بخبره ومضوا معه الي الكهف
فنظروا الي اصحابه واصابوا الصندوق
النحاس وفي جوفه الصحيفة الرصاص
المكتوب فيها قصتهم وخبرهم مع ذاكيوس
الملك

الملك التي كتبها تدوش بطريق ذاكيوس الملك
فكثر تعجبهم وكتبوا الي ثاونوسيوس الملك
يعلموه بخبرهم فركب البريد وصار الي مدينة افسس
فنظر اليهم وكلمهم وبعد ذلك بثلاثة ايام دخل
اليهم في الكهف فوجدهم قد تنيحوا فامر ان
لايخرجوا منه وان يدفنوا في ذلك الكهف وبنا عليهم
كنيسة وسما باسمايهم ويعيدوا لهم عيدا في كل سنة في
مثل ذلك اليوم وانصرف ثاونوسيوس الملك الي
القسطنطينية فمن وقت الذي هرب القتية من
ذاكيوس الملك الي الكهف وناموا فيه الي الوقت
الذي ظهروا فيه وماتوا علي ما قرانا في قصة شهادتهم
ثلثماية واثنين وسبعين سنة وفي ثلثة عشر
سنة من ملك ثاون وسيوس الكبير صير سريقس
بطريرك علي رومية اقام اثني عشر سنة ومات وفي
سبعة عشر سنة من ملكه مات ثقطاريوس
بطريرك القسطنطينية وكان له
بطريرك ستة عشر سنة وصير بعده يوحنا فم الذهب
بطريرك علي القسطنطينية اقام خمس سنين

وستة

tore *Dacio* contigisset, literis mandante *Taddaeo Dacii* Imperatoris Patritio. His in summam admirationem rapti ad *Theodosium* Regem literas scripserunt quibus eum harum rerum certiorem reddiderunt. Qui ergò conscenso veredo urbem *Ephesum* petens ibi illos & vidit & collocutus est: at tribus post diebus, cùm ad ipsos in speluncam introiret, ipsos jam mortuos invenit. Iussit ergò ne indè educerentur, sed in ipsa spelunca sepeliri, & super ipsos Ecclesiã struxit quæ ipsorũ nomine insignita est, ac festum in ipsorũ gratiam institutum eo die quotannis celebratur: dein *Constantinopolim* reversus est *Theodosius* Rex. Iam à tempore, quo à *Dacio* Imperatore fugerunt pueri isti in speluncam atque in eâ dormierunt, ad tempus quo rursum apparuerunt ac mortui sunt, juxta illud quod in historia Martyrii ipsorum legimus, anni sunt tercentum septuaginta duo. Porrò anno imperii *Theodosii* Magni decimotertio constitutus est *Siricius* Patriarcha *Romanus*, qui duodecim annos sedit, dein mortuus est. Ejúsdem imperii anno decimo septimo mortuus est *Nektarius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui ibidem munere Patriarchali functus fuerat annos sedecim. Post quem Patriarcha *Constantinopolitanus* constitutus est *Joannes Chrysostomus*, qui cùm ibi quinque annos & decem menses sub

ſubſtitiſſet in exilium pulſus in eodem mortuus eſt. Anno imperii ejúſdem ſexto creatus eſt *Flavianus* Patriarcha *Aniiochenus*, qui cùm ſex annos ſediſſet mortuus eſt. Anno ejúſdem duodecimo factus eſt *Barkunus* Patriarcha *Antiochenus*, qui decem annos ſedit dein mortuus eſt. Anno imperii ejúſdem octavo conſtitutus eſt *Ioannes* Patriarcha *Hieroſolymitanus*, ubi annos ſexdecim ſedit, dein mortuus eſt. Tempore item *Theodoſii* Regis floruit *Epiphanius Cypri* Epiſcopus. Struxit etiã *Theodoſius* Rex *Hieroſolymis* Eccleſiam *Ieſmaniah* in qua ſepulchrum erat Sanctæ *Mariæ*, quam diruerunt *Perſæ* quo tempore *Hieroſolyma* uſque profecti Eccleſias *Hieroſolymitanas* deſtruxerunt, adeo ut in hunc uſque diem vaſtatæ maneant. Porrò anno imperii *Theodoſii* Regis decimo mortuus eſt *Sabur Saburi* filius Rex *Perſarum*; poſt quem regnavit *Bahram Saburi* filius Rex *Perſarum* annos undecim, à quo tempore fruebatur *Theodoſii* Regnum tranquillitate & pace, dein, mortuus eſt. Mortuus eſt etiam *Theodoſius* Rex ſuccedentibus ipſi in Imperio filiis ipſius *Arcadio* & *Honorio*. Imperavit autem *Arcadius Romanis Conſtantinopoli* annos tredecim, frater verò ipſius *Honorius* urbi *Romæ* annos undecim; ídque anno regni *Bahrami* filii *Saporis Perſarum* Regis ſeptimo. *Arcadius* autem Rex Præceptorem ſuum

وستة اشهر وتفي ومات في النفي وفي هذه هلين
من ملكة صير فلابيادوس بطريركا علي انطاكية
اقام ست سنين ومات وفي اثني عشر سنة من ملكة
صير برفوريوس بطريركا علي انطاكية اقام عشر سنين
ومات وفي ثمان سنين من ملكة صير يوحنا
بطريركا علي بيت المقدس اقام ستة عشر سنة ومات
وكان في عصر ثاون وهيوس الملك ابيفانيوس اسقف
قبرص وبنا ايضا ثاون وهيوس الملك في بيت المقدس
كنيسة الجسمانية التي فيها قبر مريم فاخربتها الفرس في
الوقت الذي خرجوا فيه الي بيت المقدس واخربوا كنايس
بيت المقدس وبقيت خرابا الي هذا الوقت وفي عشرة سنين
من ملك ثاون وهيوس الملك مات سابور ملك الفرس
ابن سابور وملك بعده بهرام ابن سابور ملك الفرس
احد عشر سنة وكان ملك ثاون وهيوس في هدو وسلام
ومات ومات ثاون وهيوس الملك وملك بعده ابناه
اركاديوس واذوريوس فملك اركاديوس علي الروم
في القسطنطينية ثلثة عشر سنة وملك اخوه اذوريوس
علي مدينة رومية احد عشر سنة وذلك في سبع سنين من
ملك بهرام ابن سابور ملك الفرس فطلب اركاديوس

الملك لارساني معه ليقتله مما كان في نفسه عليه
من الغيض فعلم بذلك ارساني فهرب الي الاسكندرية
وترهب في الدير الذي في وادي هبيب عند قرنوط وكان
يسمي الاسقيط وولد لاركاديوس الملك ولدا فسماه
تاودوسيوس فقال عن ارساني معلمه
ليعلم ابنه فقيل له انه هرب الي مصر وترهب
في دير الاسقيط فوجه خلفه وامنه
علي نفسه فامتنع ارساني ودارا الرهول
حتي انصرف عنه ثم ان ارساني خاف ان
يبعث فيحمله كرها فصار الي صعيد مصر وتنكر
في جبل المقطم بحذا قرية يقال لها طرا
فاقام بها ثلاث سنين ومات ثم ان اركاديوس
الملك وجه برسول اخر يشخصه كرها فلما وافا
دير الاسقيط قيل له ان ارساني قد توفي في
جبل البقظم فرجع الرهول واعلم الملك فوجه
الملك براهب يقال له طراسيوس وزوده مالا
وقال له امضي فابني علي قبر ارساني ديرا ويتمما
الدير باسم ارساني فقدم طراسيوس الي
مصر وبنيا علي قبر ارساني ديرا وهو
في

ſuum *Arſanem* ad necem quæſivit præ eo quod erga ipſum in animo gerebat odio. Cujus rei certior factus *Arſanes Alexandriam* fugiens Monachatum profeſſus eſt in Monaſterio quodam quod in valle *Hobaib*, juxta *Tarnut*, ſitum eſt, & *Askit* appellatum. *Arcadius* deinde nato ſibi filio, cui *Theodoſii* nomen indidit, *Arſanem* præceptorem ſuum rogavit ut & filium ſuum doceret, cúmque ipſi nuntiatum eſſet ipſum in *Ægyptum* fugâ elapſum vitam Monaſticam ibi in Monaſterio *Askit* profiteri, miſit poſt ipſum qui & vitæ ſecurum eſſe juberet. Renuens autem *Arſanes* [venire] nuntio blanditus eſt adeo ut ab ipſo diſcederet. Deinde metuens ne mitteret [Rex] qui vi ipſum abducerent, *Saidum Ægypti* profectus ibi in monte *Mokattam* è regione vici dicti *Tora* habitavit, ubi poſtquam tres annos ſubſtitiſſet mortuus eſt. Tum verò alium nuntium miſit *Arcadius* Rex qui eum vi adduceret, cui cùm ad Monaſterium *Askit* perveniſſet nuntiatum eſt, *Arſanem* jam in monte *Mokattam* è vivis exceſſiſſe. Reverſus ergò nuntius illud Regi narravit. Rex igitur miſſo Monacho cui nomen *Traſius*, eóque opibus inſtructo, Vade (inquit) & ſuper *Arſanis* tumulo Monaſterium extrue quod ipſius nomine appelletur. Profectus ergò *Traſius Ægyptum* ſuper *Arſanis*

ſepulchro Monaſterium extruxit, quod in monte *Mokattam* ſitum eſt & *Dic Alkaſir* uſque ad hunc diem appellatur. Porrò in *Ægypto* Epiſcopus quidam moriens tres filios reliquit qui vitam Monaſticam profeſſi *Askiti* ſederunt, quorum unum adſcitum *Theophilus* Patriarcha *Alexandrinus* Epiſcopum in aliquot *Ægypti* urbes conſtituit, reliquos duos diaconos ſibique diſcipulos; qui ergò *Theophilo* Patriarchæ *Alexandrino* inſervierunt: at elapſo triennio iterum *Askitum* reverti cupientes, cùm ipſos id facere vetaret *Theophilus*, ſine ipſius permiſſu abierunt; quam ob cauſam ipſis Euchariſtiâ ad tres annos interdixit. Illi ergò *Ioannem Chryſoſtomum* adeuntes ipſum rogârunt ut ad *Theophilum* Patriarcham *Alexandrinum* literas ſcriberet quibus ab illo peteret ut ipſis Euchariſtiæ copiam faceret. *Ioannes* ergò *Chryſoſtomus* miſſis per ipſos literis ad *Theophilum* Patriarcham *Alexandrinum* rogavit illum ut cùm ipſis in gratiam rediret. Quod cùm ille facere nollet reverſi iterum ſunt ad *Ioannem Chryſoſtomum*, qui ipſos ad Euchariſtiam accedere juſſit. Orta eſt ergò inter *Theophilum* Patriarcham *Alexandrinum* & *Ioaunem Chryſoſtomum* ſimultas. Porrò fuit tempore *Arcadii Romanorum* Imperatoris, Vir quidam nomine *Theognoſtes*, opibus abundans, cui invidentes nonulli

في جبل المقطم ويسمي ديرالقصير الي اليوم وكان
بصراسقف قد مات وخلف ثلاثة اولاد فترهبوا
وسكنوا الاسقيط فاخذ ثاوفيلس بطريرك
الاسكندرية واحد منهم فصيره اسقفا
علي بعض مدايين مصر والاخرين صيرهم
شمامسة تلاميذ له وكانوا يخدمون ثاوفيلس
بطريرك الاسكندرية وبعد ثلاث سنين اراد
الغلامان ان يرجعا الي الاسقيط فمنعهم ثاوفيلس
بطريرك الاسكندرية فخرجا من غير ان ذه فاحرمهما
من القربان ثلاث سنين فخرجا الي يوحنا فم
الذهب يسلانه ان يكتب الي ثاوفيلس بطريرك
الاسكندرية كتابا يسله فيه ان يطلق لهم
القربان فكتب يوحنا فم الذهب معهم كتابا
الي ثاوفيلس بطريرك الاسكندرية يسيله فيه ان
يرضا عنهما فلم يفعل فرجعا الي يوحنا فم
الذهب فامرهما ان يتقربا فوقع بين ثاوفيلس
بطريرك الاسكندرية وبين يوحنا
فم الذهب سجس وكان في عصر اركاديوس
ملك الروم رجل يسمي ثاوكتسطس كثير المال فحسده
قوم

قوم وشهدوا عليه عند الملك انه كفر وشتم الملك
فغاظ الملك وذهب ماله وكان لامرأته كرم قدرت
ان كهنة الملكة بذلك الكرم فاشتهته لحسنه
فقالت لمن هذا الكرم فقيل لها انه لزوجة الرجل
الذي دعاه الملك فقالت كنت اشتهي لو كان
لي فكنت اتنزه فيه فقال لها بعض الوزرا ان
في حكم الملوك ان كلما يطاء قدم ملك فهو له
فلما سمعت هذا اخذت الكرم فاستغاثت الامراة الي
يوحنا ثم الذهبي فارسل يوحنا الي الملكة يامرها
ان ترد الكرم الي صاحبته فلم تفعل وكلمها
فلم تجبه وخوفها بالله وقال لها احذري أن
يصيبك ما اصاب ازبل زوجة اخاب ملك اسرايل
فلم تقبل منه وامرت ان يطرد يوحنا من بلاطها
فانصرف يوحنا حزينا وامر شمامسته اذا جاات
الملكة لتدخل الكنيسة ان يلقفوا
الابواب في وجهها ففعلوا ذلك وانصرفت
الملكة مغضبة وكان ابيفانيوس استف قبرص
في القسطنطينية في قضا حوايج له عند الملك

فدعته

nonnulli contra ipſum apud Regem teſtimonium tulere ipſum fidem abnegâſſe, Regíque convitiatum fuiſſe: quam ob cauſam Rex ipſo in exilium pulſo bona ejus diripuit. Ejuſdem uxori vinea fuit per quam tranſiens *Eudoxia* Regina, ipſam ob ipſius pulchritudinem concupivit. Cujus eſſet ergò cùm rogâſſet, dictum eſt ipſi uxoris eſſe cujuſdam à Rege in exilium pulſi. Tum illa, Quàm vellem (inquit) ut mihi eſſet, quò in ipſam me oblectationis cauſâ reciperem! Reſponderunt è præfectis nonnulli, Regii juris eſt ut quodcunque calcaverit pes Regius, illud ipſi ſit. quibus auditis vineam ſibi occupavit Regina. Mulier autem iſta à *Ioanne Chryſoſtomo* opem petiit, qui ad Reginam mittens juſſit ut vineam Dominæ ſuæ redderet, illa verò noluit; cúmque de ea re ipſam alloqueretur haudquaquam reſpondit. Tum Dei timorem ipſi, incutiens, Cave (inquit) ne tibi accidat quod *Izebeli Ahabi* Regis *Iſraelis* uxori contigit; at illa nullâ horum ratione habitâ, *Ioannem* palatio ſuo pelli juſſit. *Ioannes* ergò triſtis reverſus, Diaconos juſſit, cùm accederet Regina Eccleſiam introitura, portas ipſi occludere; quod cùm feciſſent rediit Regina irâ commota. [Eo tempore] erat *Epiphanius*, *Cypri* Epiſcopus, *Conſtantinopoli*, negotiorum aliquot apud Regem per-

perficiendorum gratiâ. Ipsi ergò accersito dixit Regina, *Ioannes Chrysostomus* veritati contradicit, rebúsque nihil ad ipsum spectantibus se immiscuit, de Cathedra ergò ipsum dejicite. Respondit illi *Epiphanius*, Si ita ut tu dicis se res habeat, ad pœnitentiam ipsum hortabor; quòd si redierit, [bene;] sin minùs, ipsum dignitate suâ amovebimus. Dixit Regina, nisi ipsum abdicaveritis apertura sum Idolorum templa, hominésque ad ea colenda adigam. Adegit deinde ex Episcopis & Diaconis nonnullos ut ad Regem accedentes, coram ipso contra *Ioannem* testimonium perhiberent, ipsum legi contradicere, ipsúmque molestè ferre urbis incolas, atque odio prosequi. Episcopi autem *Ioanni* ob magnam ipsius scientiam inviderunt, fecerúntque quod ipsis innuit Regina. Rex ergò *Arcadius Ioannem* à Cathedra Patriarchali amoveri jussit. *Ioannes* autem *Chrysostomus* ad *Epiphanium Cypri* Episcopum scribens, Tu (inquit) *Epiphani* in exilium meum consensisti ac contrariam mihi operam navâsti, dicens de me quod minimè te decuit. Scias ergò te nequaquam ad provinciam tuam perventurum antequam è mundo excesseris; Cui hoc responsum reddidit *Epiphanius*, O *Ioannes*, nihil aliud quàm omnia bona de te dixi, ac totam operam meam, quantum potui maxi-

mam

فدعته الملكة وقالت له ان يوحنا مخالف
للحق وقد تعدا علي بما ليس له فاذفوه عن
الكرسي فقال لها ابيفانيوس ان كان
كما تقولين استتبناه فان رجع والا نفيناه
فقالت له ان لم تنفوه والا فتحت هياكل
الاصنام واخذت الناس بعبادتها ثم ان
الملكة كلفت جماعة من الاساقفة والشمامسة
ان يدخلوا علي الملك ويشهدوا عنده علي يوحنا
انه مخالف الشريعة وان اهل المدينة كارهون
له باغضون فكادوا الاساقفة
يحسدون يوحنا لكثرة علمه ففعلوا ما قالت
لهم الملكة فامر اركانيوس الملك
ان ينفا يوحنا عن الكرسي فكتب يوحنا ثم
الذهب الي ابيفانيوس اسقف قبرص يقول
له اذكر يا ابيفانيوس اشركت في ادفاي
واعنت علي وقلت في ما لا يحسن بك اعلم انك
لا تبلغ من بنتك حتي تفارق الدنيا
فرد عليه ابيفانيوس الجواب وقال له يا يوحنا ما
ذكرتني فيك الا بكل جميل وقد دافعت عنك جهدي

حسبما امكنني وحرصت علي ازالة المكروه عنك فلم يقبل
مني والحاضر يري ما لا يري الغايب ولكن كما انك نسبتني
الي ما لا اعلم ولا اقوله اعلم انك لا تبلغ افعاك الذي فعلت
اليه حتي تفارق الدنيا فلما ابيفانيوس خرج يريد
الي قبرص مات في المركب قبل وصوله اليها بنصف يوم
واما يوحنا فم الذهب مات قبل وصوله الي الموضع الذي
نفي اليه فكان في القسطنطينية رجفة عظيمة ورعد شديد
وبرق وصواعق ومطر فقال الملك ان هذا كله من اجل
ان قد مات يوحنا فم الذهب فامر ان يحمل جسده الي
القسطنطينية ويدفن بها وذلك في سنة سبع من ملك
اركاديوس واما سمي يوحنا فم الذهب ان امراة دنيئة
عن موقة فقالت يا يوحنا يا فم الذهب فسمي فم الذهب
وصير بعده يوحنا اخر بطريركا علي القسطنطينية اقام
سنتين ومات ثم صير بعده اوصابيوس بطريركا علي
القسطنطينية اقام سنة ومات وصير ايضا بعده جنادیوس
بطريركا علي القسطنطينية اقام ثلاث سنين ومات
وصير بعده اطيقوس بطريركا علي القسطنطينية اقام خمسة
عشر سنة ومات وذلك في اثني عشر سنة من
ملك

mam tibi impendi, & ad malum à te avertendum diligentiam adhibûi, quæ tamen fruſtra fuit. Qui autem præſens eſt videt, quæ non videt abſens. Quemadmodum autem tu mihi impingis ea quæ nec novi, nec dixi, ita ſcias te non perventurum ad locum exilii tui quò relegatus es, antequam è vivis diſceſſeris. Jam verò *Epiphanius Cyprum* tendens in navi mortuus eſt, dimidio diei, antequam eò perveniret, ſpatio. *Joannes* autem *Chryſoſtomus* antequam eò ubi exulare juſſus eſt, pertingeret, etiam diem obiit. Porrò fuit *Conſtantinopoli* Terræ motus ingens, nec non tonitru grave cum fulgure, fulminibus, & pluviâ. Dixit ergò Rex, Ideo hæc omnia eveniunt quòd *Ioannem Chryſoſtomum* in exilium miſimus. Juſſitque corpus ipſius *Conſtantinopolim* adferri, ibíq; ſepeliri, ídque anno ſexto regni *Arcadii*. Ideo autem appellatus eſt *Ioannes, Chryſoſtomus*, quòd mulier quædam, ipſum cùm mortuus eſſet plangens, dixerit, O *Ioannes*, ô *os aureum*, hinc *Oris aurei* cognomen habuit. Poſt ipſum conſtitutus eſt alius quidam *Ioannes* Patriarcha *Conſtant.* qui cùm annũ ibi ſediſſet mortuus eſt. Ipſi etiam ſucceſſit *Gennadius* in Patriarchæ *Conſtant.* munere qui tres annos ſedit, dein mortuus eſt. Poſt ipſũ factus eſt *Atticbus* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*, qui annos quindecim ſedit dein mortuus eſt. Idque anno

Regni *Arcadii* duodecimo. Anno Imperii ejusdē octavo constitutus est *Anastasius* Patriarcha *Rom.* qui tribus annis sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem undecimo factus est *Innocentius* Patr. *Rom.* qui cùm quindecim annos sedisset, mortuus est. A° Imperii ipsius octavo constitutus est *Berillus* Patriarcha *Hieros.* annos duodecim sedit, dein mortuus est; A° ejusdem quinto factus est *Paulinus* Patriarcha *Antioch.* qui annos quatuor sedit dein mortuus est. Anno ejusdem nono constitutus est *Evagrius* Patriarcha *Antioch* annis quinq; sedit, dein mortuus est. Anno Imperii ejusdem, *Arcadii* nempe *Romanorum* Imperatoris, regno potitus est *Yazdejerd Bahrami* filius, *Al Aitham* cognomi natus, in *Persas*, annos viginti unum. Porrò *Theophilus* Patriarcha *Alexandrinus* Ecclesiam magnam *Alexandriæ* struxit, *Arcadii Romanorum* Imperatoris nomini dicatam. Obiitque *Arcadius Romanorum* Rex cùm Imperium annos tredecim occupâsset, regnante post ipsum filio ipsius *Theodosio*, qui *Theodosius* junior appellatus est, in *Romanos*, annos quadraginta duos, idque anno *Yazdejerdi Bahrami* filii *Persarum* Regis undecimo. Anno Imperii ipsius nono invadente ipsum *Yazdejerdi Bahrami* filio bellum inter eos grave commissum est, magnæque strages editæ, adeo ut utrique tandem alter ab altero in fugam verterentur. Anno Imperii ejusdem decimotertio

ملك اركان يوس وفي ثمان سنين من ملكه صير
اذسطاس بطريركا علي رومية اقام ثلاث سنين ومات
وفي احد عشر سنة من ملكه صير اينوكيطوس بطريركا
علي رومية اقام خمسة عشر سنة ومات وفي ثمان سنين
من ملكه صير برايلوس بطريركا علي بيت المقدس
اقام اثني عشر سنة ومات وفي خمسة سنين من ملكه صير
بولينو بطريركا علي انطاكية اقام اربع سنين ومات وفي
تسع سنين من ملكه صير اغروا بطريركا علي انطاكية اقام
خمس سنين ومات وفي اربع سنين من ملكه اي ملك
اركان يوس ملك الروم ملك يزدجرد ابن بهرام يقال له
الاثيم علي الفرس احد وعشرين سنة وبنا ثاوفيلوس
بطريرك الاسكندرية بالاسكندرية كنيسة عظيمة علي اسم
اركان يوس ملك الروم ومات اركان يوس ملك الروم وله
في الملك ثلثة عشر سنة وملك بعده ابنه ثاودوسيوس
ويسما ثاودوسيوس الصغير علي الروم اثنين واربعين سنة
وذلك في احد عشر سنة من ملك يزدجرد ابن بهرام ملك
الفرس وفي تسع سنين من ملكه غزاه يزدجرد ابن بهرام
وكان فيما بينهم قتال شديد ووقع بينهم قتل كثير وانهزم
كل واحد منهما عن صاحبه وفي ثلثة عشر سنة من
ملكه

ملكة صير زوسيموس بطريركا علي رومية اقام سنة واحدة
ومات وصير بعده بونوماتيوس بطريركا علي رومية اقام
ثلاث سنين ومات وصير بعده كليستيوس بطريركا علي
رومية اقام عشر سنين ومات وفي خمس سنين من
رياسته كان المجمع الثالث علي نسطور في افسس وفي
اول سنة من ملكه اي ملك ثاون وسيوس الصغير صير
كيرللس بطريرك علي الاسكندرية اقام ثلثة وثلثين
سنة ومات وفي واحد وعشرين سنة من رياسته كان
المجمع الثالث علي نسطور وفي اول سنة من ملك
ثاون وسيوس الصغير صير الاكسندرس بطريركا علي
انطاكية اقام اربع سنين ومات وصير بعده برن وطس
بطريركا علي انطاكية اقام ست سنين ومات وصير بعده
يوحنا بطريركا علي انطاكية اقام سبعة عشر سنة ومات
وفي احد عشر سنة من رياسته كان المجمع الثالث علي
نسطور وفي سبع سنين من ملك ثاون وسيوس الصغير
صير فلابيوس بطريركا علي بيت المقدس اقام ثمانية
وثلاثين سنة ومات وفي اربعة عشر سنة من رياسته
كان المجمع الثالث علي نسطور وفي سبعة
وثلثين سنة من رياسته كان المجمع الرابع
في خلقيدونية علي ديسقورس

constitutus est *Zosimus* Patriarcha *Romanus*, qui cùm annum unum sedisset, mortuus est; ad eam dignitatem post ipsum evecto *Bonifacio*, qui tres annos sedit dein mortuus est. Factúsque est post ipsum Patriarcha ibidem *Celestinus*, qui annos decem sedit, dein mortuus est. Ejus præfecturæ anno quinto fuit Concilium tertium contra *Nestorium, Ephesi*. Anno Imperii ejusdem (viz: *Theodosii* Iunioris) primo, constitutus est *Cyrillus* Patriarcha *Alexandrinus*; annos triginta tres sedit, dein mortuus est. Anno præfecturæ ipsius vicesimo primo, celebratum est Concilium tertium, contra *Nestorium*. Anno etiam primo Imperii *Theodosii* Iunioris constitutus est *Alexander* Patriarcha *Antiochenus*, qui cùm annis quatuor sedisset, mortuus est. Post quem factus est ibidē Patriarcha *Barodotus* [*Theodotus*] qui sex annos sedit, dein mortuus est. Post ipsum Patriarcha *Antiochiæ* præfectus *Ioannes*, septemdecim annos sedit, dein mortuus est. Anno Episcopatûs ejus undecimo fuit Concilium tertium contra *Nestorium*. Anno septimo Imperii *Theodosii* Junioris constitutus est *Flavius* Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui annos triginta octo sedit, dein mortuus est. Anno præfecturæ ejus decimo quarto fuit Concilium tertium contra *Nestorium*; nécnon anno præfecturæ ejusdem tricesimo septimo Concilium quartum *Chalcedoni* contra *Dioscorum*.

Ad Lectorem.

Ut ab initio, ita hinc etiam & deinceps, Eutychii *hujus contextus MSS. continuus procedit. Ceterùm, ne Voluminis adeo heic tumescentis auctior crassities, incommoda nimis esset, ideò visum est, hoc loco sic interjungere, ut reliqua in Tomum conjiciantur Alterum, pro utentium libitu, per se compingendum.*

EUTYCHII
PATRIARCHAE
ALEXANDRINI
Annalium

Tomus Alter.

Codicis, in ſe continui, ſic diſſecandi Ratio, quæ unica eſt, ad Prioris TOMI *calcem adnotatur.*



OXONIIS
Typis ACADEMIAE publicis, Excudebat
HEN: HALL. M.DC.LIV.

ANNO *Theodosii* Iunioris decimoquarto constitutus est *Sisinius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui tres annos sedit, dein mortuus est: fuitque post ipsum Patriarcha *Constantinopoli Nestorius*, qui cùm quatuor annis ac duobus mensibus sedisset anathemate devotus ac loco abdicatus est. Asserebat siquidem *Nestorius Mariam* virginem re verâ Deiparam non fuisse; essèque duos filios, quorum alter sit Deus, eúmq; à Patre genitum, alter autem homo, qui à *Maria* natus fuit: atque hominem istum qui se *Christum* dixerit, amore unitum esse cum filio, Deúmque appellari & Filium Dei, non re verâ, sed per concessionem, & nominum communionem, & honoris causâ, sicut unus ex Prophetis. Quæ *Nestorii* sententia cùm ad *Cyrillum* Patriarcham *Alexandrinum* perveniisset, ipse eam improbans ad eum literas scripsit, in quibus factũ ejus ut turpe incusavit, ac sententiam coarguit ipsíque viæ suæ perversitatem ostendit, rogans ut ad veritatem rediret. Cúmque multæ inter ipsos literæ intercesserãt, nec à sententia sua reverteretur *Nestorius*, scripsit *Cyrillus* Patriarcha *Alexand.* ad *Ioannem* Patriarcham *Antiochenum*, ipsum etiam rogans ut literis ad *Nestorium* datis illum sententiæ suæ fæditatis & absurditatis moneret, atque ut ad veritatem

اربعة عشر سنة من ملك ثاون وسيوس
وفي الصغير صير سيهنة بطريركا علي
القسطنطينية اقام ثلاث سنين ومات
وصير بعده دسطوريوس بطريركا علي القسطنطينية اقام
اربع سنين وشهرين ولعن ونفي وكان
دسطور يقول ان مريم العذري ليست والدة
الاله بالحقيقة وان ذلك كان إبنان
احدهما الاله الذي هو مولود من الاب
والاخر انسان الذي هو مولود من مريم وان
هذا الانسان الذي يقول انه المسيح
بالمحبة متحد مع الابن ويقال له الاه وابن
الله ليس بالحقيقة ولكن بالموهبة واتفاق
الاسمين والكرامة نفسها كاحد الانبيا
فبلغ كيرللس بطريرك الاسكندرية قول
دسطور فاذكر ذلك وكتب اليه وقبح فعله واذكر
علمه مقالته وعرفه فساد ما هو عليه ويسيله
الرجوع الي الحق فجرت بينهما رسايل كثيرة فلم يرجع
دسطور عن مقالته فكتب كيرللس بطريرك الاسكندرية الي
يوحنا بطريرك انطاكية يسيله ان يكتب الي دسطور ويعرفه

قبح مقالته وفسادها ويسئله الرجوع الي الحق
فكتب يوحنا بطريرك انطاكية الي نسطور
ان لم يرجع الي الحق اجتمعوا ولعنوه وجرت
بينهما رسايل عدة فلم يرجع نسطور عن قوله
فمانا في غيه وعماه وسو رايه فكتب يوحنا بطريرك
انطاكية الي كيرللس بطريرك الاسكندرية
يعلمه ان نسطور مقيم علي سو رايه فكتب
كيرللس الي كالستينوس بطريرك رومية والي
بوفلابيوس بطريرك بيت المقدس والي يوحنا بطريرك
انطاكية ان يجتمعوا الي مدينة افسس لينظروا في
مقالة نسطور فان هو رجع والا قبروامنه ولعنوه ونفوه فاجتمع
في مدينة افسس ما يتين اسقفا وكان في هذا المجمع
متقدما كيرللس بطريرك الاسكندرية وكالستينوس
بطريرك رومية وبوفلابيوس بطريرك بيت المقدس
ووعدهم يوحنا ان يحضر فلما تاخر عنهم ولم
يحضر لم ينتظره كيرللس بطريرك الاسكندرية
لكنه تبع من حضر من الاساقفة وبعث
الي نسطور ان يحضر معهم وكان في افسس
فامتنع نسطور من الحضور معهم فبعث اليه
ثلاث

ritatem rediret hortaretur. Scripsit ergò *Ioannes* Patriarcha *Antiochenus* ad *Nestorium*, se, nisi ad veritatem rediret, conventuros, ipsíque maledicturos. Interceſſerunt etiam inter eos Epistolæ non paucæ; *Nestorius* verò à sententia sua haudquaquam receſſit, sed in errore suo, cæcitatéque ac opinionis pravitate permansit. *Ioannes* ergò Patriarcha *Antiochenus* scriptis ad *Cyrillum Alexandrinum* literis certiorem ipsum fecit *Nestorium* in sententiæ suæ pravitate perseverare. Scripsit igitur *Cyrillus* ad *Cælestinum* Patriarcham *Romanum*, & ad *Bu-Flavium* Patriarcham *Hierosolymitanum*, nec non *Ioannem* Patriarcham *Antiochenum*, rogans ut in urbe *Epheso* ad dispiciendum de sententia *Nestorii* convenirent, si forsan redire vellet; sin minùs, se ab eo subducentes, ipsi maledicerent, atque loco moverent. Convenerunt ergò in urbe *Epheso* Episcopi ducenti. Concilii Præsides erant *Cyrillus* Patriarcha *Alexandrinus*, *Cælestinus* Patriarcha *Romanus*, & *Bu-Flavius* Patriarcha *Hierosolymitanus*; Promisit etiam ipsis *Ioannes* se adfuturum, at cùm moram trahens non veniret, haud ulteriùs ipsum expectans *Cyrillus* Patriarcha *Alexandrinus*, convocatis, qui aderant, Episcopis, ad *Nestorium* misit ut se unà sisteret, qui Ephesi tunc erat. Renuente autem *Nestorio* accedere, cùm ter ad ipsum misisset

misisset, nec ille tamen veniret, sententiam ipsius ad examen revocârunt, ipsúmque maledictione dignum iudicantes, anathemate devoverunt, ac loco moverunt, statuerúntque *Mariam* virginem Dei matrem esse, *Christúmque* Deum verum atque hominem duabus constantem naturis, at personâ unum esse, quod diversum est ab amore. *Nestorius* enim asserebat unitatem esse duarum personarum consensum; cùm unitas vera sit ut sit persona una duabus naturis [constans.] Cùm autem jam *Nestorio* maledixissent, accessit *Ioannes* Patriarcha *Antiochenus*, qui cùm jam illos ante adventum suum *Nestorio* maledixisse comperisset, irâ commotus, Injuriâ (inquit) *Nestorium* affecistis, ipsúmque maledictionibus immeritò devovistis. *Nestorióque* se adjungens, convocatis qui cum ipso erant Episcopis, *Cyrillum* Patriarcham *Alexandrinum*, nec non *Simonem* Episcopum *Ephesinum*, excommunicavit. Cùm ergò viderent socii *Cyrilli* absurditatem eorum quæ patravit *Ioannes*, orto inter ipsos dissidio *Epheso* discesserunt. Factíque sunt socii *Cyrilli*, & Orientales partes duæ, inter quas interceserunt rixæ. At non destitit *Theodosius* Rex donec inter illos pacem conciliaret. Scripserunt ergò Orientes libellum in quo asserebant Sanctam *Mariam* Virginem Deum & Dominum nostrum *Iesum Christum*

ثلاث مرات فلما فاخر ولم يحضر نظروا في مقالته
فاوجبوا عليه اللعن فلعنوه واذفوه وثبتوا ان مريم
العذري والدة الاله وان المسيح الاه حق واقنوم
معروف بطبيعتين متوحد في الاقنوم وهذا هو خلاف
المحبة لان نسطور انما كان يقول ان الايتحاد هو
اتفاق الوجهين واما الايتحاد المستقيم فانما هو ان يكون
اقنوم واحد بطبيعتين فلما لعنوا نسطور قدم يوحنا
بطريرك انطاكية فلما وجدهم قد لعنوه قبل حضوره
غضب وقال ظلمتم نسطور ولعنتموه باطلا وتعصب مع
نسطور وجمع الاساقفة الذين كانوا معه فقطع
كيرللس بطريرك الاسكندرية وقطع هيمن
اسقف افسس فلما راوا اصحاب كيرللس قبح
صنيع يوحنا وقع بينهم شرور وخرجوا من
افسس وصار اصحاب كيرللس والمشرقيون
حزبين فكان بينهم سجس فلم يزل
ثاون وسيوس الملك حتي اصلح بينهم فكتب
المشرقيون صحيفة فيها بان مريم
القديسة العذري ولدت الاهنا وربنا يسوع

المسيح الذي هو مع ابيه في الطبيعة ومع الناس
في الناسوت في الطبيعة واقروا بطبيعتين ووجه
واحد واقنوم واحد ونفوا اللعن علي نسطور ووجهوا
بالصحيفة مع بولص مطران حمص الي كيرللس
بطريرك الاسكندرية فقبل كيرللس الصحيفة
وقراها ووافقهم علي ما فيها وجاوبهم علي كتابهم
ان اماثتي علي اماثتكم التي في صحيفتكم
فعلي هذا كان اتفاق كيرللس والمشرقيين
وقالوا قوم ان كيرللس لما قبل صحيفة المشرقيين
بذا له فلم يقول بطبيعتين ووجه واحد وهم
في ذلك كذابون لان كتب كيرللس كلها
تنطق بذلك فكتب كيرللس نسخة صحيفة
المشرقيين الي ايلاريوس اسقف مدينة قرثنية والي
اكاكيوس اسقف ملطية والي جماعة من الاساقفة يعلمهم ان
المشرقيين قد رجعوا الي الايمان بالحق وانهم غير موافقين
لنسطور بل علي مقالة المجمع الثاني المائة وخمسين اسقفا
الذين اجتمعوا بالقسطنطينية ولعنوا مكدونيوس فمن
المجمع الثاني المجمع الثالث المذكور الي هذا المايمتن

اسقف

Christum peperisse, qui ejusdem est cum Patre suo naturæ, ejusdémque cum hominibus quoad humanitatem naturæ: duas etiam naturas confessi sunt, & hypostasin unam, unámque Personam, & Anathema in *Nestorium* denuntiârunt. Eúmque libellum per *Paulum* Metropolitam *Hamesanum* ad *Cyrillum* Patriarcham *Alexandrinum* miserunt: quem cùm accepisset atque perlegisset *Cyrillus*, cum ipsis de rebus in eo contentis consentiens hoc illis quod ad eum responsum reddidit: Eandem ego quam vos in libello vestro descripsistis fidem amplector; atque hoc pacto fuit inter *Cyrillum* & Orientales concordia. Quod autem dicunt nonnulli *Cyrillum* cùm libellum Orientalium accepisset ipsum improbâsse, nec dixisse duas naturas & hypostasin unam, in eo falsi sunt. Omnes enim *Cyrilli* libri illud disertè asserunt. Porrò transmisit *Cyrillus* exemplar libelli Orientalium ad *Ilarium* Episcopum urbis *Corinthi*, & ad *Acacium* Episcopum *Malatensem*, & ad alios Episcopos plures, certiores illos faciens Orientales ad veram fidem rediisse, neq; *Nestorio* assensum præbere, verùm sententiam amplecti Concilii secundi Episcoporum centum quinquaginta, qui *Constantinopoli* convenientes *Macedonio* maledixerunt. Iam à Concilio secundi, quod diximus, ad tertium hoc Concilium

Episcoporum ducentorum qui in urbe *Ephesi* congregati sunt & *Nestorium* anathemati devoverunt, anni sunt quinquaginta unus, idque anno regni *Theodosii* junioris, Imperatoris *Romanorum* vicesimo primo. *Nestorius* autem ubi pulsus fuerat *Ægyptum* tendens, in ea ejus parte quæ *Said dicitur*, loco *Echmim* appellato, septem annos substitit, dein mortuus est, ac sepultus in vico *Saklan* dicto, in quo æstus ingens contigit, ac præcipuè in valle in qua ipse sepultus fuerat, adeo ut nemo in ea incedere vel per eam transire tempore æstivo posset. Atque ita obliterata est sententia *Nestorii* donec illam longo post ipsum temporis spatio resuscitaret *Barsuma* Metropolita *Nisibinensis* tempore *Iustini Romanorum* Imperatoris & *Kobadi Phiruzi* filii Regis *Persarum*, eámque in Oriente, ac præcipuè apud *Persarum* incolas adstrueret; unde est quod multi sint *Nestoriani* in Oriente, sc. *Iraco*, *AlMusal*, circa *Euphratē*, & in *Mesopotamia*, qui *Nestoriani* appellati sunt, titulo à *Nestorii* nomine deducto. Post *Nestorium* constitutus est *Maximus* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui tres annos sedit, dein mortuus est: ipsóque nondum sepulto factus est *Proclus* ibidem Patriarcha, qui super *Maximo* oravit, eúmq; sepelivit; cúmq; post ipsum tredecim annos sedisset, mortuus est. Inquit *Said Patricii* filius,

اسقف الذين جتمعوا في مدينة افسس ولعنوا نسطور
واحد وخمسون سنة وذلك في واحد وعشرين سنة
من ملك تاون وسيوس الصغير ملك الروم فاما نسطور
لما ذفي صار الي مصر واقام في صعيدها في موضع
يقال له اخميم سبع سنين ومات ودفن في قرية يقال لها
سقلان فحدث فيها حرشد بن خاصة في البقعة التي دفن
فيها حتي انه لم يكن احد يقدر يسير فيها
ولا يمر بها في الصيف وكانت مقالة نسطور
قد اندرست فاحياها من بعده برصوما طويل
برصوما مطران نصيبين في عصر يوستينيانوس
ملك الروم وقباد ابن فيروز ملك الفرس وكبتها في
المشرق وخاصة اهل فارس ولذلك كاثرت النسطورية
في المشرق والعراق والموصل والفرات والجزيرة فسميوا
النسطورية مشتق من اسم نسطور وبعد نسطور صير
مكسيموس بطريركا علي القسطنطينية اقام ثلاث سنين
ومات ومن قبل ان يدفن صير بركلس بطريركا علي
القسطنطينية فصلي برقلس علي مكسيموس ودفنه
واقام بعده ثلثة عشر سنة ومات قال سعيد

بن

بن بطريق المثلبي قد رايت ان ارد علي التسطوريهن
في هذا الموضع من كتابي هذا وابين بطلان قولهم
وفساده لانه خطا لانهم في زماننا هذا قد خالفوا قول
نسطور القديم وزعموا ان نسطور كان يقول ان المسيح
جوهران واقنومان انه تام باقنومه وجوهره وانسان تام
باقنومه وجوهره وان مريم ولدت المسيح من جهة ناسوته
لا من جهة لاهوته لان الاب عندهم ولد الاه ولم يلد انسان
ومريم ولدت انسان ولم تلد الاه فيقال لهم ان كان
الامر علي ما تقولون فالمسيح مسيحان وابنان فمسيح
الاه حق وابن الاه حق ومسيح انسان حق وابن
انسان حق لانه لا بد لمريم ان تكون ولدت المسيح
اولم تلده فان كانت ولدته فلا بد من ان يكون
ولادا روحانيا اوجسمانيا فان كان جسمانيا فهو غير
الذي ولده الاب وذلك يوجب ان يكون مسيحين
وان كان روحانيا فالمسيح ابن واحد وقنوم
واحد ومسيح واحد والدليل علي ذلك صحيفة
الحديد التي تحمى فيها النار وانها سيف واحد تحرق
وتقطع وتضي وتلمع ولايجوز ان تكون الجهة الحديدية

في

filius, Medicus, Viſum eſt mihi hoc libri mei iſtius loco *Neſtorianis* reſponſum reddere, & ſententiæ ipſorum falſitatem atque abſurditatem demonſtrare, cùm error ſit, ipſíque tempore hoc noſtro à *Neſtorii* antiqui dictis in diverſum abierunt, autumantes *Neſtorium* aſſeruiſſe *Chriſtum* duas ſubſtantias ac duas Perſonas eſſe, Deum perfectum in perſona & ſubſtantia ſua, atque hominem perfectum in perſona & ſubſtantia ſua, ac *Mariam* peperiſſe *Chriſtum* ex parte humanitatis, non ex parte divinitatis ſuæ; utpote cùm Pater, juxta ipſos, genuerit Deum, at non hominem; *Maria* verò hominem pepererit, non autem Deum. Dicetur ergò illis, , Si ita res habeat uti vos dicitis, erit *Chrtſtus* duo *Chriſti*, duóque Filii. Erit ergò *Chriſtus* Deus verus, & Filius verus Deus, & *Chriſtus* verus homo, & Filius verus homo, cùm neceſſariò dicendum ſit vel *Mariam* peperiſſe *Chriſtum*, vel non peperiſſe: Si peperit, neceſſariò erit partus vel ſpiritualis vel corporalis; ſi corporalis, alius erit ab eo quem genuit Pater, unde neceſſariò ſequetur duos eſſe Chriſtos; quòd ſi ſpiritualis fuerit, erit Chriſtus Filius unus & Perſona una, & *Chriſtus* unus. Probatur hoc [exemplo] laminæ ferreæ cui uniturignis, utpote quæ ſit gladius unus qui & urat, & ſcindat, & luceat, & coruſcet; nec concedi poteſt

poteſt partem ferream eam eſſe quæ urit, & lucet, cùm ferrum cui non ineſt ignis non urat; neque partem candẽtem quæ ſecat ignem eſſe, cùm ignis naturâ ſuâ luceat & urat. Atque hoc [exemplo] verum eſſe conſtat & confirmatur quod profitemur nos *Melchitæ*, *Chriſtum* eſſe unam perſonam, Deum perfectum, hominémque perfectum, & confutatur quod aſſerunt *Neſtoriani*, eſſe *Chriſtum* perſonas duas. Quinetiam dici illis poterit, dicite nobis de humanitate cui unita eſt divinitas, atq; nominata eſt *Chriſtus* [An]non deſierit eſſe *Chriſtum* ex quo fuerit in utero matris ſuæ *Mariæ* uſque dum ipſum pareret & lactaret, & adoleverit, & crucifixus, & paſsus fuerit? An donec triginta annos compleret, fuerit unus ex numero hominum, ac tum demum unitus fuerit humanitati, ac factus ſit *Meſſias*? Quòd ſi dixerint non fuiſſe *Chriſtum* quamdiu fuit in utero matris ſuæ *Mariæ*, verùm *Mariam* peperiſſe hominem, ac ipſum donec triginta annos compleret unum fuiſſe ex hominibus, deinde unitam fuiſſe divinitatem cum humanitate, ac factum fuiſſe *Chriſtum*, certè ſententiam ſuam adſtruxerunt, at Evangelio mendacium impegerunt, nec non *Paulo*, omnibúſque quos Eccleſia recipit libris, & à ſententia *Chriſtiana* receſſerunt. Sin dixerint divinitatem humanitati unitam fuiſſe,

هي المحرقة المضية ان كان ما لم يكن فيه فارا من
الحديد هو غير محرق ولا الجهة النارية القاطعة هي
النار ان كانت النار في طبعها انها تضي وتحرق
فقد صح بهذا وثبت ما تعتقده الملكية من ان
المسيح قنوم واحد الاه تام وانسان تام وبطل
ما تعتقده النسطورية من ان المسيح اقنومان
ويقال لهم ايضا اخبرونا عن الناسوت التي
اتحد بها اللاهوت وسمي مسيحا لم يزل مسيحا
من كان في بطن امه مريم الي ان ولدته
وارضعته وشب وصلب والم ام كان ذو ثلثين
سنة وهو واحد من الناس ثم ايتحد بعد ذلك
بالناسوت فكان مسيحا فان قالوا لم يكن
مسيحا وهو في بطن امه مريم وانما ولدت مريم
انسان وكان ذو ثلاثين سنة وهو واحد من
الناس ثم ايتحد بعد ذلك اللاهوت بالناسوت
فكان مسيحا فقد زكوا قولهم وكذبوا
الانجيل وبولص وجميع كتب الكنيسة
وخرجوا عن مقالة النصرانية وان
قالوا ان اللاهوت ايتحد بالناسوت

عند الحمل وان كان مسيحا وهي مجهول
وبهلوه ومرضع الي ان صلب وقتل فقد اقروا ان مريم
العذري ولدت الاه مسيح واحد واقنوم واحد
ويقال لهم ايضا فمتي اتحدت الكلمة بالانسان
قبل الولادة اوقبل ما يحمل به ام في حال الولادة
فان قالوا قبل الولادة قلنا لهم قبل الولادة وقبل
الحمل اوقبل الولادة وهو حمل فان قالوا قبل الولادة
وقبل الحمل فقد زعموا انه اتحد قبل ان يكون انسان
وقبل ان يصور وقبل ان يولد واذا كان ذلك
كذلك فقد فهم قول النسطورية ان القديم
ايتحد بانسان جزوي لان الانسان الجزوي
انما كان انسان جزوي لما صار مصورا بشريا ويلزمهم
ان يزعموا ان اللاهوت قد كان خلا مع الناسوت
تسعة اشهر او نحوها من بدو الحمل مقيما معه في
الموضع الذي يحمل فيه الجنين ثم ولد تبعا
وهذا خلاف قولهم ان مريم ولدت المسيح من جهة
ناسوته لا من جهة لاهوته وان قالوا ايتحد به وهو
حمل صورة تامة قلنا لهم فقد كان الاه اذا حمل

قبل

fuisse dum adhuc in utero gestaretur, ipsúmque [tum] *Christum* fuisse, ac in utero gestatum fuisse, ac natum & educatum donec crucifigeretur & interficeretur, tum confitentur *Mariam* virginem peperisse Deum, *Christum* unum, & personam unam. Dicetur rursus illis, Quando unitum est verbum homini? ante partum, aut antequam conciperetur, an momento partûs? Quòd si dixerint, ante partum; reponemus illis, Num ante partum, & ante conceptionem? aut ante partum postquam conceptus est? Quòd si dixerint, tum ante nativitatem tum ante conceptionem, autumant unitum fuisse ipsum antequam esset homo, & antequam formaretur, & antequam nasceretur; quæ si ita se habeant absurditatis arguitur sententia *Nestorianorum*, quòd Æternus unitus fuerit homini se ex parte tantum ita habenti; Homo enim ex parte sic se habens talis fuit cùm formâ humanâ indueretur; unde necesse est illis ut autument divinitatem solam, cum humanitate fuisse novem menses aut circiter ab initio conceptionis, unà cum eadem manens in loco quo gestari solet infans; deinde simul natas fuisse; quod contradicit illi quod dicunt, *Mariam* peperisse *Christum* ex parte humanitatis suæ, non ex parte divinitatis suæ. Sin dixerint, unitam fuisse cum eo postquam conceptus esset ac formâ

perfectâ indutus; regeremus ipsis, Tum Deus in utero gestatus est ante partum; quòd si concedi possit utero gestatum fuisse, concedi etiam potest, nasci potuisse. Si dixerint unionem factam tempore nativitatis; dicimus, Tum ergò peperit *Maria* Verbum unà cum homine; Verbum autem tum apud nos tum apud vos Deus est; Peperit ergò *Maria* Deum. Si dixerint, Ita est; reponemus, Cùm concedi possit nasci potuisse, cur non concedatur, in utero gestari potuisse? Quod si concesserint, jam sententiæ suæ valedixerunt, sin haud concesserint, dicimus, Quænam est inter hæc discrepantia, ut in utero gestetur, & ut nascatur? Si dixerint, Deum natum non esse, nec fuisse unionem ante nativitatem, nec statu isto durante, sed fuisse tempore nativitatis, dicimus destruit hoc illud quod asseritis, *Mariam* peperisse *Christum*. Siquidem non est vobis *Christus* homo solus. Cùm ergò *Christus* non sit homo solus, *Maria* autem ex sententia vestra hominum nudum pepererit ante unionem, sequitur ipsam peperisse illud quod non erat *Christus*, postquam autem fuerit, factum esse *Christum* per unionem, ac fuisse unionem post nativitatem, ac proinde *Christum* evasisse post nativitatem. Quòd si hoc vobis absurdum videatur, ac *Maria Christum* pepererit, ipsa ergò non peperit hominem solùm,

atque

قبل الولادة واذا جاز ان يحمل جاز ان
يولد وان قالوا كان الاتحاد في حال
الولادة قلنا فقد ولدت مريم اذا
الكلمة مع الانسان والكلمة عندنا وعندكم الاه
فقد ولدت مريم الاها فان قالوا نعم قلنا فاذا جاز ان
يولد فلم لا يجوز ان يكون حمل فان اجازوا ذلك
تركوا قولهم وان لم يجيزوا ذلك قلنا وما الفرق
بين ان يكون حمل وبين ان يكون مولود
فان قالوا ليس الاله بمولود وان لم يكن الاتحاد
قبل الولادة ولا في حاله وانما كان في حال الولادة
قلنا نقض قولكم ان مريم ولدت المسيح لان المسيح
عندكم ليس هو انسان وحده فاذا كان المسيح
ليس هو انسان وحده ومريم عندكم انما ولدت
انسان وحده قبل الاتحاد فانما ولدت اذا
ما ليس بمسيح واذا كان انما كان مسيحا
بالاتحاد وكان الاتحاد بعد الولادة فانما كان
مسيحا بعد الولادة فان كان عندكم هذا
فاسدا وكانت مريم قد ولدت المسيح
فمريم لم تلد الانسان وحده
وهذا يوجب

وهذا يوجب انها ولدت الاله مع الانسان ويوجب ان
الاتحاد كان قبل الولادة فقد تبين فساد ما
تعتقده النسطورية من ان مريم ولدت المسيح من
جهة ناسوته لا من جهة لاهوته وصح ما تعتقده
الملكية من ان مريم ولدت الاه مسيحا واحدا
واقنوم واحد وجوهر قديم وجوهر حديث ويقال لهم
ايضا ان زعمتم ان المسيح جوهران جوهر قديم وجوهر
محدث ثم زعمتم ان مريم ولدت المسيح فقد اقررتم ان
مريم ولدت هذين الجوهرين اللذان هما المسيح
فالمسيح هو اذا طبيعتين فاذا ولدتهما واحد هما الاه
قد ولدت اذا الاه قديم ثم لا يجوز ان تلد الا ما كان
مجهولا فهذا يوجب انها قد كانت حاملة لذلك
الاله فقد تبين ايضا فساد اعتقاد
النسطورية من ان لم تحمل الاه ولم تلده وصح
ما تعتقده الملكية من ان مريم ولدت الاه ومسيح
واحد وابن واحد واقنوم واحد قال سعيد بن
بطريق المتطبب ان ايمة الضلالة اعني
نسطوريوس وافتيشيوس وديسقوريس وشويرس ويعقوب

البرادعي

atque hoc necessariò infert peperisse ipsam Deum cum homine, nec non fuisse unionem ante nativitatem : atque ita manifesta facta est absurditas ejus quod asserunt *Nestoriani*, scil. *Mariam* peperisse *Christum* ex parte humanitatis suæ, non ex parte divinitatis; & veritas ejus quod confitentur *Melchitæ*, *Mariam* peperisse Deum, *Christum* unum, & Personam unam, & Substantiam æternam, & Substantiam de novo productam. Dicetur etiam illis, Si asseratis *Christum* duas esse substantias, unam æternam, alteram de novo productam, dein *Mariam* peperisse *Christum*, jam confitemini *Mariam* duas has substantias, quæ sunt *Christus*, peperisse; *Christus* ergò constat duabus naturis, quas cùm peperit, una earum Deus est, peperit ergò Deum æternum. Deinde, Non potest concedi peperisse nisi quod in utero gestatum fuerat, hinc ergò necessariò sequitur ipsam Deum illum in utero gestâsse. Atque ita ostensa est etiam absurditas sententiæ *Nestorianorum* asserentium, *Mariam* nec in utero tulisse, nec peperisse Deum, & confirmata veritas ejus quod profitentur *Melchitæ*, scil: *Mariam* peperisse Deum, & *Christum* unum, & filium unum, & personam unam. Inquit *Said Patricii* filius, Medicinæ studiosus, Antistites erroris, viz. *Nestorius*, *Eutychius*, *Dioscorus*, *Severus*, & *Iacobus Baradienſis*, cùm

cum ipſorum ſequacibus aliiſque Heterodoxis, qui adſtruere voluerunt imaginationes ſuas à timore Dei alienas, atque à viâ Dei declinârunt juxta ſententiæ ſuæ pravitatem, in Deum audaces, quóſque malæ intentiones ſuæ & corruptæ cogitationes mari erroris ingurgitarunt, illi (inquam,) omnes illos quibus ſe immiſcuerunt errores mordicùs retinuerunt, eo quòd ignorarent unionem Divinitatis Domini noſtri *Chriſti* cum humanitate ipſius, dum unuſquiſque ipſorum in aliquem è diverſis mixtionis modis impingens ei adhæſerit; Viſum eſt autem mihi oſtendere [diverſos] miſtionis modos, eóſque explicare, ut ita abſurditatem eorum quæ dicunt percipias. Deo autem potentia eſt. Pro magna Dei providentia, juſtitia perfecta, & miſericordia eximia, miſit ipſe Verbum ſuum Creans, quo omnia creavit iiſque eſſe dedit, quod è ſubſtantia eſt increata, verùm à patre ante omnia ſecula genitum, cùm non eſſet unquam Deus ſine Verbo & Spiritu, neque Verbum unquam ab ipſo ſeperatum, neque a Spiritu ipſius creante, aut à ſubſtantia ipſius; ac deſcendit Verbum Dei Creans cum ſubſiſtentia ſua permanente, perpetua, durabili, quæ nunquam non fuit, nec eſſe deſinit, & incarnatum eſt à *Maria* Virgine, puella ſanc-

ta,

البراذعي واشياعهم وغيرهم من المخالفين الذين
اراذوا اقامة اهوايهم الزايغة عن خشية الله وراغوا
عن سبيل الله وعن الحق بهو رايهم جراة علي الله
وغرقتهم ضمايرهم الخبيثة وهم الفاسدة في
بحر الضلالة وهم جميعا فيما ارتبطوا فيه
وارتطموا به من ضلالتهم يهمزون جهلا منهم
باتحاد لاهوت سيدنا المسيح بناسوته وهقط كل
واحد منهم في وجه من وجوه الخلطة فتمسك
به وقد رايت ان اوضح وجوه الخلطة وابين ذلك
لتقف علي فساد قولهم وبالله القوة ان من عظيم
تدبير الله وكمال عدله وجليل رحمته
بعث كلمته الخالقة التي بها خلق كل شي
وكونه التي هي من جوهر ليس بمخلوق
ولكن مولودة من الله قبل الادهار كلها لن
يكن الله بلا كلمة وبلا روح قط ولا كانت
الكلمة بريئة منه قط ولا من روحه الخالقة ومن
جوهره فهبطت كلمة الله الخالقة
بقوامها القايم الدايم الثابت الذي لم يزل
ولا يزول واتجسدت من مريم العذري جارية

طاهرة مختارة من الاصل المبارك من ذرية ابراهيم
وولد اسرايل وهبط يهوذا وفخذ داوود واصطفاها الله
لهذا التدبير من دنا العالمين وطهرها بروح القدس
روحه الجوهرية حتي جعلها اهلا لحلول كلمة
الله الجوهرية بها فاحتجبت الكلمة الخالقة
بانسان مخلوق خلقته لنفسها بصورة الله الاب
وبزارة الروح القدس خلقا جديدا من غير نطفة
ذكرية ومن غير ان جرت عليها الخطية
ومن غير مجامعة بشرية ولا نكاح ولا
انفكاك عذرة البتولية المقدسة اتحادا
تاما بجسده وقدسه الناموسية وروحه العاقلة
الكلمانية التي هي صورة الله في الانسان
وشبهه لانها كانت اولي خلق الله لسكنا
الاله وحلوله واحتجابه بها للطفها عن
جميع ما لطف من الخلايق كلها واعلم انه
لا يري شئ من لطيف الخلق الا في غليظ
الخلق ولا يري ما هو اللطف من اللطيف
الا مع الذي هو اغلظ منه فيما يظهر لاهل
الهيولي من غليظ الخلق وانما وجدنا روح الانسان
العاقلة

cta, electa, è ſtirpe benedicta, è progenie *Abrahami*; prole *Iſraelis*, tribu *Iudæ*, familiâ *Davidis*, quam ad hanc Oeconomiam elegit Dominus ex omnibus mundi fœminis, ipſámque Spiritu Sancto mundavit, Spiritu [inquam] ſuo ſubſtantiali, adeò ut ipſam idoneam redderet in quam deſcenderet Verbum Dei ſubſtantiale, atque ita obvelatum eſt Verbum Creans homine creato, quem ſibi voluntate Dei Patris, & conſilio Spiritûs Sancti creavit, creaturam novam abſque ſemine virili, ut nec in ipſam caderet peccatum, nec cum homine conſuetudinem haberet aut congreſſum, aut violaretur puellæ ſanctiſſimæ virginitas, hominem perfectum cum corpore ſuo & anima ſanguinali, & ſpiritu intellectivo, rationali, qui eſt imago Dei in homine, & ſimilitudo ipſius. Cùm fuerit ipſe inter creaturas Dei maximè idoneus in quo habitaret Deus, ac deſcenderet, ſibíque in velum ſumeret, pro ea quâ cæteras quotquot ſunt creaturas antecellit puritate. Scias enim rem naturæ puræ haud cerni, niſi in eo quod ſit naturæ craſſioris; neque cerni poſſe quod omni ſi maximè purum eſt, niſi cum eo quod ipſo craſſius ſit [conjunctum] in eo, quod appareat è materia conſtantibus, naturæ craſſioris. Invenimus autem ſpiritum hominis intellectivum, ratio-

nalem puriorem esse eo quod purissimum est in cæteris creaturis, ideóque ex omnibus Dei creaturis maximè idoneus fuit qui Deo velum esset, ideóque factum est illi velum; ipsíque interim anima, in sanguine sedem habens, velum; ut & corpus crassum, velum ei quod ipso purius sit: atque hâc ratione assumpsit Verbum Dei creans substantiam hominis integram cum corpore ipsius & sanguine, spiritúqne intellectivo rationali, fuítque Verbum Dei cum subsistentia sua, subsistentia humanitatis istius, cujus substantia perfecta fuit, eo quòd subsistentia Verbi Dei ipsam subsistere fecit. Neque enim ipsa creata fuit, vel omnino quicquam fuit, nisi per subsistentiam Verbi Dei, quod ipsam creavit, & subsistere fecit de nihilo quod in utero Virginis antea subsisteret, & sine causa aliqua â qua ipsa principium esset, sive semine virili, sive aliquo quopiam, exceptâ substantiâ Verbi creantis quæ una est è Trinitate divina: atque illa subsistentia cum hominibus numerata, & nota est ob eam cui conjuncta est, quámque creavit eíque copulata est, sustantiam humanam, atque ipse unitate subsistentiæ istius unius, subsistentiæ (inquam) Verbi Dei creatoris, unus est in Trinitate substantiâ divinitatis suæ, & unus inter homines substantiâ humanitatis suæ, non

duo,

العاقلة الكمالية الطف من لطيف الخلايق التي
سواها فلذلك كانت اولي خلق الله لحجاب
الاله فكانت له حجابا وكانت النفس الدموية
لها حجابا والجسد الغليظ حجابا لما هو الطف منه
فعلي هذا ايتحدت كلمة الله الخالقة جوهرية
انسان كاملة بجسدها ودمها وروحها العاقلة
الكمالية وصارت كلمة الله بقوامها قواما
لتلك الناسوت التي كمل جوهرها بتقويم قوام
كلمة الله اياها لانها لم تخلق ولم تكن شيا
الا بقوام كلمة الله التي خلقها وقومها من
لا شي سبق قبل ذلك في بطن مريم ولا من هيولي
كان لها به مبتدا لا من نطفة ولا غير ذلك غير قوام
الكلمة الخالقة التي هو احد التثليث الالهي
فذلك القوام قوام معدود معروف مع الناس لما تم
البه وخلقه له والتحم به من جوهر الانسان فهو بتوحيد
ذلك القوام الواحد قوام كلمة الله الخالقة
واحد في التثليث بجوهر لاهوته وواحد في
الناس بجوهر ناسوته وليس باثنين
ولكن

ولكن واحد مع الاب والروح وهو اياه واحد مع الناس
جميعا جامع لجوهرين مختلفين من جوهر اللاهوت
الخالق وجوهر الناسوت المخلوق بتوحيد القوام الواحد
قوام الكلمة التي هي الابن المولود من الاب قبل الازمان
والادهار كلها وهو اياه المولود من مريم العذري في
اخر الزمان من غير مفارقة من الاب ولا من الروح
القدس ولكن مثل ما ان شعاع الشمس المولود من
عين الشمس الذي يملا ضوءه ما بين السما والارض
فورا يوم في بيت من البيوت فيكون فيه حقا
بنوره ودفايه من غير مفارقة للعين التي يولد منها حقا
لانه لم ينقطع من العين ولا من الضوء فكذلك
تكن ابن الله في الناسوت من غير ان يفارق
الاب فهو في الناسوت حقا وهو مع الاب وروح
القدس حقا ومثل ما ان كلمة الانسان المولودة
من عقله فكتب في قرطاس فهي في القرطاس
كلها حقا من غير ان تفارق العقل الذي منه
ولدت ولا يفارقها العقل الذي منه ولدت لان العقل
بالكلمة يعرف لانه فيها والكلمة كلها في العقل الذي ولدها

وكلها

duo, verùm unus cum Patre & Spiritu, atque ipse idem unus simul cum hominibus, comprehendens duas substantias diversas, è substantiâ [nempe] divinitatis creante, & substantiâ humanitatis creatâ, in unitate subsistentiæ unius, subsistentiæ [inquam] Verbi, quod est filius genitus à Patre ante tempora & sæcula omnia, idémque natus ex *Maria* Virgine in fine temporis, ita ut non separaretur vel à Patre, vel Spiritu Sancto. Verùm sicut radius solaris qui genitus est ab ipso sole, cujus lux totum illud inter cœlum & terram [spatium] lumine implet, conspicitur in domo aliquâ, atque in ipsâ verè est luce & calore suo, ita tamen ut revera minimè separetur à fonte quo genitus est, cùm nec ab ipsius corpore nec luce abscindatur, ita etiam habitavit filius Dei in humanitate, ita ut minimè à Patre separaretur, fuítque in humanitate verè, idémque verè cum Patre & Spiritu Sancto. Ac sicut verbum hominis qui ab intellectu ipsius gignitur chartæ inscribitur, adeóque totum verè est in charta ita ut interim ab intellectu à quo genitum est haudquaquam separetur, neque ab eo separetur intellectus à quo genitum est, quoniam intellectus per verbum dignoscitur, cùm ei insit, atque verbum totum sit in intellectu qui ipsum genuit, totúmque in seipso, ac totum in charta cui unitum

unitum eſt: ſimiliter Verbum Dei totum eſt in Patre à quo genitum eſt, & totum in ſeipſo, totúmque in Spiritu, ac totum in humanitate, in qua reſedit, cuíque unitum eſt. Quamvis enim omnis ſimilitudo creata longè abſit ab eo ut creatorem referat, non deſiit tamen Deus ſimilitudines ſervis ſuis in omnibus libris ſuis proponere, ut ea quæ non cernunt ex iis quæ cernunt intelligerent, eáque quæ ipſis non ſunt manifeſta, ex iis quæ manifeſta ſunt dignoſcerent. Non eſt autem habitatio Verbi Dei creatoris, eíuſque cum ſubſtantiâ humanitatis conjunctio, vel tranſlatio vel alteratio, vel mutatio unius è duabus ſubſtantiis à natura ſua. Non eſt mutata natura divina, ut [ceſſaret eſſe] divina, creatrix; neque humana ut haud ampliùs ſit humana creata: atque hoc iſtiuſmodi eſt quod non abſurdum videatur intelligenti. Jam alteratio & mutatio neceſſariò requirit miſtionem, cùm fuerit é duabus naturis è materia conſtantibus, craſſis, inſtàr aquæ & vini, mellis & aceti, auri & argenti, æris & plumbi, aut his ſimilium; quæ omnia è materia conſtant & craſſa ſunt. Omne autem materiale quod cum alio materiali miſcetur, neceſſariò infert mutationem qua aliud evadat quàm utraq; iſta ê materia conſtantia priùs fuerant, neque [maneat] vinum vinum, nec aqua aqua, poſtquam commiſta fuerint,

وكلها في نفسها وكلها في القرطاس الذي اتحدت
به وكذلك كلمة الله كلها في الاب الذي ولدت
منه وكلها في نفسها وفي الروح وكلها في
الناسوت التي حلت فيها واتحدت بها وان كان
كل مثل مخلوق يعجز عن شبه الخالق ولكن لم
يزل الله يضرب لعباده الامثال في جميع كتبه
ليفهموا ما لا يرون بما يرون ويعرفوا ما لا يظهر لهم
بما يظهر وليس حلول كلمة الله الخالقة والتحامها
بجوهر الناسوت عن انتقال ولا تغيير ولا احتمال
من احد الجوهرين عن كيانه لا الالهي احتمال
عن ان يكون الاهما خالقا ولا الناسي احتمال
عن ان يكون ناسيا مخلوقا وذلك ما لا ينكر
عن من يعقل فالاحتمال والتغيير انما يلزم الخلطة
ان كانت من خلقين هيولانيين غليظين مثل
الماء والخمر والعسل والخل والذهب والفضة والنحاس
والرصاص وما اشبه ذلك لان كل هيولي غليظ
وكل هيولي يخالط هيولا لا محالة ان يلزم التغيير
حتي يصير الي غير ما كانا عليه الهيولانيين
جميعا فلا الخمر خمرا ولا الماء ماء بعد اختلاطهما

ولا الذهب ذهبا ولا الفضة فضة ولا النحاس نحاسا ولا
الرصاص رصاصا بعد اختلاطهما ولكنهما احتالا
جميعا عن جوهرهما فصارا الى امر متغير ليس هو
احدهما بعينه ولا احدهما خالصا من الفساد والاحتمال
عن حاله فاما اذا كانت الخلطة من خلق لطيف
وخلط غليظ لم يلحق تلك الخلطة تغير ولا احتمال
مثل خلط النفس والجسد اجسادا واحدا احدهما متحد
بالاخر من غير ان تكون النفس تغيرت واحتالت
عن جوهرها لن تكون نفس نفس معروفة بفعالها
ولا الجسد تغير ولا احتال عن حاله وفعاله ومثلها اذا
ايتحدت النار بالحديد فتوحدها بلطفها والتحمان
جميعا فتكونا جمرة واحدة من غير ان تكون النار تغيرت
واحتالت عن جوهرها ان تكون نارا منيرة محرقة ولا
الحديدة تغيرت ولا احتالت ان تكون حديدة صلادة
تشج وتقطع وكذلك تفعل كل خلطة مولفة من
شيئين مختلفين احدهما روحاني لطيف والاخر جسماني
غليظ مثل النفس والجسد والنار والحديد ومثل الشحم
المخالطة الماء والطين وكل رطوبة ولين ولا تتغير ولا تحتال
عن دورها وثقلها وظهورها مع مخالطتها كل سواد ووسخ
ولين

rint, neq; aurum aurum, nec argentum argentū, nec æs æs, nec plumbum plumbum, poſt factam miſtionē, ſed utraq; alterata ſint à ſubſtantia ſua & res alia diverſa evaſerint, quæ neutra penitus earū ſit, nec utra vis ipſarū immunis ſit à corruptione, & alteratione ab eo quo fuerat ſtatu. Quòd ſi fuerit miſtio è natura ſubtili, & natura craſſa, non infert miſtio iſta alterationem aut converſionem. e.g In miſtione animæ & corporis [ex quibus conſtat] homo unus, unitur alterum alteri ut nec mutetur vel alteretur anima à ſubſtantia ſua ne ſit anima anima quæ actionibus ſuis dignoſcatur, neque corpus à ſtatu & actionibus ſuis mutetur & alteretur; aut quemadmodum ubi unitur ignis cum ferro ipſúmque ſubtilitate ſuâ penetrat, ſimúlque conjuncta una fiunt pruna, ita ut nec alteretur ignis vel mutetur à ſubſtantia ſua ne ſit ignis lucens, urens; neque alteretur ferrum aut mutetur, ne ſit ferrum materiatum quod vulneret & ſcindat: eodem modo fit in omni mixtura quæ compoſita eſt è rebus duabus diverſis, quarum altera ſit ſpiritualis, ſubtilis, altera materialis & craſſa; veluti anima & corpus; ignis & ferrum; vel ut ſol, qui ſe immiſcet aquæ, luto, omníque materiæ humidæ, & putidæ, neq; mutatur vel alteratur à luce munditie & puritate ſua, licèt cum omni re nigra, & ſordida

didâ,putidâ, & immundâ miſceatur; Quia non fit unquam mixtura niſi tribus modis, quorum unus eſt cùm miſcentur duæ naturæ materiales, quæ mutantur & corrumpuntur; ut in mixtura aquæ & vini; aceti & mellis; auri & argenti; æris & plumbi; hæ enim omnes, cum id genus aliis, alteratio ſunt & corruptio; quia quod ex vino & aqua miſtum eſt, nec vinũ eſt nec aqua, quòd utrumq; eorum à natura ſua mutatum ſit, ac commixtio ipſorum facta ſit cum corruptione ipſorum & mutatione à ſtatu ſuo: atque ita quod mixtũ eſt ex aceto & melle, factum eſt neque acetum, neque mel, quòd vtrumque eorum à ſtatu ſuo mutatum ſit: ita & in mixtura auri & argenti, plumbi & æris, haud purum manet utrumlibet eorum. Atque hic unus eſt è tribus miſtionis modis. Secundus eſt miſtio quæ fit ſeorſim manentibus duabus naturis materialibus, ita ut earum ſubſiſtentia dignoſcatur. In iſtiuſmodi mixtura utraque duarum naturarum ab altera diſtinguitur ſubſiſtentiâ ſuâ, & ratione ſuâ; atque ita ſe habet ut oleum & aqua in eadem lampade, aut linum & ſericum in eadem veſte, utpote quæ è lino contexta, ſerico ſtriata ſit; aut inſtar ſtatuæ æneæ cui caput ſit aureum, aliorúmque ejuſmodi, quam non decet appellare mixturam, cùm diſtinctæ maneant duæ naturæ & conſiſtentiæ

وذلك وجنس لاده لا تكون خلطة ابدا الا علي وجوه ثلاثة
منها خلطة باختلاط من الطبيعتين الهيولانيتين
واحتيالهما وفسادهما ومثل خلطة الماء والخمر والخل
والعسل والذهب والفضة والنحاس والرصاص فان
ذلك كله وما يشبهه احتيال وفساد لان مزاج الخمر
والماء ليس هو خمر ولا ماء لاحتيال كل واحد منهما عن
طبيعته واختلاطهما بفسادهما وتغيرهما عن حالهما
وكذلك خلطة الخل والعسل قد صارا لا خلا ولا عسلا
لاحتيال كل واحد منهما عن حاله وخلطة الذهب
والفضة وخلطة الرصاص والنحاس علي غير صحة ايضا
من كل منهما فهذا وجه من الوجوه الخلطة
الثلاثة الوجه الثاني من الخلطة خلطة بافتراق من
الطبيعتين الهيولانيتين ومن قوامهما تعرف وفي تلك
الخلطة الطبيعتين كل واحدة بارزة من الاخري بقوامها
ووجهها وذلك مثل الزيت والماء في قنديل واحد ومثل
الكتان والقز في ثوب واحد منسوج بكتان
مضلع بقز ومثل صنم من نحاس راسه من ذهب
وما اشبه ذلك مما لا ينبغي ان يسمي
خلطة مع افتراق الطبيعتين والقوامين مثل
ما

ما لا ينبغي ان يكون بين الماء والقلة التي فيها
الماء خلطة لان طبيعة الجرة فخار وقوامها قنة
وليس بينها وبين الماء خلطة بل اشد الفرقة وكذلك
الماء والزيت لولا ان وعا القنديل الذي هما فيه
ضمهما ما اجتمعا فاما اذا هما فليس بينهما خلطة
وكذلك ليس بين الكتان والقز خلطة اذا لم
يلتحما وان كانا في ثوب واحد ولا بين النحاس
والذهب اذا لم يسبكا خلطة وان تمهما صنم واحد
وانما الخلطان لا يكونان ابدا الا من هيولا جسمانية
غليظة فالتحم بعضهما ببعض مثل ما يذاب النحاس
والذهب ويفرغان معا وقعت في وجه خلطة الاحتمال
والفساد لان تلك النقرة ليست بذهب صحيح ولا نحاس
صحيح وان لم يلتحم والزم بعضها ببعض مثل طوق
ملوى من نحاس وذهب وقعت في وجه خلطة
الافتراق التي لا يحق لها ان تسمي خلطة وفي
هذين الوجهين وقع نسطور واشياعه ويعقوب
وسويرس وديسقورس وافتيشيوس واشباعهم اما
يعقوب ومن سميناه فلزموا خلطة الاحتمال والفساد
فزموا ان الطبيعة الالهية والطبيعة الناسوتية
اختلطا

tentiæ, ſicut non oportet ut ſit inter aquam & amphoram in qua eſt, mixtio; cùm natura vaſis illius ſit, teſta; conſtitutio, [quòd ſit] Amphora; adeo ut non ſit inter eam & aquam miſtio, ſed quanta fieri poteſt maxima diſcrepantia. Ita & aqua & oleum; niſi vas lampadis in quo ſunt ea conjungeret, nequaquam unirentur; at non eſt [cõmunitas] vaſis inter ea miſtio [cenſenda.] Similiter nec inter linum & ſericum mixtura eſt, cùm non invicem adhæreant, etiámſi in eadem ſint veſte; nec inter æs & aurum ubi conflata non fuerint, cõmixtio, etiámſi ea cõjungat una ſtatua. Hæ autem mixturæ nunquam ſunt niſi è materia corporeâ craſsâ: cujus ſi pars parti cõjungatur, e. g. ſi liquefacta æs & aurum ſimul effundantur, eveniet ratione mixtionis mutatio et corruptio; neque enim eſt maſſula iſta vel aurum purum, vel æs purum: at niſi copularentur ac unum alteri adjungeretur, ut cùm torquis ex ære auróq; conficitur, eſſet miſtionis modus ſeparationi obnoxius, qui nomine miſtionis indignus eſt. Atque in hos duos modos impegerunt *Neſtorius* ejúſq; aſſeclæ, & *Jacobus* & *Severus* & *Dioſcorus*, & *Eutychius* eorúmque ſequaces. *Iacobus* quidem, iíque quorum nomina recenſui, miſtionem mutationis & corruptionis amplexi, aſſeruerunt naturam divinam & naturam humanam

nam in uno *Christo* commixtas fuisse, ipsúmque habuisse subsistentiam unam in natura una compositam ex duabus naturis diversis, divinâ sc. & humanâ; professi ergò sunt eas mutatas esse, mutatio autem corruptio est. Atque hoc dicto impio Dei naturam accidentibus & morti necessariò obnoxiam reddunt, ac *Christum* nec Deum verum, nec verum hominem constituunt, instàr massulæ ex auro & ære conflatæ. *Nestorius* verò ejúsque sequaces mistionem quæ separari atque divelli possit affingunt, autumantes *Christum* unum esse duabus naturis diversis constantem, divinâ et humanâ, duásque hæbentem subsistentias notas, divinam atque humanam, ac mistionem statuerunt quæ separatio sit, instàr torquis è duobus filis quorum alterũ aureum sit alterm æneum confecti; aut vestis duplicis, cujus pars exterior sit serica interior gossypina, inter quas nulla est mixtura sive naturæ sive subsistentiæ: neque hâc ratione ad illos spectat *Christum* unum credere; siquidem est torquis complicatus, torques bini, & vestis duplex, binæ vestes; eodémque modo [esset] *Christus*, duo *Christi*, [quorum] unus naturâ & subsistentiâ suâ divinus esset, instàr fili aurei in torque plicatili, aut partis exterioris sericæ in veste duplici; alter humanus, instàr fili ænei in torque, vel partis interioris

اختلطا في المسيح الواحد فهو ذو قوام واحد بطبيعة
واحدة مختلط من طبيعتين الاهية وناسوتية فاقروا
انهما قد اختلا والاختيال فسان والزموا علي هذا
القول الكافر طبيعة اللة المصايب والموت وصيروا
المسيح لا الاها صحيحا ولا انسانا صحيحا مثل فقرة
الذهب والنحاس واما نسطوريوس واشياعه فلزموا
خلطة الفرقة والانقطاع فزعموا ان المسيح
الواحد ذو طبيعتين مختلفتين الاهية وناسوتية وذو
قوامين معروفين الاهيا وناسويا فصيروا
الخلطة فرقة كالطوق الملوي بقضيبين
احدهما ذهب والاخر نحاس والثوب المبطن
ظهارته قز وبطانته قطن ليس بينهما
خلطة لا في طبيعة ولا في قوام وليس ينبغي
لهم علي هذا ان يومنوا بمسيح واحد لان
الطوق الملوي طوقان والثوب المبطن ثوبان
والمسيح علي مثل ذلك مسيحان واحد الاهيا
بطبيعته وقوامه مثل قضيب الذهب في الطوق
الملوي ومثل ظهارة القز في الثوب المبطن
والاخر ناسوتيا مثل قضيب النحاس في الطوق وبطانة
القطن

القطن في الثوب واعجب كل العجب كيف لم يفهموا
اهل الخلاف والشقاق من الصنفين كلاهما ولم
يفهموا ان هاتين الخلطتين انهما خلطتان هيولي جسمانية
غليظة ليس فيهما شي من الخلف الروحاني اللطيف
الخفيف وكذلك لا تقدر الهيولي الغليظة على الخروج
من هذين الوجهين من الخلطة لانها ان اختلطت خلطة
ملتحمة ممتزجة صارت الي احتيال وفساد وان اقامت
علي حالها لا تلتحم ولا تمتزج بعضها ببعض فهي علي
وجه خلطة الافتراق منقطعة بعضها من بعض وان
تفهما ضم واحد او ثوب واحد واناء واحد وليس
يوجد لشي من الهيولي الجسمانية وجه خلط هوي
هذين الوجهين ابدا انما الفساد واما انقطاع الا ان
تكون الخلطة من اثنين احدهما هيولي جسماني
والاخر لطيف روحاني فان ذلك هو الوجه
الثالث من الخلطة وهي خلطة الحق وفي نسخة
اخري الخلف بلا اختلاط ولا احتيال ولا فساد
ولا فرقة انقطاع ولكنها خلطة دفان الطبيعة
الروحانية اللطيفة في الطبيعة الهيولانية الجسمانية
حتي تنتشر في جميعها وتخالطها كلها ولا يبقا
موضعا

interioris è goſſypio in veſte. Summopere autem mirandum eſt quomodo non percipiant utriuſq; generis diſſentientes ac diſcrepantes, neque intelligant eſſe duo iſta miſtionis [genera] mixturas materiæ corporeæ, craſſæ; cui nihil ineſt ſpiritalis, ſubtilis, tenuis; adeóque non poſſe materiam craſſam, duos iſtos miſtionis modos vitare: ſi enim mixta fuerit miſtione quæ coalitionẽ ac compoſitionem [infert] ad mutationem & corruptionem vergit; ſin eodem quo fuerat ſtatu permaneat, neque coaleſcit, neque contemperantur partes ipſius, adeôque non aliâ ratione miſcentur quàm ea quæ facilè ſeparantur atque divelluntur, etiámſi ea conjunxerit ſtatua una, veſtis una, vel vas unum. Neque reperitur unquam in re aliqua materiali corporeâ alius quis mixturæ modus, præter iſtos duos, vel qui corruptionem [infert] vel ſeparationem, niſi cùm miſtio duorum ſit quorum alterum materiale corporeum, alterum tenue ſit & ſpiritale. Hîc autem tertius eſt mixtionis modus, quæ & verè miſtio eſt [in alio exemplari eſt, miſtio Naturæ] abſq; confuſione, converſione, corruptione, aut ſeparatione partitionis; verùm eſt mixturâ quâ penetrat natura ſpiritalis, ſubtilis, naturam materialem corpoream, donec per ipſam totam diffundatur, totáque commiſceatur, neque remaneat

locus ullus naturæ materialis vacuus naturâ ſpiritali, ſine mutatione quâ mutetur vel ſpiritalis à natura ſua ſpiritali ſubtili, vel corporea materialis à natura ſua craſsa, materiali, ac ſine alteratione aut corruptione utriúſvis, inſtàr miſtionis animæ & corporis, aut ignis & ferri in eadem pruna, quæ una eſt ſubſiſtentiâ, è natura ignis conjuncta ac commiſta cum natura ferri ſine ſeparatione aut diviſione, ac ſine confuſione converſione aut corruptione; diffuſus eſt interim ignis per univerſum ferrum, totúmque induit; communicavit etiam ferro potentiam ſuam & lucem ſuam, & vim comburendi, adeo ut & luceat ferrum, & urat; at nihil ſibi de impotentia ferri aſſumſit, ſive nigredinem, ſive frigus. Atque ſecundùm hunc miſtionis modum diſpoſuit Verbum Dei creans, miſtionem ſuam cum natura humana, éſtque *Chriſtus* unus, filius Dei unicus, à Patre ante omnia ſæcula genitus, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, genitus non creatus, de ſubſtantia & natura patris ſui; atque ipſe idem natus ex *Maria* Virgine in fine temporis, in ſubſiſtentia una, [viz.] ſubſiſtentia filii Dei unici quæ comprehendit duas ſimul naturas; Divinam quæ nunquam non fuit, in principio, & ante omne principium; & humanam, quæ facta eſt in fine temporis, ſubſiſtere facta per ſubſiſtentiam æternam

éſtque

موضعا من الطبيعة الهيولانية خلوا من الطبيعة الروحانية
من غير احتيال من الروحانية عن طبيعتها الروحانية
اللطيفة ولا احتمال من الجسمانية الهيولانية عن طبيعتها
الغليظة الهيولانية ولا تغير ولا فساد لاحدهما مثل خلطة
النفس والجسد ومثل خلطة النار والحديد في قوام
تمرة واحدة فهي جمرة واحدة بالقوام من طبيعة
نار ملتحمة متخالطة لطبيعة الحديدة بلا فرقة انقطاع
ولا تخليط احتيال وفساد وقد انتشرت النار في جميع
الحديدة ولبستها كلها وادالت النار الحديدة من
قوتها ومن دورها واحراقها حتي ادارت الحديدة
واحرقت ولم تنال النار من ضعف الحديد شيا
ولا من السواد ولا من البرودة وعلي هذا الوجه الخلطة
دبرت كلمة اله الخالقة خلطتها بالطبيعة البشرية فهي
مسيح واحد ابن الله الوحيد المولود من الاب قبل
الادهار كلها نور من نور اله حق من اله حق مولود
غير مخلوق من جوهر ابيه وطبيعته وهي اياة مولود
من مريم العذري في اخر الزمان بقولم واحد قوام ابن
الله الوحيد الجامع للطبيعتين كلاهما الالهية التي لم
تزل في البدي ومن قبل كل بدي والناسوتية التي كونت

في

في اخر الزمان المقومة بالقوام الازلي فهو مسيح واحد
بقوام واحد ازلي ذو طبيعتين الاهية لم تزل وناسوتية
خلقها له والتحم بها من مريم العذري قوامه ذلك هو
قوام الطبيعة الالهية والطبيعة الناسية جامعا لهما بلا
اختلاط احتياز ولا فصال فرقة وانقطاع لم يزل قوام الطبيعة
الالهية هو قوام الطبيعة الناسية ان خلقها وكونها
بقوامه التي لم تقم الا به ولم تعرف الالـه فهو مسيح
واحد قبل التجسد وبعد التجسد هو اياه المولود من
الاب بتوحيد قنوم البنوة ذي الجوهر الالهي الصادر من
قبل الادهار كلها بلا ام وهو اياه المولود من مريم في
اخر الازمان بلا اب بتوحيد ذلك الاقنوم بعينه
ذو الجوهرين جميعا الالهي والناسي المجتمعان في
ذلك الاقنوم مسيح واحد وابن واحد اياه نادا الاب
من السماء في الموضعين منها نهر الاردن يوم
المعمودية وطور ثابور يوم التجلي وقال هذا
هو ابني الحبيب الذي به سررت واياه كانت
مريم تدعوا ابني ليس ابن الاب اخر وابن
مريم اخر معاذ الله من ذلك وذلك ان الطبايع
ليس تولد وتوان امراه ولدت طبيعة لكان ينبغي ان
تلد

éſtque is *Chriſtus* unus ſubſiſtentiâ unâ æternâ, duas habens naturas, Divinam, quæ nunquam nõ fuit; & humanam, quam ſibi creavit, ut ei uniretur, ex *Maria* virgine. Eſtque ſubſiſtentia illa ipſius ſubſiſtentia naturæ divinæ & naturæ humanæ, utramque comprehendens ſine miſtione alterationi, aut corruptione ſeparationi & diviſioni obnoxiâ. Non deſiit ſubſiſtentia naturæ divinæ eſſe ſubſiſtentia naturæ humanæ cùm ipſam crearet, & faceret per ſubſiſtentiam ſuam ſine qua non ſubſiſtit, quâque exceptâ non eſt alii cognita. Eſtque ipſe *Chriſtus* unus ante incarnationem & poſt incarnationem, ipſe idem genitus à Patre in unitate perſonæ filiationis, habens ſubſtantiam divinam ſimplicem, ante omnia ſæcula, ſine matre; idémque natus ex *Maria* ultimis temporibus ſine Patre, in unitate ejuſdem ipſius perſonæ, è duabus ſimul ſubſtantiis conſtans, Divinâ & humanâ, in illa perſona conjunctis, *Chriſtus* unus, & filius unus, quem allocutus eſt Pater è cœlis duobus in locis, ſc. fluvio *Jordanis* die Baptiſmi, & monte *Tabor* die transfigurationis, dicens, Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui, eundémq; cõpellavit *Maria* [dicens] Fili mi: Non eſt filius Patris, alius; & filius *Mariæ*, alius; abſit ut hoc dicatur; Non enim naſcuntur naturæ; Nam ſi pareret mulier naturã, neceſſe eſſet

ut

ut omnes mulieres parerent, cùm una natura omnes homines comprehendat; ſed naſcuntur perſonæ: nec parit mulier duas perſonas partu uno, niſi cùm unicuíque perſonæ ſit partus ſeorſim, ut in gemellis. Nec convenit ut ſint uni unquam rei binæ ſubſiſtentiæ miſtæ; Natura enim comprehendit ſubſiſtentias. Quomodo ergò fiat ut ſubſiſtentiæ naturâ diverſæ ſimul conjungantur in *Chriſto* uno cum ſubſiſtentiarum differentia? Subſiſtentia autem actus eſt ſuperioritatis. Si ergò *Chriſtus* duas habeat naturas diverſas, ſicut verum eſt, ac ſimul haberet duas ſubſiſtentias diverſas, tum illud quod ipſum conjungeret [quo unus eſſet] aliud eſſet præter duas naturas, ac duas ſubſiſtentias; quale nihil omnino reperitur. Scimus autē non eſſe naturam abſque perſona; Nec tamē eſt natura in una [tantùm] perſona. Natura enim una comprehendit plures perſonas, at perſona una non comprehendit naturam. Natura autem *Chriſti* divina æterna nunquam ſubſiſtentiâ ſuâ caruit; jam ſubſiſtentia iſta ea eſt quæ humanitatis naturam ſibi aſſumptam adjunxit, fuítque ipſi ſubſiſtentia ab eo uſque tempore quo non fuit ante habitationē perſonæ iſtius divinæ in *Maria*, in qua ubi habitavit fecit ex ipſa eſſentiâ, viz. Naturam humanam, quam ſubſiſtentiâ ſuâ ſubſiſtere fecit, & deificavit dum ipſi eſſentiam tribuit

تلد النساء كلهم لان الطبيعة الواحدة تجمع الناس
كلهم وانما تولد الاقانيم وليس تلد الامراة اقنومين
في ولد واحد دون ان يكون لكل قنوم ولد علي
حدته مثل الاقوام ولا يستقيم ان يكون للشي
الواحد قوامين مختلطين ابدا لان الطبيعة جامعة
للقوامات والقوامات مفرقة للطبيعة كيف تستقيم
الفة مجتمعة في مسيح واحد مع فرقة قوامين وانما
القوام عمل الفرقة فان كان المسيح ذو كيانين
مختلفين كما هو حقا وكان مع ذلك ذو قوامين
مختلفين فما الذي تعنى بذوي الكيانين والقوامين
ذلك ما لا يوجد ابدا فقد عرفنا انه لا يكون طبيعة
بلا اقنوم ولكن ليس تكون طبيعة ابدا باقنوم بواحد
لان الطبيعة الواحدة تجمع اقانيم كثيرة والاقنوم
الواحد لا تجمع الطبيعة وطبيعة المسيح الالهية
ازلية لم تزل بقوامها وذلك القوام هو الذي
اخذ طبيعة الناسوت فضمها اليه وكان قواما لها
من كونها لم يكن من قبل حلول ذلك الاقنوم
الالهي بريما فلما حل بها كون منها كيانا فهو
الطبيعة الناسوتية وقومها بقوامه والهها مع تكوينه

لها فكان اخذه اياها وتكوينه لها وتاليهه اياها معا
بيما فناسوت المسيح ذات قوام معروف الله قوام
ابن الله اخذها وقومها بقوامه وخلقها له هيكلا
لم يكن ذلك الناسوت من قبل حلول كلمة
الله في مريم ولم تخلف فيعرف لها قوام حتي حل فيها
قوام الابن الالهي وكان هو لها قوام لم يزل ذلك البشر
من كان بشرا لكلمة الله ولم يزل من كان
بشرا نفس عاقلة كلامية بشرا لكلمة الله ولم
يعرف ذلك البشر بغير قوام كلمة الله قط فهو ابن
الله واحد مولود من الاب بلا ام ومن الام بلا اب
فهو ابن الله والبن مريم وان التوحيد
انما هو للقوام لان المسيح ذو كيانين قائمين
مختلفين في جوهريهما معروفين بفعال كل واحد
منهما علي حدته وارادته يريد كل واحد من الطبيعتين
بارادتهما ويفعل فعالهما ولو ان المسيح واحد من
غير توحيد الاقنوم مع ما عليه طبيعتيه من الاختلاف
ذلك ما لايستقيم ان يكون واحدا ان لم يجمع
طبيعته قوام واحد لان العدد انما يقع علي الاقانيم
اذا كانت الطبيعة واحدة ولولا ذلك
ما

tribui, hæc autem, ſc. quod ipſam aſſumpſerit, eſſe fecerit ac deificaverit, omnia ſimul fuerunt, dum humanitatẽ *Chriſti* habentem ſubſiſtentiam, quã notum eſt eſſe ſubſiſtentiam filii Dei, aſſumptam ſubſiſtere fecit ſubſiſtentiâ ſuâ, ſibíq; in templum creavit, cùm non eſſet humanitas iſta antequam reſideret Verbum Dei in *Maria*, neque crearetur, neque ulla ipſius ſubſiſtentia nota eſſet, donec in ipſam reſideret ſubſiſtentia filii Dei, quæ facta eſt ipſi ſubſiſtentia. Neque unquam fuit caro iſta, ex quo fuit, alia quàm caro Verbi Dei; neque unquam; ex quo fuit caro animâ intelligenti rationali prædita, aliter habuit quàm Caro Verbi Dei, neque aliter nota eſt unquam quàm per ſubſiſtentiam Verbi Dei; eſt igitur ipſe filius Dei unicus à patre ſine matre genitus, à matre [natus] ſine patre, idémque filius Dei, & filius *Mariæ*. Unitas autem ob ſubſiſtentiam eſt, cùm *Chriſtus* duas habens naturas perfectas, ſubſtantiâ differentes, quarum utraque ex ſuis ſeorſim actionibus & voluntate ſuâ cognita eſt, cùm ipſarum utraque voluntate ſuâ velit, & actionibus ſuis agat. Quòd ſi *Chriſtus* unus eſſet ſine unitate perſonæ, cum ea quâ præditus eſt naturarum diſcrepantiâ non conveniret ut unus haberetur, niſi naturam ipſius complecteretur ſubſiſtentia una. Siquidem numerus cadit in perſonas etſi fuerit natura una.

ſecus enim non caderet numerus in unitatem ſubſtãtiæ Dei[ut eſſet]Trinitas,cùm ſit ipſe Unus Deus. Trinitas verò in perſonas cadit Neq, caderet numerus in homines,quâ multi reputentur ob multitudinem, cùm eos comprehendat natura una; ſiquidem omnes unus homo eſſent, verùm perſonarum diſtinctio in cauſa eſt ut multi numerentur. Quòd ſi *Chriſto* duæ perſonæ tribuendæ eſſent, competeret illi numerus binarius, ac Trinitati divinitatis quadruplicitas cùm à Trinitate ad numerum quaternariũ promoveretur atq; in ea auctio locum haberet. Neque perficeretur baptiſmus trinâ immerſione, quam præcepit *Chriſtus* Apoſtolis ſuis, viz. ut baptizarent eum qui crederet in nomine Patris & Filii & Sp. S. Deceret enim eos qui autumant *Chriſtum* duas eſſe ſubſiſtentias, quater inter baptizandum intingere,cùm nomina trina,ſint perſonæ Patris & Filii & Sp.Sancti,quorum nomine ter aquâ tingitur. Quòd ſi quatuor eſſent perſonæ, neceſſe eſſet quater immergi, ſecus non in totum *Chriſtum*,quem duas eſſe perſonas dicit, baptizaretur,ſed in dimidium ipſius, omiſsâ ſc.alterâ ſubſiſtentiarum ipſius in quã haud fuerit baptizatus. Iam ergò manifeſtum eſt *Chriſtum* unum eſſe,ante quem non fuerit *Chriſtus* alius, neque poſt ipſum futurus ſit alius. Verbum enim Dei

nunquam

ما وقع العدد علي توحيد جوهر الله تثليث وهو الاه
واحد وانما جري التثليث بالاقانيم ولا وقع العدد
علي الناس بالكثرة مع جمع الطبيعة الواحدة لهم
لان جميعهم انسان واحد ولكن تفرقة
الاقانيم الذي الزمهم كثرة العدد فلو لزم للمسيح
اقنومين لقد لزمه عدد الاثنين ولزم تثليث
اللاهوت تربيعا ان صارت من تثليث الي تربيع
ودخلت عليه الزيادة وليست المعمودية علي
الثلاث صبغات التي امر بها المسيح رسله ان
يصبغوا من امن باسم الاب والابن والروح
القدس ولزم من زعم ان المسيح قوامين ان يصبغ
بالمعمودية باربع صبغات لان الاسما الثلثة انما في
اقانيم الاب والابن والروح القدس التي يصبغ
بها ثلاث صبغات فاذا صارت الاقانيم اربعة
فلابد من اربع صبغات الا ان لا يعمد بالمسيح كله
من يقول ان له قنومين ولكن بنصفه اذا
ترك احد قوامية لايصبغ به فقد تبين
ان المسيح واحد لم يكن من قبله مسيح غيره
ولا يكون بعده اخر لان كلمة الله لم تزل
منذ لم

من لم يزل والدها ولم يكن الله بلا كلمة قط
ولا كانت له صفارة قط كلما قال في الاصحاح
في البدي لم تزل الكلمة والكلمة لم تزل
عند الله والاه لم تزل الكلمة كل بها كان
وبغواها لم يكن ولا واحد مما كان ثم اتبع ذلك
وقال والكلمة صار بشرا وسكن فينا فحقق
قوله ان قوام الكلمة واحد لم يزل مع الاب واذ
اياه الذي اخذ طبيعة البشر فصار بشرا لسكناه
في البشر الذي خلقه له خلقة جديدة من مريم العذري
بلا زرع بشر وكانت الكلمة المكونة لذلك البشر
في مريم بشبه الزرع الذي هو سبب خلقة البشر
فهو ذلك الاقنوم المعدود في الثالوث المقدس مع
الاب وروح القدس وهو اياه المعدود مع الناس واحد
ذلك يسوع المسيح ابن الله الحي الابن الوحيد الاه
تام مع الاب وروح القدس بلا فرقة بينهم في كيان
اللاهوت وجوهرها وانسان تام مع امه وسائر
البشر بلا فرقة بينهم في كيان الناسوت وجوهرها
من غير احتيال ولا تغيير لاحد طبيعتيه عن
جوهرها

nunquam non fuit ex quo nunquam non fuit pater ipſius, neque unquam fuit Deus ſine Verbo, neque unquam ſeparationem paſſus eſt, ſicut dicit Evangelium, *In principio fuit verbum, & verbum nunquam non fuit apud Deum, & Deus nunquam non fuit verbum, omnia per ipſum facta ſunt, & abſque eo non factum eſt vel unum eorum quæ facta ſunt.* Deinde addens dicit, *Et verbum factum eſt caro, & commoratum eſt inter nos,* confirmavitque dictum ſuum, ſubſiſtentiam Verbi unam eſſe, quæ nunquam non fuit cum Patre, eandémq; ipſam aſſumptâ naturâ humanâ factam fuiſſe carnem ad habitandum inter homines, quam novâ creatione ſibi condidit ex *Maria* virgine ſine ſemine humano. Fuitque Verbum quod carnem iſtam formavit in *Maria*, inſtar ſeminis quod cauſa eſt formationis hominis. Eſtq; ipſum perſona illa quæ in ſancta Trinitate numeratur cum Patre & S. Sanct. Idémq; quod numeratur unum cum hominibus, ille *Ieſus Chriſtus* filius Dei viventis, filius ille Unicus, Perfectus Deus cum Patre & Spiritu ſancto, nullo inter ipſos diſcrimine quod ad eſſentiam divinitatis & ſubſtantiam ipſius; & perfectus Homo cum Matre ſuâ cæteríſque hominibus, nullo inter ipſos diſcrimine ratione eſſentiæ humanitatis & ſubſtantiæ ipſius, ſine converſione aut mutatione utriuſvis

utriuſvis naturarum ipſius à ſubſtantia ſua; ſive Divinitatis à ſubſtantia ſua ſubtili & ſimplicitate, ad craſſum humanitatis [naturam] & compoſitionem ipſius; ſive humanitatis à craſſitie & compoſitione ad ſubtilitatem & ſimplicitatem divnitatis, [ſine, inquam,] vel miſtione, corrumpente quæ mutet alterutrum re aliquâ ad ſubſtantiam ſuum [ſpectante,] ſive parvâ ſive magnâ, quâ fieret è duabus naturis una natura mixta. Hoc enim infidelitas eſt & blaſphemia in Deum, affigere ipſi mutationem aliquam quâ à ſubſtantia ſua creante converteretur in ſubſtantiam creatam; aut [dicere] carnem, quam ſibi in habitaculum creavit, converti à ſubſtantia ſuâ creatâ ac fieri creantem. Quòd ſi duæ naturæ commiſcerentur miſturâ aliquâ adeo ut fierent natura una, non eſſet *Chriſtus* poſt incarnationẽ ſuam, è ſubſtantia Patris & Sp.S. ſiquidẽ ſubſtantia Patris & S.S. eſt ſubſtantia ſimplex ſubtilis, lux creans, quam non ingreditur cõpoſitio. Et quomodo cõveniret ut filius incarnatus accenſeretur Patri & S.S. poſtquâ è ſubſtantia ipſorum egreſſus eſſet præ ea cui obnoxius fuerat miſtione & compoſitione? Aut quomodo concederetur ipſum eſſe Deum unum cum Patre & Sp.S. cum eâ quæ naturæ ipſius obtigerat miſtione? Quinetiam hoc pacto eſſet humanitas *Chriſti* humanitas cum ea quam ſubierat

جوهرها لا من اللاهوت عن الجوهر اللطيف والانبساط
الي غلظ الناسوت وتركيبها ولا من الناسوت عن
الغلظ والتركيب الي لطف وانبساط اللاهوت من
تغيير وتخليط فاهن مغير لاحدها عن شي من
جوهرها صغير ام كبير حتي صار من كيانين
كيان واحد مختلط فان ذلك كفر وتجديف
علي الله ان يلزمه شي من التغيير فيحتال
من جوهره الخالف الي جوهر مخلوق اى يحتال
ما خلقه من البشر لنفسه مهكنا عن جوهره
المخلوق فيصير خالقا ولو كانا الكيانين قد اختلطا
خلطة تخليط حتي صارا كيانا واحدا لما كان المهيح
من جوهر الاب وروح القدس من بعد تجسده لان
جوهر الاب وروح القدس جوهر بسائط لطيف نور خالف
لا يدخل عليه التركيب وكيف كان يستقيم الابن
المتجسد ان يعد مع الاب وروح القدس من بعد خروجه
من جوهرها مع ما لزمه من تخليط التركيب اوكيف
يسلم له ان يكون الاه واحد مع الاب وروح القدس
مع ما دخل علي جوهره من ذلك التخليط ولما كانت
انا ناسوت المهيح بناسوت مع ما تغيرت

من حال جوهرها من طبيعة الناسوت الي امتزاج
بجوهر اللاهوت والاحتمال المتغير لما كان عليه
الطبيعتين من الحال ولكنا نومن بمسيح
واحد موحد جوهر الاقنوم المولف بين اللاهوت
وجوهر الناسوت القائم لهما جميعا بلا تخليط ولا
احتمال ولا تغيير ولا فرقة انقطاع ولا هو في احدي
الطبيعتين دون الاخري مثل ما عرف لن اللة في
البدي خلف النور الساجح اللطيف فاقام علي
حاله منبسط في الهوي ثلثة ايام اولها يوم الاحد
الذي فيه خلق ثم خلق لذلك جسد هيولاني يوم
الربعاووضعه فيه واسكنه اياه بخلطة لازمة والفة ثابتة
فسماها جميعا شمسا باسم واحد جامع لطبيعة دور
الشمس وطبيعة جسدها بتوحيد قوامها الواحد
الجامع لها شمس واحدة لم يسم دورها من قبل
جسدها شمس ولا يقال لجسدها بغير دورها شمس
لكنها شمس واحدة بنورها مع جسدها جميعا
وكذلك يعرف دور لاهوت المسيح لم يسما قبل
تجسده بالبشرية من مريم مسيحا ولا يقال
لناسوته بغير لاهوته مسيحا بل لاهوته
وناسوته

bierat mutatione reſpectu ſubſtantiæ ſuæ à natura humanitatis ad commiſtionem cum ſubſtantia divinitatis, & alteratione quæ mutationem utriúſque naturæ ab eo quo fuerat ſtatu, inferret. Nos verò credimus in *Chriſtum* unum, unum factum unitate perſonæ in qua copulatæ ſunt divinitas & ſubſtantia humanitatis, quæ eas ſimul conjungit ſine miſtione, converſione, mutatione aut ſeparatione quâ divellantur. Neque eſt ipſe in alterutra naturarum ſine alterâ: quemadmodum novimus Deum initio creâſſe lucem ſimplicem ſubtilem, quæ ſtatu ſuo ſimplici tribus diebus in aëre permanſit, quorũ primus fuit feria prima quâ creata eſt: Deinde ipſi die quarto corpus materiale creavit, in quo ipſam ſtatuit, atq; inhabitare fecit, miſtione neceſſariâ & cõjunctione firmâ, & totum hoc Solem appellavit nomine uno, quod comprehendit & naturam lucis ſolis, & naturam corporis ejus, unitate ſubſiſtentiæ ipſius unius quam comprehendit Sol unus; cujus nec lux ante corpus ipſius ſol vocabatur, nec corpus ſine luce ſol audit; verum ſol unus eſt cum luce & corpore ſuo pariter. Eodémque modo dignoſcitur lux Dei *Chriſtus*. Neque enim ante incarnationem ſuam ex virgine *Maria* appellatus eſt *Chriſtus*; neque dicitur humanitas ipſius ſine divinitate *Chri-*

ſius, verùm divinitas & humanitas ipſius ſimul *Chriſtus* unus, qui eſt ex ſubſtantia Patris & Spiritûs Sancti ſecundùm divinitatem, & ex ſubſtantia Matris ſuæ reliquorúmque hominum reſpectu humanitatis ſuæ, qui vult voluntate naturæ humanitatis ſuæ, omnéſq; ejus actiones operatur, excepto peccato. Peccatum enim non eſt de ſubſtantia naturæ, verùm accidens quod per rebellionẽ in naturam intravit. Non deſtitit ſubſtantia humanitatis ipſius obſequi ſubſtantiæ divinitatis ipſius, ex quo carnem induit, nec deſtitit affectus humanitatis ipſius parere affectui divinitati ipſius; neque enim deſiderat humanitas ipſius per ſe, quod vult natura humanitatis de cibo, potu, ſomno, cæteríſq; quæ ad ſubſtantiã humanitatis ſpectãt, excepto peccato, donec deſiderare faciat divinitas ipſius humanitatẽ ipſius, velítq; ipſi ut velit quod ei per ſe competit, nec quicquam ſumſit ratione neceſſitatis & compulſionis, eorum quæ caro neceſſariò requirit, neq; ad quicquã eorũ cõfugit, ob potentiam ſubſtantiæ divinitatis ſuæ quæ admiſta eſt humanitati ipſius unitate ſubſiſtentiæ, ad amovendã omnẽ compulſionẽ & neceſſitatem à ſubſtantia humanitatis ipſius. Verùm creavit ipſa ſubſtantiã humanitatis ipſius, voluítque quæ voluit humanitas per ſe; ut ita veritatẽ adſtrueret naturæ humanitatis, ipſam

ſcil.

وناسوته جميعا مسيحا واحدا وهو من جوهر الاب
وروح القدس بلاهوته وهو من جوهر امه وهايرالناس
بناسوته يريد بارادة طبيعة ناسوته فيفعل فعالها
كلها سوي الخطية لان الخطية ليس من
جوهر الطبيعة لكنها عرض دخل علي الطبيعة
بالمعصية لم يزل جوهر ناسوته مطيعا لجوهر لاهوته
منذ لبس البشر ولم يزل هوي ناسوته منقادا
لهوي لاهوته لانه لا تهوي ناسوته بذاتها
فيما تريد طبيعة الناسوت من الطعام والشراب والنوم
وغير ذلك من ذات جوهر الناسوت سوي الخطية
حتي تهوي لاهوته لناسوته وتريد لها ان
تريد ما ينبغي لها من ذاتها ولم تتناول شيا
من ذلك علي جهة الاضطرار والكلفة التي لابد
للبشر منها ولا كانت ملجاة الي شي من ذلك
لقدرة جوهر لاهوته المخالطة لناسوته بتوحيد
القوام علي كف كل كلفة وحاجة عن جوهر
ناسوته ولكنها خلقت جوهر ناسوته فاراد
مايريد الناسوت من ذاتها لتحقق بذلك طبيعة
الناسوت انها علي حالها ثابتة
لم

لم تحول الي غير جوهرها فكان المسيح يفعل
فعالـ الناسوت كلـه غير الخطيـه اذا احدث
اللاهوت لها ان تفعل فعالـ الناسوت من غير ان
تفعل ذلك مكرهة مضطرة الي شي منه الا اذا ارادت
اللاهوت ان تريد ارادة ذاتها وتفعل فعالها اي
فعل اللاهوت كلـه باراده كيان اللاهوت ليس
بطالبة منه الي غيره ولادعا ولاتضرع ولامسئلـة ولكن
بالمشيـة الالهيـة الكياديـة لان المشيـة
للجنس وليس للخاصـة ولذلك كما يشاء الابن
يشاء الاب وروح القدس وكما يشاء روح القدس
يشاء الاب والابن ليس بينهم اختلاف ولا فرقـة
وكذلك مشيـة الناسوت انما هي للجنس وليس
للخاصة لذلك اجتمع في جميع الناس مشيـة
الخير فليس من مومن ولا كافر ولا صالح ولا
طالح الا وهو يشا الخير ويحب ان يناولـه
في الدنيا والاخرة وما من احد يكره الخير
ولا يخرج من مشيـة الاكل والشرب واللباس
والنوم والراحـة والدعـة والرخـا والصحـة
والحيـاة وكراهيـة خلاف ذلك من
الجوع

ſcil. ſtatum ſuum firmiter retinere, nec in aliud quid à ſubſtantia ſua converſum eſſe. Fecítque *Chriſtus* omnes humanitatis actiones, excepto peccato, cùm incitaret divinitas ipſam ad faciendas humanitatis actiones, ita ut nec faceret illâ invitâ, aut neceſſitate ad quodlibet eorum compulſa; at cùm vellet divinitas ut vellet ſuam voluntatem, opera autem ipſius faceret, viz. [aliquod] divinitatis totius opus voluntate eſſẽtiæ divinitatis; non fecit hoc quaſi petens ab alio vel prece vel ſupplicatione vel rogatu, verũ voluntate divinitatis eſſentiali. Voluntas enim generis eſt, nõ individui; ideóque quodcunq; vult Pater, idem vult & Filius, & Sp. Sanctus; & quodcunque vult Filius, idem vult & Pater & Sp. Sanctus; & quodcunque vult Sp. Sanctus, idem etiam vult Pater & filius; non eſt inter ipſos contrarietas aut differentia: Atque ita etiam Voluntas humanitatis, generis eſt non individui. ideóque omnibus hominibus communiter inſitum eſt appetere bonum, nec quiſquam eſt fidelis vel infidelis, bonus vel malus, qui non appetat bonum, ipſúmque accipere deſideret, tum in hoc mundo, tum in futuro; nec quiſquam eſt qui reſpuat bonum, aut cui non inſit appetitus cibi, potûs, indumenti, ſomni, quietis, tranquillitatis, proſperitatis, ſanitatis & vitæ; & odium eorum quæ

his

his contraria ſunt, viz. famis, ſitis, nuditatis, inſomniæ, laboris, moleſtiæ, adverſitatis, ægritudinis, mortis. Illud autem quòd diſcrepant homines præter appetitum univerſalem quòd ad res quas alii contrà ac alii velint, non eſt à voluntate naturali quæ generi cõpetit, ſed deſiderium ſingulare quod quibuſdam tantùm hominum accidit, ac appetitui naturali contrarium, utpote quod aliud à bono appetat, ideóque diſcrepant in deſideriis iſtis accidentalibus quæ ab affectibus oriuntur, unoquoque illud volente quod deſiderat ob voluptatem quæ ipſi indè contingit. Neque tamen interim exuit quiſpiam appetitum communem quo incitantur homines ad bonum volendum ipſúmque amplectendum, tam in hac vita quàm futurâ. Ideôque *Chriſto* competunt binæ voluntates naturales integræ, divina & humana, duóque genera integra, creans & creatum, conjuncta ſine mixtura in una perſona quæ duas naturas comprehendit unione ſibi propriâ, inſeparabiliter, [adeo ut] loquatur proprietate perſonæ ſuæ unius ſermone duarum naturarum, divinæ & humanæ, nec ſit qui loquitur ſermone humano alius, & qui ſermone divino alius, verùm *Chriſtus* unus qui utroque ſimul ſermone loquatur, & utraſque actiones agat duabus voluntatibus, & duabus ſimul naturis

الجوع والعطش والعري والسهر والنصب والكد
والشدة والمرض والموت فاما ما يختلف الناس فيه
من سوي المشية الجامعة من الاشيا التي
يريدها بعضهم دون بعض فليس تلك من
المشية الكيادية اللازمة للجنس ولكنها اهوي
خاصية تعرض لبعض الناس دون بعض مخالفة
المشية الطبيعية انها تريد غير الخير لذلك اختلفوا في
الاهوية العرضية المولودة من الشهوات فاراد كل
واحد ماهوي منها للذة فيها ولم يخرج احد مع
ذلك من المشية العامة التي تدعوا الخلق الي ارادة
الخير والحق له في العاجل والاجل لذلك لزم المسيح
مشيتين لكيادين تامين الاهيا وناسيا
وجنسان تامان خالقا ومخلوقا مضمومان
بلا تخليط باقنوم واحد جامع الكيادين بوحيد خاصة
بلا فرقة منقطعة يتكلم بخاصة اقنومه الواحد كلام
الكيادين الكيان الالهي والكيان الناسي
ليس المتكلم بالكلام الناسي اخر والمتكلم بالكيان
الالهي اخر ولكنه مسيح واحد الذي يتكلم بالكلامين
كلاهما ويفعل الفعالين كلاهما بالمشيتين والطبيعتين

كلتيهما يشا بمشيئة الالهية فيفعل فعال اللاهوت
فيفعلها اذا شا وكيف شا لانه بدير مشيته فعاله لانه
قادر ان يفعل ما شا اذا شا ليس بين ذلك طلبة ولا دعا
ولا مسيلة مثل ما قال له الابرص يارب ان شيت استطعت
ان تنقيني فقال له قد شيت فاستنقي فنقي من
برصه بمشيته ومثل امره للشياطين ان يخرجوا من
المجانين فسالوه الشياطين ان يامرهم بالدخول
في الخنازير ولا يقدروا علي ذلك الا باذنه فاذن لهم
بعد ذلك امر الريح والبحران يهدنا فكان
ذلك بلا طلبة ولا مسيلة ومثل هذا يقال في الانجيل
من فعال اللاهوت كثير فقد حقق به لاهوته لان ذلك
يحقق المومنين انه الا قام بفعاله فعل اللاهوت
الذي لم يفعله مخلوق قط ولا يقدر ان يفعله ابدا
لانه فعال الله وحده خاصة ولا يقدر عليه غيره
ولا يعطاه احد من خلقه وذلك انه خلاق لما شا
وانه علام الغيوب يعرف ما تخفي الصدور وانه
غفار الذنوب ولا يغفرها غيره وانه في كل موضع
سوا ولا يحده شي وانه يبعث من في القبور يوم
القيامة

naturis ; cùm velit voluntate divinâ faciens opera Deitatis, quæ facit quandocunque vult, & quomodo vult, non præcedente voluntate actiones ipsius, cùm penès ipsum sit ut faciat quicquid vult, quandocunque vult, nullâ intercedente petitione, prece, aut rogatu; juxta illud quod dixit ipsi leprosus, *Domine, si vis potes mundare*; & respondit ipse, *Volo, mundare*, itaque à lepra sua, ipsius voluntate, mundatus est: juxta etiam mandatum ipsius ad Dæmonia, ut è Dæmoniacis exirent, cùm rogarent ipsum Dæmonia ut juberet ipsos porcos ingredi (neq; enim illud sine ipsius permissu facere potuerunt) atque ipse illos permitteret. Postea etiam, ventum & mare quiescere jussit, idque sine prece aut petitione. Atque hujusmodi multa in Evangelio facta memorantur, quibus divinitatem suam confirmavit, ideóque credunt fideles ipsum esse Deum perfectum, dum faceret opera divinitatis quæ nulla unquam creatura fecit, nec unquam facere potest, cùm sint opera soli Deo ptopria, quæ nemo alius faciendi potestatem habet, neque ulli unquam è creaturis ipsius concessa sunt. Idque quia ipse creat quodcunque vult, & abscondita novit, perspiciens quæ tegunt pectora, & peccata remittit, quæ nemo præter ipsum remittere potest. Estque in omni loco æquè præsens nullâ re terminatus, & in se-

pulchris conditos die reſurrectionis reſuſcitaturus eſt potentiâ ſuâ, cùm ſit Dominus diei judicii, thronum occupans & regnum & ratiocinium ſeverum, qui unicuique ſecundùm ea quæ fecit retribuit; idémque qui de cœlo deſcendens incarnatus eſt, & corpus in cœlũ ſuſtulit. Cùm autẽ faceret opera humanitatis, ea quæ opera ſunt generica & naturalia, (qualia ſunt edere, bibere, indui, ſomnus, ſudor, triſtitia, perpeſſiones, mors) his humanitatem ſuam adſtruxit, ſéque hominem naturâ perfectum eſſe. Eſt ergò *Chriſtus* Filius Dei genere & eſſentiâ divinâ; Idémque filius hominis genere & eſſentiâ humanâ, ipſéq; *Chriſtus* unus unitate peculiari, perſonæ ſuæ unius propriâ; perſonæ ſc. filiationis æternæ, quæ genita eſt à Patre ſine Matre, ante ſæcula; eadémque perſona filiationis humanæ, quæ nata eſt ultimis temporibus ex *Mariâ* Virgine, ſine Patre; eſtque ipſe perſona una, æterna, quod ad divinitatem; temporalis, quod ad humanitatem: idémque duabus ſimul naturis loquitur, at duorum generum actiones edit. Ubi dixit, *Ego ſum filius Dei*, de divinitate loquitur; at ubi dixit, *Ego ſum filius hominis*, de humanitate. Ipſe miracula ratione divinitatis ſuæ fecit, idémque afflictiones pertulit ratione humanitatis: crucifixus & mortuus eſt ratione humanitatis ſuæ, nec crucifixus nec mortuus ratione

القيامة بقدرته واسمه مالك يوم الدين ذو العرش
والملك العظيم والحساب الشديد يكافي كل نفس
بما عملت واسمه هو الذي نزل من السما فتجسد
واصعد الجسد الي السما فاذا فعل فعال الناسوت
مما هو فعال الجنس والطبيعة من الاكل والشرب
والنباس والنوم والعرق والحزن والمصايب والموت
فقد حقق بذلك ناسوته واذا فعال تام بالطبيعة
فالمسيح ابن الله بالجنس والكيان الالهي وهو ايضا
ابن الانسان بالجنس والكيان الناسي وهو مسيح
واحد بتوحيد الخاصة خاصة اقنومه الواحد اقنوم
البنوة الازلية المولودة من الاب بلا ام قبل الدهور وهو
اقنوم البنوة الناسية المولودة في اخر الزمان من
مريم العذري بلا اب فهو قنوم واحد ازلي بلاهوته
وزماني بناسوته وهو المتكلم الكيانين كلاهما
والفاعل فعال الجنسين ان قال اني ابن الله فعن
اللاهوت يتكلم وان قال اني ابن الانسان فعن
ناسوته يتكلم فهو الفاعل الايات بلاهوته والمحتمل
المصايب بناسوته مصلوبا منا بناسوته غير مصلوب
ولا ميت بلاهوته لان التغيير والمصايب والموت من
ذات

ذات الناسوت وليس من ذات اللاهوت لانها بريئة
من جميع ذلك ليس يصيب شي من الاشيا بصيبة
ليس من ذاته مثل ما ان مصيبة القطع بالفاس لا
يدخل علي الشمس لان القطع ليس من ذات
الشمس ولذلك تقطع الشجرة بالفاس والشمس عليها
فلا تقطع الشمس مع الشجرة لان القطع بالحديد
يدخل علي العود ولايدخل علي الشمس ومثل ما
تجي الحديدة بالنار ثم تغمس في الما فيدخل
بره الماء علي حرارة النار فيطفيها ولايدخل علي
الحديدة ضرر لان مصيبة الما تدخل علي النار
بالطفي لها ولا تدخل علي الحديدة بالبل لها
وكذلك تدخل المصايب علي النفس الادمية وتصل
اليها والي جميع الجسد لان المصايب تدخل عليه
وليس يدخل علي اللاهوت شيا فنؤمن با لمسيح
انه ابن الله الوحيد من بعد التجسد وهو ابن
الادمان اياه لا غيره مسيح واحد رب واحد مولود مولدين
مولود من الاب قبل الدهور فوق كل سبب وكلة وفكر
وزمان ومولود من الام في اخر الزمان من اجل خلاصنا
مولود مثل مولدنا وفوق مولدنا امّا مثل مولدنا انه
كان

tione Divinitatis. Mutatio enim & perpeſſiones & mors humanitatis propria ſunt, non Divinitatis, quæ ab omnibus iſtis immunis eſt. Non autem patitur aliquid ab accidentibus quæ ipſius naturæ non conveniunt: e.g. Securi ſcindi non cadit in ſolẽ, quia ſcindi, ſolis naturæ nõ competit. Ideóq; ſecuri ſcinditur arbor cui ſol affulget, at nõ unà cũ arbore ſcinditur ſol: Ferro enim ſcindi in lignum cadit, at non in ſolem. Ac ſicut, cùm ferrum igne calefactum aquæ immergitur, occupans frigus aquæ ignis calorem, ipſum extinguit, ita tamẽ ut nulla ab eo noxa in ferrum cadat, quia paſſio ab aqua [illata] igni competit ut ab ipſa extinguatur, at non competit ferro eâdem madefacto: Eodem modo cadunt paſſiones in animam humanam & ad ipſam pertingunt, totúmque corpus, quia in ipſo paſſiones locum habent, at non cadit in divinitatem quicquam. Porrò credimus *Chriſtum* filium Dei unicum eſſe poſt incarnationem, nec non filiũ hominis, ipſum non alium, *Chriſtum* unum, Dominum unum, duas habentem generationes, genitum à Patre ante ſæcula, ſupra omnem cauſam, ſermonem, cogitationem, & tempus, nec non natum à Matre fine temporis, propter ſalutem noſtram, eodem modo quo nos nati ſumus, & ſupra nativitatem noſtram. viz eo modo quo nos nati ſumus,

mus, quòd homo fuerit & ex muliere; & quòd ad tempus nativitatis, poſt novem menſes: at ſupra nativitatem noſtram, quòd non fuerit ex ſemine, verùm ex Spiritu Sancto, & *Maria* Virgine illibatâ, ſupra legem nativitatis humanæ, quòd illæſa manſerit virginitas Matris ſuæ poſtquam ab ipſa natus fuit. Eſtque idem Deus perfectus & homo perfectus; totus ipſe Deus perfectus, cum humanitate ſuâ, & totus homo perfectus cum Divinitate ſuâ. Verbum enim incarnatum eſt abſq; mutatione, minoratione, aut defectu; & deificata eſt humanitas, ita tamen ut terminos ſuos nõ exceſſerit, permanẽte utrâq; naturâ ſtatu ſuo in *Chriſto* uno, & agnitâ voluntatibus ſuis & actionibus ſuis in unitate perſonæ Verbi Dei, quæ utramque comprehendit proprietate ſuâ unâ quâ ſubſiſtit *Chriſtus* unus, in quo ſunt duæ naturæ; ſc. Creans, quæ manet creans; & creata, quæ manet Creata; & quæ mortalis fuit, mortalis; quæ immortalis, immortalis; & quæ terminata, terminis circumſcripta; & quæ termini non capax, interminata; & quæ videri poteſt, viſibilis; quæ videri non poteſt, inviſibilis; quarum altera miraculis fulget, altera afflictiones perfert. Ita ſuſcepit Verbum Dei paſſiones, quoniam ipſi ſunt paſsiones carnis ſuæ ſanctæ, & adminiſtravit caro miracula, ad confirmandam miſtionem in perſona

كان انسان ومن امراة وفي وقت المولد تسعة اشهر
فاما فوق مولدنا انه ليس من زرع ولكن من روح
القدس ومن مريم العذري المقدسة فوق ناموس المولد
البشري لسلامة عذرة امه من بعد مولده منها فهو الاه
تام وانسان تام كله الاه تام مع ناسوته وكله انسان تام
مع لاهوته لان الكلمة تجسدت من غير احتمال ولا تصغر
ولا نقص وقالهت الناسوت من غير ان تخرج من
حدودها وقاما الكمالين علي حالهما في الصفح
الواحد معروفين باراداتهما وفعالهما بتوحيد اقنوم كلمة
الله الجامعة لهما بخاصته الواحدة التي
يقوم بها صفح واحد فيه الكمال الخالق
دايما خالقا وفيه الكمال المخلوق قايما
مخلوقا والميت ميتا والذي لايموت لايموت والمحدود
محدود والذي لايحد لايحد والذي يجري يجري والذي
لايجري لا يجري احدهما يتلالا بالعجايب
والاخر يحتمل المصايب لذلك قولت كلمة الله
المصايب لان لها مصايب بشرها القدوس وادالت
البشر من العجايب لتحقق الخلطة بالاقنوم

الواحد واذ مسيح واحد الفاعل ايات لاهوته مع ناسوته
والمحتمل مصايب الناسوت مع اللاهوت فان قال
قايل كيف لم يقل المسيح في الانجيل انه الله فيقطع
الشك في ذلك قلنا ان المسيح لو قال انه الله لادخل
من امن به في خطا كبير لان من قال انه
الله فقد سمي الجوهر الالهي كله والكيان الواحد
وجمع بقوله الله الاقانيم الثلاثة الاب الابن والروح
القدس من الاله الواحد فلوقال المسيح انه الله كان
كمن قال اني انا الاب والروح القدس وان الاقانيم
الثلاثة له واحد هوالوالد والمولود من الاب قبل
الدهور والمنبثق فذلك هو الخطر وما لا يكون
ان يدخل على الله جل اسمه تغيير فصيروا
الوالد مولودا والمولود والدا والمنبثق والدا
ومولودا واذا قلنا ان الجوهر كله تجسد
فصار الاب والابن وروح القدس متجسدين
جميعا فولد الوالد بالجسد من مريم والمنبثق
ايضا وانتقل الوالد عن الابوة الى البنوة وذلك
احتيال وتغيير وقد كفر من
ادخل على الله تغييرا ولكنه قال الحق الذي

به

persona una, atque esse ipsum *Christum* unum, qui edit miracula Divinitatis suæ unà cum humanitate sua; & perfert passiones humanitatis, una cũ Divinitate. Quòd si dixerit quispiam, Quomodo [factũ est] ut non dixerit *Christus* in Evangelio se Deum esse, quò ita omne de eo dubium tolleretur? Respondeo, *Christum*, si dixisset se Deum esse, inducturum fuisse eos qui in ipsum credunt, in errorem magnum. Qui enim dixerit se Deum esse, nominat totam substantiam divinam, & naturam unam, atque hoc dicto suo tres Personas comprehendit, Patrem Filium, & Spirit. Sanctum, Deum unum. Si ergò dixisset *Christus*, se Deum esse, sibi tribuisset, se esse Patrem, Filium, & Sp. Sanctum, sibíque tres esse personas; ac se, & Patrem esse, & genitum à Patre ante sæcula, nec non procedentem: hoc autem periculosum est, & quod fieri non potest, scil. ut in Deum (cujus nomen glorificetur) cadat mutatio, fiátque qui genuit, genitus; & qui genitus, gignens; & qui procedit, Pater & Filius. Quòd si dixerimus fuisse substantiam totam in corpore, [sequetur] Patrẽ, Fil. & Sp.S. unà incarnatos, natúmq; esse patrem in corpore ex *Maria*, nec nõ Illũ qui procedit, atque ita patrem translatũ fuisse à paternitate ad filiationem, quæ est conversio & mutatio, blasphemat autẽ quicunq; mutationẽ Deo attribuit.

Verùm dixit [ipſe] Veritatem quâ intelligant homines, ac ſe eſſe Filium Dei, & genitum à Patre ante omnia ſæcula, proprietate Filiationis & ſubſtantiæ divinitatis ſine carne & ſine matre, nec non natum etiam ultimis temporibus ex *Maria* Virgine iſto reſpectu peculiari, filiationis ſc. & duabus ſubſtantiis conjunctim, ſubſtantiâ divinitatis æternæ, & ſubſtantiâ humanitatis eidem conjunctâ miſtione quæ utramque ſubſtantiam comprehendit, unitate proprietatis filiationis, quæ duplicem habet nativitatem, alteram ex patre, æternam, ſine carne; & alteram ex matre, in tempore, cum carne. Eſtque ipſe filius unus, Filius Dei, & Filius *Mariæ*, ideóque non deſtitit dicere ac palàm facere ſe eſſe Filium Dei, quod & Apoſtolis cæteríſque hominibns inculcavit, non uno in loco, dicens. Ideo Deus dilexit mundum, cùm dederit pro ipſis filium ſuum unicum, ne pereat quiſquis in eum crediderit, verùm habeat vitam æternam. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum ut condemnaret mundum, ſed ut ſalvaret mundum. Quicunque ergò credit in filium non condemnatur. At quicunque non crediderit in filium judicio obnoxius eſt, quia non credit in nomen Dei unius. Sufficiat autem quod diximus quódque explicavimus de unione divinitatis Domini noſtri *Chriſti* cum humanitate

به يميزون الناس واذه ابن الله المولوه من
الاب قبل كل الدهور بخاصة البنوة والجوهر
الالهي بلا بشر ولا ام وهوالمولوه ايضا في اخر الازمان
من مريم العذري بتلك الخاصة البنوة والجوهرين
جميعا جوهر اللاهوت الالهي الازلي وجوهر الناسوت
المضموم اليه بختلطة جامعة للجوهرين بتوحيد خاصة
البنوة المولودة ولاتهمن واحدة من الاب ازلية
بلا بشر وواحدة من الام زمانية بالبشرة فهو ابن
واحد ابن الله وابن مريم لذلك لم يزل يقول ويعلن
اذه ابن الله ويبرهن ذلك على الحواريين
وساير الناس في غيرموضع ان قال لذلك احب
الله العالم ان اعطا عنهم ابنه الوحيد لكيلا يهلك
كل من امن به ولكن يكون له حياة موبدة
لان الله لم يبعث ابنه الي العالم ليدين العالم ولكن
ليخلص العالم فمن امن بالابن لم يدان ومن لم
يومن به فقد لزمه الدين لانه لم يومن باسم الله
لواحد فقد اكتفينا بما قلنا وما شرحناه من ايتحاد
لاهوت هيدما المسيح بناسوته ووحدانية بنوته

وربوبيته

وربوبيته وتبين لكل ذي عقل وتمييز ان المسيح واحد بتوحيد القوام الواحد قوام الكلمة الازلي ذو طبيعتين الاهية لم تزل وناسوتية خلقها له وبين فساد ما اعتقده النسطورية واليعقوبية ولولا كراهة ان يطول كتابنا وان نخرج عن الغرض الذي اليه قصدنا لشرحت وبينت اكثر من هذا القول فمن احب ان يعلم ذلك ملخصا مشروحا فليقرئ كتابي الذي يدعا كتاب الجدال بين المخالف والنصراني فاني في ذلك الكتاب صححت مقالة النصرانية اعني الملكية والرد علي من خالفها

فلنرجع الان الي غرضنا وما كنا فيه من التاريخ فاما يزدجرد ابن بهرام الذي يقال له الاثيم ملك الفرس فكان فظا غليظا رديء السيرة فاسفوا علي تولية ابناء علي انفسهم فجرءوا من قتله وكرهوا ان يجري في ملوكهم تلك العدة فرغموا انهم راوا فرسا قد اقبل حتي وقف علي باب الملك فطاف الناس به متعجبين

من

humanitate suâ, déque unitate filiationis ipsius ejúsque quo Dominus est respectûs, atque ostensum est cuivis intellectu & judicio prædito *Christum* unum esse unitate subsistentiæ unius [viz.] subsistentiæ Verbi æterni, duabus præditum naturis, divinâ, quæ æterna est; & humanâ, quã sibi creavit; ac manifesta facta absurditas eorum quæ profitentur tam *Nestoriani* quàm *Jacobitæ* Ac nisi hoc sedulò vitaremus ne æquo longior esset liber noster, néve ab instituto nobis proposito digrederemur plura ad hanc sententiam explicandam atque elucidandam adderemus. Qui autem eam distinctè explicatam scire desiderat consulat librum meum qui *Liber dispuuationis inter Heterodoxum & Christianum*, insignitur. Eo enim libro, sententiam Christianam, i.e. *Melchitarum*, confirmavi, & Heterodoxis respondi.

Iam verò ut ad institutum nostrum, & in quâ prosequendâ fuimus, historiam revertamur; *Yazdejerd Babrami* filius, *Al Athim* [scelestus] cognominatus, Persarũ Rex, rigidus atq; austerus fuit, malæ conversationis, adeo ut ægrè ipsos haberet quòd ipsũ ipsi sibi præfecissẽt, timuerunt tamẽ ipsum occidere, nolentes illud de ipsorum Regibus in morem cedere. Asserunt autem visum esse equum qui usque dum ad portam Regis staret, procederet, quem circum dederunt homines formæ

mæ ipsius pulchritudinem ac structuræ perfectionem mirati: cúmque nunciatum de eo Regi esset prodiisse ipsum ad eum conspiciendum, magnâque ob eum lætitiâ affectum, jussisse sellâ imponi quò ipsum conscenderet, propiùs accedentẽ faciẽ ipsi demulsisse & cirrum ac jubam contrectâsse, dein & clunes ipsi detergere voluisse; at cùm ponè ipsum rectà staret ictum ipsi calcibus impegisse [equum] quo jecur ejus læsum est adeo ut moreretur. Tum concitato cursu fugisse adeo ut nemo ipsum assequi posset. Dixisse ergò homines hoc è Dei beneficentia & misericordia in nos fuit. Reg: autem *Yazdejerd Al Athim* an: viginti unũ, menses quinq; & dies octodecim. Mortuo *Yazdejerdo* convenientes *Persarũ* magnates, dixerũt, Ne præficiamus nobis è progenie ipsius aliquem, ne eâdem apud nos viâ incedat. Fuit autem *Yazdejerdo* filius nomine *Babram*, quem in nullum secum negotium admiserunt: ille ergò eorum quibusdam, Non decet (inquit) ut quenquam vobis Regem præficiatis, nisi cui insint septem istæ proprietates, viz: quòd cæteros antecellat, in rebus administrandis præstantiâ, consilio, veracitate linguæ, fortitudine, eloquentiâ, lenitate inter regendum, & insidiarum ab hostibus struendarum peritiâ. Dixerunt ergò ipsi; At ubi ita comparatum reperiemus? Ille, Fidem (inquit) mihi facite vos si talem vobis indicavero,

من حسن صورته وتمام خلقته فاخبروا الملك به
فخرج ونظر له وسر به اشد سرور وامر ان يهرج
ليركبه ثم دني منه فمسح وجهه واخذ بناصيته
وعرفه ثم اراه يمسح عجزه فلما استوا خلفه
رمحة رمحة اصابت كبده فمات ثم ملا الفرس
فروجه جريا فلم يدرك فقال الناس هذا من
صنع الله لنا ورحمته ايادا وكان ملك يزدجرد
الاثيم احد وعشرون سنة وتهه اشهر وثمانية
عشر يوما فلما مات يزدجرد اجتمع روسا فارس
فقالوا لا نملك علينا احدا من نسله فيهلك بنا طريقه
وكان ليزدجرد ابنا يسمى بهرام فلم يدخلوه في شي
من امورهم فقال لبعضهم لا يجب ان تملكوا عليكم
الا من فيه هذه السبعة خصال يكون
اوفركم حظا من الفضل في التدبير والنظر
في الامور وصدق اللسان وشدة البطش والبلاغة
والرفق في السياسة والعلم وايكون من
مكايدة الاعدا فقالوا له ومن اين نجد لنا
ذلك فقال لهم اشرطوا لي علي انفسكم ان انا دليتكم

عليه فملكوه فاشرطوا له ذلك فلما استوثق منهم
قال لهم اذا ذلك الرجل فملكوه فملك بهرام
ابن يزدجرد ويقال له بهرام جور على الفرس
لاحدى عشر سنة واحد عشر شهرا وذلك في اثني
عشر سنة من ملك قاون وهيوس الصغير ملك
الروم فملك الفرس وسار فيهم سيرة حسنة فاحبوه
ثم لم يزل موثر القوة واللهو حتى لامه الناس
وطمع من كان حوله من الملوك في استباحته
ارضه فغزاه خاقان الاكبر ملك الترك في جمعه
وعشرين رجوة من الجمع وكل ملك
كان للترك كان يسمى خاقان فسار حتى
نزل الصعيد فقيل لبهرام ايها الملك انه قد نزل
من الامر ما لنا ولك فيه شغل عن اللهو فانظر لنفسك
ولهذه الامة فاصلح امرها وتب عنها وامن خوفها
فلم يقبل قولهم وخرج بهرام يريد ناحية اذربيجان
وارمينية لينسك في بيت نارها فلم يشك الناس
ان ذلك سنة الاعزبا فجلسوا يتدمرون
فقالوا ليس لنا بخاقان طاقة

فنعطيه

cavero ipſum regem conſtituturos. Hoc ergò cum ipſo pacti ſunt, tum ille (ubi ipſis confideret) Ego (inquit) is ſum. Regem ergò ipſum conſtituerunt. Regnavítque *Bahram Iazdejerdi* filius, (qui & *Bahram jaur* cognominatus eſt) in *Perſas*, annos octodecim cum menſibus undecim, ídq; an: Imperii *Theodoſii* Junioris Regis *Romæorum* duodecimo. Imperavit ergò *Perſis* ac ſe optimè inter eos geſſit adeo ut ipſum amarent, dein haud deſtitit ſe rebus juvenilibus ac luſui indulgere, adeo ut ipſum vituperarent homines, ac regnum ipſius facilè diripiendi ſpem conciperent Reges vicini. Aggreſſus ergò ipſum *Chakan* Maximus, *Turcarum* rex, cum viginti quinque armatorum myriadibus, (quilibet autem *Turcarum* Rex *Chakan* inſignitur,) profectus eſt uſque dum in *Aiſaid* caſtra figeret. Dixerunt ergo *Bahramo*, O Rex, Accidit nobis res quæ & nos & te occupatos à ludo diſtineat; Proſpice ergò & tibi ipſi & genti huic, eiúſque res curans & ipſam propugnans, à metu ſecuram præſtes. Ille autẽ verba ipſorum minimè moratus profectus eſt in partes *Aderbijani* æque *Armeniæ* ad cultum in templo ibidem igni dicato præſtandum. Quod cùm non dubitarẽt homines ipſum feciſſe quò fugâ ſe ſubduceret, ipſi, cùm ad conſilium ineundum conſediſſent, dixerunt, Nõ ſum nobis contra *Chakanum*

vires, Tributũ ergò ipſi offeramus quo nos & patriã noſtrã redimamus, exceptis tantũ *Morſâ* fratre *Bahrami* & *Azdnaro Iudice* qui dixerũt, Nos vobis in hoc aſſenſũ non præbebimus. Cùm verò *Chakano* nuntiatum eſſet ſubmittere ſe *Perſas*, ſecurus factus arma depoſuit. Accedens ergò quidam ad *Bahramum* ipſum de ſecuritate & negligentiâ ipſius certiorem fecit, qui igitur profectus noctúque in illos irruens *Chakanum* manu ſuâ occidit, & in exercitum ipſius ſtragem immiſit, qui ergò terga dederunt. Deinde *Bahramus* incolumis reverſus, captos qui in ipſius poteſtate erant è *Chakani* ſubditis & militibus, unà cum uxoribus ipſorum, hominibus liberè diſtribuit; cúmque in regionem *Turcarum* delatum eſſet nuntium eorum quæ *Chakano* obtigiſſent, fugerunt ipſi ad extremos terræ ſuæ limites. *Bahramus* autem, fratrem ſuum *Morſa Choraſano*, præficiens, ipſe *Aderbijanum* reverſus eſt nullum omnino locum relinquens in quo nõ aliquod devotionis opus præſtitit, ſacrificia ibi immolans ad gratias Deo reddendas, donec ubi ad ignis ædẽ quæ *Aderbijani* fuerat perveniſſet ex equo deſcendens pedibus inceſſerit donec ipſam ingreſſus eſſet, in honoris eidem deferendi ſignum, & ad gratias Deo teſtandas. Tum uniones, Hyacinthos, & gemmas pretioſas quæ in *Chakani* diademate fuerant ad portam ejuſdem

فنعطيه الجزية وتفدي انفسنا وارضنا غير ان
مرسي اخو بهرام وازدار القاضي قالا لن
نجامعكم علي ذلك فلما بلغ خاقان خضوع اهل
فارس امن ووضع السلاح فاتا رجل الي بهرام
فاعلمه بامنه وغرته فهاز بهرام اليه
فكبسه ليلا فقتل خاقان بيده وفشا
القتل في جنده ومنعوا اكثافهم ثم رجع بهرام
سالما ثم عمد الي من كان في يده من اهل
خاقان وجنوده ونساءهم فاباحهم للمشاش
فلما بلغ الخبر الي ارض الترك مالقي خاقان
هربوا الي اقاصي ارضهم وولي بهرام اخاه مرسي
خراسان وانصرف الي اذربيجان لاينزلف محلا
ولامنزلا الا نسك فيه نسكا وذبح فيه ذبائحا شكرا
لله حتي اذا اتا الي بيت ازادربيجان
نزل عن دابته يمشي حتي دخل البيت
تعظما لامره وشكرا لله ثم امر بما كان في
اكليل خاقان من الدر والياقوت الاحمر
والجوهر الفاخر فعلق علي باب ذلك البيت

وحمل

وتحل تلك النار سيف خاقان الحلي بالدولو ثم
سار الي عراق فاقام بها اياما ثم سار الي الروم
يغزوهم فلما سمع ثاوفوسموس ملك الروم
بذلك بعث برجل يقال له اصطراتيوس لينظر
ملكة بهرام فرجع اليه فاعلمه انه في ضعف
فطمع ثاوفوسموس الملك في بهرام واستعد وخرج
اليه في جنوده وكان بينهم قتال شديد
وقع بينهم قتل كثير من الفريقين وانهزما
كلاهما فرجع ثاوذوسيوس الملك الي القسطنطينية
واطلق بهرام ودخل ارض الهند منكرا فمكث
حينا لا يعرفونه وكانوا يرون من قوته
وجلده وقتله السباع وجراته عليها حتي بلغه
ان في ارضهم فيلا قد قطع السبيل وقتل ناسا
كثيرا فسالهم ان يدلوه عليه فقالوا له انت غريب
وكره ان يعرضك للمكروه فاخبروا الملك
فارسل معه رجلا يدله على الناحية التي فيها
الفيل فلما راه فرماه بهرام رمية ثبتت بين
عينيه ورماه بسهم اخر واخر فقتله

واحتز

juſdem ædis appendi juſſit. Eidémque igni *Chakani* enſem unionibus ornatum donavit. Dein *Erakum* profectus, ibi ad dies aliquot ſubſtitit. Indè contra *Græcos* ad illos invadendos profectus eſt. Quod ubi audiviſſet *Theodoſius Græcorum* Imperator, virum quendam nomine *Eſtratium* miſit ad regnum *Bahrami* luſtrandum, qui reverſus ipſi nuntiavit, illud parum munitum eſſe. Quo audito ille *Bahramo* occurrere expetivit. Inſtructis ergò copiis cum, contrà ipſum cùm exercitu ſuo profectus eſſet, conflictus inter ipſos vehemens fuit, cæſique ſunt ex utroque exercitu complures, adeo ut utrique ſe in fugam darent, reverſo *Theodoſio* Rege *Conſtantinopolim*. *Bahramus* verò profectus *Indiam* petiit, diſſimulato habitu, ibique ad tempus manſit ipſis incognitus. Robur autem & inſignem ipſius fortitudinem conſpexerunt, interfectis ab ipſo feris quas mirâ audaciâ aggreſſus eſt, adeo ut cùm ad ipſum perveniſſet fama Elephanti in ipſorum regione qui vias infeſtaret, hominéſque complures occidiſſet, rogaret ut ipſi ubinam eſſet indicarent; qui illi dixerunt, Ipſe cùm peregrinus ſis nolumus te periculo exponere. Regi autem cùm illud nuntiâſſent, miſit ipſe cum illo quendam qui locum in quo eſſet *Elephas* iſte ipſi oſtenderet; quem ubi vidit *Bahramus* ſagittâ, quæ inter oculos ipſius fixa hæreret,

hæreret, cum petiit, deinde aliâ poſt aliam confoſſum interemit, capútque ipſi præciſum Regi detulit: qui ipſum admiratus, Quiſnam eſſet? rogavit, Ille, Sum (inquit) è Magnatibus *Perſarum* qui quòd mihi iratus eſſet Rex noſter ad Te confugi, potentiâ & clementiâ tuâ fretus. Porrò fuit Regi inimicus qui propiùs accedens, miſit qui ab ipſo tributum peterent, à quo cùm metueret Rex, animavit ipſum *Bahramus* dicens, Ne terreat te quòd de ipſo [audis:] ego ſiquidem te à malo quod ab ipſo [timere poteras] incolumem præſtabo. Regem igitur & exercitum ipſius ad inimicum iſtum oppugnandum equo conſcenſo comitatus eſt *Bahramus*. Qui *Indiæ* equites allocutus, Tergum (inquit) meum cuſtodite, & quid ego faciam obſervate. Irruens ergò in ipſos, eorum ordines cùm diſſipâſſet, viri ſcapulæ ictum impegit qui ad dorſum ipſius pertingens medium eum diſſecuit; & utrumque labium Elephanto gladio diſcindens, ipſum proſtravit: correptúmque de equo ſuo equitem terræ illidens, ipſum interfecit; quin & bina hominum capita, alterum dextrâ alterum ſiniſtrâ, prehendens invicem colliſit adeo ut utríque cerebri medulla efflueret. Irruentes etiam *Bahrami* comites, magnam eorum ſtragem ediderunt, ac ſpolia diripuerunt. Reverſis ergò

Rege

واحترز راسه واقبل به الي الملك فعجب به الملك
وساله عن خبره فقال له انا رجل من عظما فرس
وكان ملكنا سخط علي فهربت منه اليك
لعزك ورافتك وكان للملك عدوا قد اظله
فارسل اليه وطلب منه الخراج فجزع
منه الملك فشجعه بهرام وقال له
لايهولك امره فاني كافيك شره وركب
بهرام مع الملك لمحاربة ذلك الملك العدو
فقال بهرام لاساورة الهند احرسوا ظهري وانظروا
الي عملي فجعل علمهم بهرام ففرق جمعهم وجعل
يضرب الرجل ضربة علي عاتقه فتبلغ ظهره فيقطعه
نصفين ويضرب شفتي الفيل بالسيف فيكبه
ويحمل الفارس من فرسه ويضرب به الارض فيقتله
ويتناول روس رجلين واحد عن يمينه والخر عن
شماله فيمطح احدهما بالاخر فيبشر مخاخ
دماغيهما وحمل اصحاب بهرام فاكثروا
القتل فيهم وغنموا وانصرف الملك
وبهرام فازوج الملك ابنته لبهرام وجعله

الديبل ومكران وما يليهما من ارض الهند
فسالة بهرام ان يكتب له بذلك كتابا ويشهد له علي
نفسه ففعل الملك ثم انصرف بهرام الي ملكه
وامر بتلك البلاد التي تحملها فصرف اليه
خراجها ولم يزل يحمل اموالها الي ارض فارس
وذكر بعض الفرس ان بهرام جور كان في
حجر النعمان ابن المنذر اللخمي ملك العرب
بالبادية واده لما بلغ بهرام موت ابيه يزدجرد
سار بمن معه ممن تابعه من العرب حتي ترك
الهواء فخاصم اشراف اهل فارس في الملك حتي
اعترفوا له بالحق وملكوه فملك بهرام جور بعد
ملك ابيه يزدجرد ابن بهرام علي الفرس ثمانية
عشر سنة وذلك في ثلاثين سنة من ملك
ثاوذوسيوس الصغير ملك الروم وفي سبعة وعشرين
سنة من ملك ثاوذوسيوس ملك الروم صير
كسطس بطريركا علي رومية اقام ثمان سنين
ومات وفي خمسة وثلاثين سنة من ملكه صير لاون
بطريركا علي رومية اقام احد وعشرين سنة ومات
وفي تسع سنين من رياسته كان المجمع الرابع
في

Rege & *Bahramo* Rex illi filiam ſuam nuptum dedit, nec non ipſi *Daibal* & *Mocran* terráſque circumjacentes in regione *Sindiæ* donavit. Rogavit autem ipſum *Bahramus* ut conſcriptâ ſyngraphâ & adhibitis facti ſui teſtibus [ratum] illud ipſi faceret. Quod cùm feciſſet Rex, reverſus in regnum ſuum *Bahramus*, juſſit regionum iſtarum, quas ipſi donaverat Rex, vectigal ſibi reddi. Neq; deſierunt earum opes in *Perſiam* aſportari. Ferunt autem *Perſarum* quidam *Bahram Iaur* in tutelam *Nomani Ebnil Mondari Lachamienſis* Regis *Arabum* in deſerto fuiſſe; ipſúmque, cùm ad *Bahramum* perveniſſet mortis *Yazdejerdi* patris ſui fama, cum *Arabibus* qui ipſum ſecuti ſunt profectum donec in *Alſawad* caſtra figeret, ibi cum *Perſarum* proceribus de regno contendiſſe, donec jus illius confeſſi regno ipſum præficerent. Regnavit ergò *Bahram* jaur, poſt Patrem ſuum *Yazdejerdum* F. *Bahrami*, in *Perſas* octodecim annos, ídque anno *Theodoſii* Iunioris *Græcorum* Imperatoris triceſimo: Anno autem viceſimo ſeptimo regni *Theodoſii Romanorum* Imperatoris conſtitutus eſt *Sextus* Patriarcha *Romanus*; annos octo ſedit, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem triceſimo quinto factus eſt *Leo* Patriarcha *Romanus*, qui annos viginti unum ſedit, dein mortuus eſt. Ejus præfecturæ anno nono fuit Concilium quartum in ur-

be *Chalcedone*. Anno viceſimo octavo regni *Theodoſii* conſtitutus eſt *Domnius* Patriarcha *Antiochenus* qui annos viginti unum ſedit, dein mortuus eſt. Anno regni ejuſdem triceſimo nono conſtitutus eſt *Flavianus* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*, qui cùm biennio ſediſſet mortuus eſt. Hoc etiam anno factus eſt *Dioſcorus Iacobita* Patriarcha *Alexandrinus*, qui cùm ſex annos ſediſſet anathemate devotus, & in exilium pulſus eſt. Fuit verò *Conſtantinopoli* Monachus quidam Medicus nomine *Eutyches* qui aſſeruit non eſſe *Chriſto* corpus ejuſdem cum corporibus noſtris naturæ, *Chriſtúmque* ante incarnationem è duabus conſtitiſſe naturis, poſt incarnationem autem unam [habuiſſe] naturam. (Atque hæc eſt ſententia *Iacobitarum*, cujus author fuit Monachus iſte *Eutyches*.) Quod ubi audiiſſet *Euſebius Doraliæ* Epiſcopus ad ipſum profectus, ac cum eo diſputans valida contra ipſum argumenta protulit quibus ſententiam ejus refutavit: Dein ad *Flavianum* Patriarcham *Conſtantinopolitanum* profectus ipſum de *Eutychete* & ſententiæ ipſius falſitate certiorem fecit, nec non ipſum *Conſtantinopolitanos* in falſas opiniones traxiſſe. *Flavianus* ergò Patriarcha *Conſtantinopolitanus* ad *Eutychetem* mittens ipſum accerſivit convocatóque *Conſtantinopoli* Concilio diſputationem cum ipſo habuit. Dixit autem

في مدينة خلقيدونة وفي ثمانية وعشرين سنة من
ملك ثاون وهموس صير دمنيس بطريركا علي اطاكية
اقام احد وعشرين سنة ومات وفي تسعة وثلثين سنة من
ملكه صير فلابيادوس بطريركا علي القسطنطينية
قام هنتين ومات وفي هذه السنة صير ديسقورس
اليعقوبي بطريركا علي الاسكندرية اقام ست سنين
ولعن وتفي وكان في القسطنطينية رجل
راهب طبيب يقال له افتيشيوس وكان يقول ان
جسد المسيح ليس مع اجسادنا في الطبيعة
وان المسيح قبل التجسد من طبيعتين وبعد
التجسد طبيعة واحدة وهذه مقالة اليعقوبية وهذا
افتيشيوس اول من ابتدع في هذه المقالة فسمع به
اوصابيوس اسقف دريلية فسار اليه وناظره وافلج
عليه حجته واوضح مقالته ثم
صار اوصابيوس الي فلابيادوس بطريرك القسطنطينية
فاعلمه بخبر اوتيشيوس وفساد مقالته واذ قد افسد
مقالة الناس بالقسطنطينية فوجه فلابيادوس بطريرك
القسطنطينية خلف اوتيشيوس فاحضره وجمع
معا بالقسطنطينية وناظره فقال اوتيشيوس ان
قلنا

قلنا ان المسيح طبيعتين فقد قلنا بقول دسطور
ولكنا نقول ان المسيح طبيعة واحدة واقنوم واحد
لانه من طبيعتين كانا قبل الايتحاد فلما وقع الجسد
راتى عنه الثنية وصار طبيعة واحدة وقنوم واحد فاجابه
فلابيادوس بطريرك القسطنطينية وقال له ان كان
كما ترعم طبيعة واحدة فالطبيعة القديمة اذا هي
المحدثة وان كان القديم هو المحدث والذي
لم يزل هو الذي لم يكن ولو جاز ان يكن القديم
هو المحدث لكان القايم هو القاعد والحار هو البارد
والظلم هو المضي وما اشبه ذلك من المحالات التي لا
يجوز الجمع بينهما في جز واحد فابا ان يرجع عن
مقالته فلعله فلابيادوس بطريرك القسطنطينية ولم
ينفه عن القسطنطونية لانه كان طبيبا والناس
يحتاجون اليه وكان ثاوذوسيوس الملك يرى
رايه فاستعذر اوتيشيوس الي ثاوذوسيوس الملك
وقال ان فلابيادوس قطعه ظلما وسال الملك
ان يكتب الي جميع البطاركة ان يجتمعوا وينظرا
في قضته فكتب الملك الي ديسقورس بطريرك
الاسكندرية والي دمنيوس بطريرك انطاكية
والي

autem *Eutyches*, Si dixerimus *Christo* duas esse naturas idem asseremus cum *Nestorio*; verùm dicimus nos *Christum* esse naturam unam, & personam, unam cùm consistat duabus naturis quæ [duæ] erant ante unionem: at ubi assumptum est corpus recessit dualitas ista ac factus est natura una, unáq; persona. Cui respondit *Flavianus* Patriarcha *Constantinopolitanus*, Si esset *Christus*, (uti asseritis) natura una, tum esset natura quæ æterna fuit de novo facta; quòd si qui æternus fuit, de novo ortus sit, tum & qui nunquam non fuit, idem aliquando non fuit. Quòd si admitti possit ut quod æternum fuit, idem de novo fuerit, erit idem qui stat sedens, quod calidum est frigidum; quod tenebrosum, lucidum; cum id genus impossibilibus quæ fieri non potest ut conjungantur in eadem [rei] parte. Noluit tamen ille à sententiâ suâ recedere; quare anathemate illum percussit, at *Constantinopoli* non expulit, quòd cùm Medicus esset eo homines opus haberent. Porrò *Theodosius* Rex idem cum *Eutychete* sensit. *Eutyches* ergò se apud *Theodosium* Regem defendens dixit *Flavianum* ipsum injuriâ excõmunicâsse, Regem rogans ut scriptis ad omnes Patriarchas literis, convenire & de eo quod ipsi contigisset disquirere [juberet.] Scripsit ergò Rex tum ad *Dioscorum* Patriarcham *Alexandrinum*, tum ad *Domnium* Patriarcham

Antiochenum

Antiochenum, nec non *Leonem* Patriarcham *Romanum*, & *Iuvenalium* Patriarcham *Hierosolymitanum* ut unà cum Episcopis suis accederent ut de *Eutychetis* negotio disquirerent. Qui ergò *Ephesi* convenerunt. Atque est hoc Concilium secundum *Ephesi* habitum, cujus præsides erant *Dioscorus* Patriarcha *Alexandrinus*, *Domnius* Patriarcha *Antiochenus*, *Iuvenalius* Patriarcha *Hierosolymitanus*, & deputati *Leonis* Patriarchæ *Romani*. Disceptârunt ergò de eo quod inter *Eutychetẽ* & *Eusebiũ Doraliæ* Episcopum atque *Flavianum* Patriarcham *Constantinopolitanum* interceſſerat. *Dioscorus* autem *Alexandriæ* Patriarcha *Eutychetis* sententiam confirmans *Flavianum* Patriarcham *Constantinopolitanum* & *Eusebium Doraliæ* Episcopum excommunicavit. Obstiterunt verò *Domnius* Patriarcha *Antiochenus*, *Iuvenalius Hierosolymitanus*, *Mordastus Ancyræ* Episcopus, & *Asa Rohensis*, cum multis aliis Episcopis, nec non deputatis *Leonis* Patriarchæ *Romani*, *Dioscoro* Patriarchæ *Alexandrino* in eo quod fecit, & sententiam ipsius ut absurdam damnârunt. Excommunicavit ergò ipsos *Dioscorus*, & ad *Leonem* Patriarchã *Romanum* & ad Sacerdotes complures scripsit quo ipsos excõmunicaret & sacramento interdiceret nisi *Eutychetis* opinionẽ amplecterentur, atque in hac sententiâ ab urbe *Epheso* reversus est, ídque anno regni *Theodosii*

والي لاون بطريرك رومية والي بونيلابيوس بطريرك
بيت المقدس ان يشخصوا مع اساقفتهم لينظروا في
قصة اوتيشيوس فاجتمعوا في مدينة افسس وهذا هو
المجمع الثاني في مدينة افسس وكان المقدم في
المجمع ديسقورس بطريرك الاسكندرية ودمنهوس
بطريرك انطاكية وبوبلابيوس بطريرك بيت المقدس
ووكلا لاون بطريرك رومية فنظروا في قصة اوتيشيوس
مع اوصابيوس اسقف درليه وفلابيانوس بطريرك
القسطنطينية فثبت ديسقورس بطريرك الاسكندرية
مقالة اوتيشيوس وقطع فلابيانوس بطريرك القسطنطينية
واوصابيوس اسقف درلية فاذكر دمنهوس بطريرك
انطاكية وبوبلابيوس بطريرك بيت المقدس
ومودرسطس اسقف اذكرة واسا اسقف الرها وجماعة
من الاساقفة ووكلا لاون بطريرك رومية علي
يسقورس دبطريرك الاسكندرية مافعل وقبحوا راية
فقطعهم ديسقورس وكتب الي لاون بطريرك رومية
والي جماعة الكهنة يحرمهم ويمنعهم من القربان
ان لم يقبلوا مقالة اوتيشيوس وانصرف ديسقورس علي
هذا الراي من مدينة افسس وذلك في اربعين سنة من

ملك ثاون وهموس الصغير فقعدت الامانة وصارت
الامانة والمقالة مقالة اوتيشيوس وخاصة بمصر والاسكندرية
وكان ثاون وسيوس الملك قد قال بمقالة اوتيشيوس
وفي اربعين سنة من ملكه مات فلابيانوس بطريرك
القسطنطينية الذي قطعه ديسقورس وصير بعده
انسيوس بطريركا علي القسطنطينية اقام تسع سنين
ومات وفي اربع سنين من رياسته كان المجمع الرابع
في مدينة خلقيدونية وفي احد وارابعين سنة من
ملك ثاون وسيوس مات دمنوس بطريرك
انطاكية الذي قطعه ديسقورس وصير بعده
مقسيوس بطريركا علي انطاكية اقام اربع سنين
ومات وفي ثلاث سنين من رياسته كان
المجمع الرابع في مدينة خلقيدونية وكان
ثاون وسيوس الملك زوجة تسمي اودوكية فاهدي
للملك تفاحة في غير اوان التفاح فدفع الملك التفاحة
الي زوجته اودوكية ثم دخل يوما الي بعض بطارقته
فاصاب التفاحة عنده فاشتد ذلك عليه واغتم وتوهم
ان زوجته اودوكية صديقة ذلك البطريق فتفاها
الي بيت المقدس ومات ثاون وسيوس الصغير ملك
الروم

odoſii Iunioris quadrageſimo, unde corrupta eſt fides; fuſtque fides & ſententia [quæ obtinuit] ſententia *Eutychetis*, præcipuè in *Ægypto* & *Alexandria*; eandémque *Eutychetis* ſententiam amplexus eſt *Theodoſius* Imperator. Cujus Imperii anno quadrageſimo mortuus eſt *Flavianus* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*, quem excommunicaverat *Dioſcorus*: cui in Patriarchatu *Conſtantinopolitano* ſuffectus eſt *Athanaſius*, qui cùm annos novem ſediſſet, mortuus eſt. Ejus præfecturæ anno quarto fuit Concilium quartum in urbe *Chalcedone*; Porrò anno regni *Theodoſii* quadrageſimo primo mortuus eſt *Domnius* Patriarcha *Antiochenus* quem excommunicaverat *Dioſcorus*, conſtitutúſque eſt poſt ipſum Patriarcha ibidem *Maximus*, qui annos quatuor ſedit, dein mortuus eſt. Ejus præfecturæ anno tertio fuit Concilium quartum *Chalcedoni*. Fuit autem *Theodoſio* Imperatori uxor nomine *Eudocia*; cúmque Imperatori donatum eſſet pomum tempore quo non reperirentur poma, ipſe illud *Eudociæ* uxori dedit, at cùm poſtea die quodam domum Patricii cujuſdam ingreſſus, ibi pomum iſtud reperiſſet, ægrè admodum illud habuit, triſtitiâque affectus eſt, ſuſpicatus uxorem ſuum *Eudociam* Patricio iſti amiciorem eſſe. Ipſam ergò *Hieroſolyma* relegavit. Mortuo *Theodoſio* Iuniore *Græcorum* Impe-

ratore, imperavit ipsis *Marcianus* annos sex, idq; anno regni *Yazdejerdis* f. *Bahrami Persarum* Regis decimoquarto. Ubi autem regno potitus est *Marcianus*, convenientes ex omnibus regionibus Episcopi, ipsíque imperium faustum comprecati, notum ipsi fecerunt quàm iniquè egisset Concilium secundum *Ephesinum*, & quid fecisset *Dioscorus* Patriarcha *Alexandrinus*, excommunicatis injuriâ Patriarchis qui mortui fuerant, & sententiam *Eutychetis* infidelis amplexus eámque ut veram confirmans, & quomodo fidem & traditiones corrupisset, adeo ut *Eutychetis* sententia apud homines invaleseret. Iussit ergò *Marcianus* Rex scribi literas ad *Leonem* Patriarcham *Romanum*, *Maximum* Patriarcham *Antiochenum* & *Buslavium* [*Iuvenalium*] Patriarchã *Hierosolymitanũ*, ut unà cum Metropolitis & Episcopis suis accederent; dari etiam literas ad Episcopos qui è *Græcorum* territorio essent ut omnes *Chalcedoni* convenirent, quò de sententiâ *Eutychetis* dispicerent disquirerentque, & de facto *Dioscori* Patriarchæ *Alexandrini* quòd ejusdem doctrinam amplexus esset, & Patriarchas demortuos excommunicâsset, & quò fidem confirmarent quam ediderant tria Concilia sancta. Convenerunt igitur *Chalcedoni* Episcopi sexcenti triginta. Primas in Concilio obtinuerunt *Anatolius* Patriarcha

الروم وملك بعده مرقيان علي الروم ست سنين وذلك
في اربعة عشر سنة من ملك يزدجرد ابن بهرام ملك
الفرس فلما ملك مرقيان اجتمعوا الاساقفة من كل
بلد وباركوا له في الملك واعلموه ماكان من ظلم
المجمع الثاني الذي كان بافسس وما فعل ديسقورس
بطريرك الاسكندرية وقطعه للبطاركة الذين ماتوا
قبلي مده وقبوله مقالة اوتيشيوس الكافر وتصحيحه
لمقالته واذه قد افسد الدين والسنن وان مقالة
اوتيشيوس قد غلبت علي الناس فامر مرقيان الملك
ان يكتب الي لاون بطريرك رومية والي مقدونيوس
بطريرك انطاكية والي يوبلابيوس بطريرك بيت المقدس
بان يشخصوا ويكون معهم مطارنتهم واساقفتهم وان يكتب
الي الاساقفة الذي بارض الروم فيجتمعون كلهم في
مدينة خلقيدونية لينظروا ويفحصوا عن مقالة اوتيشيوس
وما فعل ديسقورس بطريرك الاسكندرية من قبوله
قول اوتيشيوس وقطعه للبطاركة الذين ماتوا وان
يثبتوا الامانة علي ما ثبتها الثلثمائة مجامع المقدسة
فاجتمع في خلقيدونية ستمائة وثلثون اسقفا
وكان المقدم في الجماعة اناطوليوس بطريرك
القسطنطينية

القسطنطينية ومكسيموس بطريرك انطاكية
وبولابيوس بطريرك بيت المقدس وكتب لاون بطريرك
dixerunt, malè in hoc feciſſe. Veram ſc. fidem eſſe quam profeſſi ſunt *Eutychius* & *Dioſcorus*. Noli ergò (inquit) Monachorum qui ad te *Hieroſolymis* venerunt ſententiam amplecti, utpote quæ falſa ſit: Verùm perſcriptis ad omnes ditiones tuas literis jubeas ſexcentis & triginta Epiſcopis qui *Chalcedoni* convenerunt anathema denuntiari, hominéſque impellas ad unam naturam, voluntatem unam, unámque perſonam profitendam. In quo annuit ipſi Imperator. Audito ergò quid facere ſtatuiſſet *Anaſtaſius* Imper. ſcripſit ad ipſum *Flavianus* Patriarcha *Antiochenus*, ſuadens ne illud quod diceret *Severus* faceret. Verum enim amplexos eſſe Epiſcopos ſexcentos triginta qui *Chalcedoni* convenerunt, & qui ſententiæ ipſorum contradiceret execrabilem eſſe. Irâ autem accenſus Imperator miſſis [nuntiis] *Flavianum* Patriarcham *Antiochenum* exulare juſſit, ſuffecto vice ipſius in Patriarchatum ibidem *Severo*. Cùm ergò audiiſſet *Elia* Patriarcha *Hieroſolymitanus* *Flavianum* in exilium pulſum eſſe, ac *Severum* in locum ipſius ſuffectum, convocavit coram Sepulchro & *Golgothâ* Monachos, qui in *Anaſtaſium* Imperatorem & *Severum* Patriarcham, & quotquot ipſius ſententiam amplecterentur, anathema denuntiârunt. *Anaſtaſius* ergò Imperator audito quid feciſſet *Elia* Patriarcha

Hieroſ-

وافتيشيوس قد اخطوا فيما فعلوا واما الذين الصحيح
ما قالاه افتيشيوس وديسقورس فلا تقبل قول الرهبان
الذين جوا اليك من بيت المقدس فان مقالتهم فاسدة
ولكن اكتب الي جميع ممالك ان يلعنوا الستماية
والثلاثين اساقف الذين اجتمعوا في مدينة خلقدونية
وتاخذ الناس بان يقولوا بطبيعة واحدة ومشيئة
واحدة وقنوم واحد فاجابه اذسطاش الملك الي ذلك
فلما سمع فلابيادوس بطريرك انطاكية ما عزم
عليه اذسطاس الملك كتب اليه يقول له لا يعمل
بقول سويرس فان الستماية وثلاثون اساقفا الذين
اجتمعوا في مدينة خلقدونية كانوا علي الصواب
ومن خالف مقالتهم فهو ملعون فغضب اذسطاس
الملك وبعث فنفا فلابيادوس بطريرك انطاكية
وصير سويرس بطريركا بانطاكية مكانه فلما سمع
ايليا بطريرك بيت المقدس ان فلابيادوس قد نفي
وصير سويرس مكانه جمع الرهبان بين يدي المقبرة
والجاجلة ولعنوا اذسطاس الملك ولعنوا سويرس
البطريرك ومن يقول بمقالته فلما سمع اذسطاس
الملك ما فعل ايليا بطريرك
بيت

بيت المقدس بعد فنفاه الي ايلة وذلك في ثلثة
وعشرين سنة من ملك انسطاس وصير بطريركا
علي بيت المقدس رجلا يقال له يوحنا لان يوحنا هذا
ضمن له ان يلعن الستماية وثلاثين اسقفا الذين كانوا
في خلقيدونية فلما قدم الي بيت المقدس اجتمع اليه
الرهبان وسابا وقالوا له لا تقبل قول سويرس ولكن
قاتل عن المجمع الخلقيدوني ونحن كلنا معك
فضمن لهم ذلك وخالف ما امره به الملك فلما علم
الملك بذلك بعث بقايد من قواده لياخذ يوحنا
بطريرك بيت المقدس باوعده وان يطرح ذكر
المجمع الخلقيدوني وان لم يفعل ينفيه عن الكرسي
فقدم القايد واخذ يوحنا بطريرك بيت المقدس
فوضعه في الحبس فصار اليه الرهبان في الحبس
وشاروا عليه ان يضمن للقايد ما ضمن للملك بان
يفعله فاذا حضر فليلعن كل من لعنوه الرهبان
ففعل ذلك واجتمعوا الرهبان وكانوا نحو من عشرة
الاف راهب وفيهم ثاون وسمعون وخاريطن وسابا
ورؤسا الديارات فلعنوا ديسقورس واوتيشيوس
وسويرس وسطوريوس ومن لا يقبل المجمع الخلقيدوني
لعنوه

Hierosolymitanus, mittens, ipsum *Ilam* relegavit; (idque anno Imperii *Anastasii* vicesimo tertio,) præfecitque *Hierosolymis* Patriarcham quendam nomine *Iohannem*, utpote qui ipsi promiserat se in Episcopos sexcentos triginta qui *Chalcedoni* interfuerunt anathema dicturum. Ubi ergò *Hierosolyma* accessisset, convenientes ipsum Monachi & *Saba*, Noli (inquiunt) *Severi* sententiam amplecti, sed Concilium *Chalcedonense* propugna. [quod si feceris] nos omnes à partibus tuis stabimus. Quod ille ipsis pollicitus, contrarium ei quod ipsi mandaverat Imperator fecit. Cujus rei certior factus Imperator, è Ducibus suis quendam misit, qui *Iohannem* Patriarcham *Hierosolymitanum*, illud facere quod promiserat moneret, útque Concilii *Chalcedonensis* mentionem facere desisteret, sin minùs, Cathedrâ abdicaret. Accedens ergò Dux iste *Iohannem* Patriarcham prehensum in carcerem conjecit. Quem ibi adeuntes Monachi ei suaserunt ut idem Duci se facturum polliceretur, quod Imperatori pollicitus fuerat, cùm autē adesset omnes illos anathemate feriret quos anathematizaverant Monachi. Quod cùm fecisset convenientes Monachi, numero circiter decies mille inter quos *Theodosius*, *Charitan*, & *Saba Cœnobiorū* præpositi, in *Dioscorū*, *Eutychium*, *Severū* & quicunque Concilium *Chalcedonense*

cedonenſe nõ reciperẽt anathema dixerunt. Metuit autem Imperatoris legatus à Monachis. Aderat etiam unà Imperatoris cognatus, cui cùm id grave eſſet, promiſit ipſe Monachis reverſurum Imperatorem ab altera iſta ad ipſorum ſententiam, & ad veritatem. Cùm ergò *Conſtantinopolim* perveniſſet Imperatoris cognatus iſte, quid factum eſſet ipſi nuntiavit. Cúmq; in animo haberet Imperator etiam *Iohannem* Patriarcham *Hieroſolymitanum* in exilium mittere, congregati Monachi & Epiſcopi ad ipſum ſcripſerunt, ſe *Severi* vel Heterodoxi alicujus ſententiam haudquaquam amplexuros, etiámſi ſanguinem ipſorum funderet; rogantes etiam ipſum, ut à malo ipſis inferendo deſiſteret. Cùm etiã audiiſſet *Symmachus* Patriarcha *Romanus* quid feciſſet *Anaſtaſius*, ſcriptis ad ipſum literis factum ejus vituperavit, ipſíque anathema denuntiavit. Mortuúſq; eſt *Symmachus* Patriarcha cùm annos quatuordecim ſediſſet. Poſt quem conſtitutus eſt ibidem Patriarcha *Hormiſda*, qui *Severo* Patriarchæ *Antiocheno* & quotquot idem cum ipſo aſſererent maledixit, ídque anno imperii *Anaſtaſii* Romanorum Imperatoris viceſimo tertio. Sedit autem *Hormiſda* Patriarcha Romanus annos ſeptẽ, dein mortuus eſt. Porrò, fuit *Severo* diſcipulus nomine *Iacobus*, cui amictus erat è ſegminibus *Albaradei* ſeu dorſualium

quæ

لعنوه وفزع رسول الملك من الرهبان وكان
بالحضرة ابن عم الملك فغلظ ذلك علمه وضمن للرهبان
ان الملك يرجع عن هذا الراي الي مقالتهم
والي الحق فلما وصل ابن عم الملك الي
القسطنطينية اعلمه بالخبر فهم الملك ايضا بادفا يوحنا
بطريرك بيت المقدس فاجتمع الرهبان والاساقفة
وكتبوا الي اسطاس الملك انهم لا يقبلون مقالة
سويرس ولا احد من المخالفين ولو احرقت دماهم
ويهلودة بكف اداه عنهم فلما سمع سيماخس
بطريرك رومية ما فعل اسطاس الملك كتب اليه
يقبح له فعله ويلعنه ومات سيماخس بطريرك رومية
وكان له اربعة عشر سنة وصير بعده ارمسدس بطريركا
علي رومية وهذا لعن سويرس بطريرك انطاكية
ولعن كل من يقول بمقالته وذلك في ثلثة وعشرين
سنة من ملك اسطاس ملك الروم واقام
ارمسدس بطريرك رومية سبع سنين ومات وقام
سويرس الملعون بطريرك علي انطاكية ست
سنين ومات وكان لسويرس تلميذ يقال له يعقوب
وكان لباسه من خرق البراذع التي
للدواب

للدواب يرقع بعضها ببعض وكان يسمي يعقوب
البراذعي وكانت مقالته ان المسيح طبيعة واحدة
من طبيعتين وجوهر من جوهرين ومشية واحدة
موافق لقول سوبرس وديسقورس واوتمشيوس
الملاعين فخرج الي نحو الجزيرة وتكريت وحران
وارمينية فافسد امانة الناس وصيرهم يقولون بمقالته
فسموا التابعين لديرن يعقوب والقايلين بمقالته
يعقوبيين مشتق من اسم يعقوب قال سعيد
بن بطريق المتطبب قد رايت ان ارد علي اليعقوبية
في هذا الموضع وابين بطلان قولهم وفساده يقال
لهم اخبرونا عن قنوم الاله الكلمة ليس يخلوا
ان يكون اخذ شيا من جوهر الناسوت واتحد
به ام لم يلخذ شيا فان قلتم لم ياخذ شيا فقد بطل
ان يكون القنوم الذي اوجبتموه للمسيح مركبا من
لاهوت وناسوت وان كان اخذ شيا فليس يخلوا
من ان يكون الماخوذ من مريم العذري جوهرا عاميا
اوخاصيا فان كان عاميا فيجب ان يكون جوهرا
الاهيا وجواهرا كثيرة مركبة ناسوتية وهذا محال
وان كان جوهرا خاصيا يشارالهه فالمسيح
جوهران

quæ jumentis insterni solent consutis, unde cognomen *Iacobi Albaradiensis* accepit, cujus doctrina erat esse *Christo* naturâ unam è duabus naturis [compositam,] substantiâ è substantiis duabus, & voluntatem unam, secundùm sententiam *Severi, Dioscori* & *Eutychii* maledictorum. Profectus hic versùs *Mesopotamiam, Gizam, Tacritum, Haranum* & *Armeniam* fidem hominum corrupit, suámque illos doctrinam amplecti fecit. Indè qui *Iacobi* fidei consenserunt, idémque cum ipso asseruere *Iacobitæ* appellati sunt, ab ipsius homine *Iacobo*. Inquit *Said Ebn Batrik* medicus, Visum est mihi hoc loco *Iacobitis* respondere, & doctrinæ ipsorum falsitatem & absurditatem ostendere. Dicatur illis, Dicite nobis [quid sentiatis] de persona Verbi Dei, quæ fieri non potest, quin vel sumserit quid de substantia humanitatis eíque unita fuerit, vel non sumserit. Si dixeritis nihil accepisse, falsum est personam quam Christo attribuitis compositam esse ex divinitate & humanitate. Quòd si quid sumserit, necesse est ut quod sumptum fuerit ex *Maria* virgine, sit substantia vel communis vel particularis; si communis fuerit, indè sequetur, esse substantiam divinam & substantias humanas, compositas, multas; quod impossibile est. Quòd si substantia particularis quæ indicari po-

teſt, tum ſunt *Chriſto* ſubſtantiæ duæ, divina nempe & humana, at ſubſiſtentia una, & unicuique ſubſtantiæ natura ſua: atque hæ duæ ſubſtantiæ, naturæ duæ, ſubſiſtentia una, & neceſſe erit ut dum unitæ fuerint duæ ſubſtantiæ, mutatæ fuerint: quòd ſi à ſubſtantia ſua mutatæ fuerint, fieri non poteſt quin ut vel mutata fuerit ſubſtantia divina in ſubſtantiam humanam, & facta ſit homo; vel ſubſtantia humana in divinam, factáque ſit Deus; aut ut utræque ab eſſentia ſua in aliam mutatæ ſint eſſentiam, ut ita ex iis facta ſit ſubſtantia alia, & natura alia. Quòd ſi ita ſe habuerit res, & converſa fuerit divinitas in humanitatem, tum natura *Chriſti* homo eſt, non Deus; & neceſſariò attribuetur pœna ſubſtantiæ divinitatis, & invadet ipſam corruptio; hoc autem impoſſibiliũ abſurdiſſimũ eſt: Sin cõverſa fuerit ſubſtãtia humanitatis in ſubſtãtiã divinitatis, erit Chriſtus Deus, non homo, & ſequitur fuiſſe ipſum de novo ortum, & factũ eſſe æternum, quod & inter impoſſibilia ſummè abſurdum eſt. Quòd ſi utræque ſimul à ſubſtantia ſua mutatæ fuerint, & à natura ac eſſentia ſua converſæ in ſubſtantiam aliam ac naturam aliam, jam Chriſtus nec Deus erit, nec homo, ut Orichalcum quod nec æs eſt nec plumbum, aut natura muli quæ nec aſini nec æqui natura eſt,

جوهران جوهرا لاهوتيا وجوهرا ناسوتيا قواما واحد
لكل جوهر طبيعة فذلك جوهران طبيعتان قوام
واحد وليس يخلوا عن ايتحادهما اعني الجوهرين
من ان يكونا استحالا فان كانا استحالا عن جوهريهما
فليس يخلوا من ان يكون ذلك اما جوهر اللاهوت
استحال الي جوهر الناسوت وصار انسانا واما جوهر
الناسوت استحال الي اللاهوت فصارا الاها ام انهما
استحالا عن ذاتهما الي ذات غيرهما فصار منهما جوهر اخر
وطبيعة اخري فان كان ذلك كذلك ان اللاهوت
استحالت الي الناسوت فطبيعة المسيح انسان لا اله
واوجب لزوم العذاب لجوهر اللاهوت وحل الفساد
عليها وهذا من اشنع المحال وان كان جوهر
الناسوت استحال الي جوهر اللاهوت فالمسيح
اله لا انسان ووجب انه كان محدثا فصار قديما وهذا
من اشنع المحال فان كان كلا هما جميعا استحالا
عن جوهرهما وتغيرا عن طبيعتهما وذاتهما وصارا
الي جوهر اخر وطبيعة اخري فالمسيح لا اله ولا انسان
كالاسبادرية الذي ليس هو لا نحاس ولا رصاص
وطبيعة البغل التي هي لا طبيعة حمار ولا فرس وان
كان

كان الجوهران لم يمتحيلا عن طبيعتهما بعد
الإتحاد ولا تغيرا عن ذاتهما وكل واحد من الجوهرين
ثابت بطبيعته وجوهره بقوام واحد الذي هو قوام
الكلمة فقد تبين وصح ان المسيح قنوم واحد
وطبيعتين وارادتين وفعلين بتوحيد القوام الواحد
قوام الكلمة التي هي الابن الازلي فقد بطل اعتقاد
اليعقوبية ان المسيح جوهر واحد وطبيعة واحدة ويقال
لهم ايضا اخبرونا عن هذه الطبيعة الواحدة التي تزعمون
انها للمسيح الاهية هي ام اقنومية ام الاهية واقنومية جميعا
ام لا الاهية ولا اقنومية فان قالوا انها لا الاهية ولا اقنومية
فقد كفروا وجعلوا المسيح لا اله ولا انسان وهذا
من المحال وان قالوا انها الاهية لا اقنومية فقد كفروا
بالناسوت وان زعموا انها اقنومية لا الاهية
فقد كفروا باللاهوت وصيروا المسيح غير اله
وان قالوا انها الاهية واقنومية فقد جعلوا
لنا الناس والاب والابن والروح القدس
طبيعة واحدة وان قالوا ان هذه الطبيعة
الواحدة التي للمسيح ليست الاهية ولا اقنومية
فقد جعلوا المسيح ليس هو اله ولا انسان واحاط
بقولهم

eſt. quòd ſi naturæ binæ à ſubſtantia ſua poſt unionem converſæ non fuerint, nec ab eſſentia ſua mutatæ, ſed utraque in natura ac ſubſtantia ſua ſtabilis permaneat cum ſubſiſtentia una, quæ eſt ſubſiſtentia Verbi, jam manifeſtum eſt ac certum *Chriſtum* eſſe perſonam unam, duas [habentem naturas] duas voluntates, duáſque actiones, cum unitate ſubſiſtentiæ unius, viz. ſubſiſtẽtiæ Verbi quod eſt filius æternus, atq; hoc modo evertitur fides *Iacobitarũ* [dicentiũ] eſſe *Chriſtum* ſubſtantiam unam & naturam unam. Dicetur etiam illis; Dicite nobis, hæc natura una quam *Chriſto* tribuitis, eſtne ea divina an humana? aut divina ſimul & humana? aut nec divina nec humana? ſi dixerint, nec divinam eſſe nec humanam, jam ad infidelitatem delapſi, *Chriſtum* ſtatuerunt nec Deum eſſe nec hominem, quod impoſſibile eſt: quòd ſi divinam eſſe non humanam, jam humanitatem negârunt; ſin humanam eſſe autument non divinam, divinitatem negant, & *Chriſtum* conſtituunt qui Deus non ſit: ſi verò & humanam & divinam eſſe aſſerant, hoc pacto & nos homines, & Patrem Filium & Spiritum Sanctum unius ſtatuunt naturæ. Quòd ſi dixerint hanc naturam unam quæ *Chriſto* eſt, nec divinam eſſe nec humanam, *Chriſtum* fingunt qui nec ſit Deus nec homo; adeóque ſententia

ſententia ipſorum undíque abſurditate cingitur, & abnegatione *Chriſti*. Dicetur inſuper illis, An non *Chriſtus* naturâ æqualis eſt Patri & Spiritui? Dicentibus illis, Imò; regeretur, Dicite nobis, Naturâ iſtâ qua Patri & Spiritui æqualis eſt, num & hominibus æqualis? Si dicant, Etiam, jam homines quóſvis & Patrem, Filium & Sp. Sanctum unius naturæ faciunt, quæ longè turpiſſima eſt in Deũ, non ſine celebratione memorandi, blaſphemia. Quòd ſi dixerint naturam quâ æqualis eſt Patri & Sp. Sancto aliam eſſe ab ea quâ æqualis eſt hominibus, jam negant quod affirmaverant, & neceſſe eſt ut dicant *Chriſto* duas eſſe naturas, alteram quâ æqualis eſt Patri & Spiritui, alteram quâ hominibus æqualis; adeóque manifeſta facta eſt & vera comprobata fides *Melchitarum*, & oſtenſa falſitas ejus quod aſſerunt *Iacobitæ*. Jam verò ut ad eam, in qua narrandâ fuimus, hiſtoriam revertamur, Mortuo *Severo* Patriarchâ *Antiocheno*, conſtitutus eſt poſt ipſum *Paulus* ibidem Patriarcha, qui cùm quinque annos ſediſſet mortuus eſt; [vel ſecundùm alterum exemplar, cùm duos;] factúſque eſt poſt ipſum ibidem Patriarcha *Euphraſius*, qui quinque annos ſedit, dein mortuus eſt. Id anno Imperii *Anaſtaſii* Imperatoris *Romanorum* viceſimo ſexto, Anno Imperii ejuſdem viceſimo tertio poſtquam in exiliũ pulſus fuit

بقولهم السماجة والكفر بالمسيح فيقال لهم ايضا اخبروفا
اليس المسيح متحاو في الطبيعة مع الاب والروح فهم
يقولون نعم فيقال لهم اخبروفا في الطبيعة المستوي
فيهامع الاب والروح فيها يستوي مع الناس فان
قالوا نعم فقد جعلوا الناس كلهم والاب والابن والروح
القدس طبيعة واحدة وهذا من اشنع مايكون من
الافترا علي الله جل ذكره وان قالوا ان الطبيعة
المستوي فيها مع الاب والروح القدس غير الطبيعة
المستوي فيها مع الناس فيكونوا قد اذكروا قولهم
ولزمهم ان يقولوا ان للمسيح طبيعتين احديهما
مستوية مع لاب والروح وفي الاخري مستوي مع الناس
فقد تبين وصح اعتقاد الملكية واستبان زايف ما
يعتقدونه المعقوبية فلنرجع الي ما كنا فيه من التاريخ
ولما مات سويرس بطريرك انطاكية صير بعده بولس
بطريركا علي انطاكية اقام خمس سنين ومات وفي نسخة
اخري يقول سنتين وصير بعده افروسيوس بطريركا علي
انطاكية اقام خمس سنين ومات وذلك في سنة
وعشرين سنة من ملك انسطاس ملك الروم وفي
ثلثة وعشرين سنة من ملكه هو بعد ما نفي
ايليا

ايليا بطريرك بيت المقدس اصاب بفلسطين وبيت
المقدس شدة شديدة وجوع ووبا وبلاء عظيم وجراد كثير
ومرت ولم تمطر خمس سنين وفي السنة الخامسة من
القحط كان ضيق من عوز الما في بيت المقدس
حتي جفت عين سلوان وكانوا الناس يحفرون في كل
المواضع فلا يجدون شيا من الما وكان باطاكية رجفة
عظيمة وسقطت دور كثيرة وقتلت خلق عظيمة وبعد
مانفي ايليا بطريرك بيت لمقدس الي مدينة ايلة خمس
سنين انطلق روسا الديارات ومعهم هابا الي ايليا
البطريرك بمدينة ايلة فقبلهم ايليا
البطريركا بفرح عظيم فاقاموا عنده سبعة ايام وبعد
ذلك قال لهم الساعة مات اذسطاس الملك واذا الحقة بعد
عشرة ايام فاخاصمه بين يدي ربي يسوع المسيح
وبعد عشرة ايام تنيح ايليا البطريرك وله ثمانية وثمانون
سنة منها اربعة وعشرون سنة بطرك وقالوا ان هابا
القديس حفظ الوقت وسال عن اذسطاس الملك فقيل
له انه في ذلك الوقت وقع بالقسطنطينية
برق ورعد شديد اصاب فيها اذسطاس الملك علة
في دماغه فكان يمسك راسه بيده ويصيح
ويستغيث

fuit *Elia* Patriarcha *Hieroſolymitanus* accidit in *Paleſtina* & *Hieroſolymis* afflictio magna, cum fame, peſte, calamitate magna, locuſtarum copia, & mortalitate; nec per integrum quinquennium pluit: annóque ſiccitatis quinto magna fuit, præ aquæ inopia, anguſtia *Hieroſolymis*, adeo ut exiccatus eſſet fons *Siloæ*, hominéſque ubique fodientes aquam tamen non invenirent. Fuit etiam *Antiochiæ* terræ motus ingens, quo collapſæ ſunt ædes multæ, magnáque hominum multitudo occidit. Poſtquam autem jam quinquennio exulaverat *Elia* Patriarcha *Hieroſolymitanus* in urbe *Itab*, eò ad ipſum profecti ſunt Cœnobiorum Præfecti, unáque *Saba*. Quos cùm magno gaudio excepiſſet ipſe, ibi apud eum ſeptem dies ſubſtiterunt, poſt quas dixit ipſis, Jam mortuus eſt *Anaſtaſius* Imperator, egóque poſt decem dies ipſum ſequar, & coram Domino noſtro *Chriſto*, cum ipſo judicio contendam. Poſt ergò decem dies obdormivit *Elia* Patriarcha, annus natus octoginta octo, quorum viginti quatuor Patriarchali munere functus eſt. Ferunt ſanctum *Saban* obſervato tempore, de *Anaſtaſio* Imperatore quæſiviſſe, nuntiatúmque ipſi fuiſſe eo tempore accidiſſe *Conſtantinopoli* fulgur & tonitru grande, undè *Anaſtaſio* Imperatori accidit in cerebro morbus, adeo ut manu caput tenens, atque exclamans opémque

petens à domo in domum fugeret, donec assecuta ipsum à Deo pœna vitam ipsi eriperet. Ante mortem suam verò scriptis literis jusserat *Anastasius* Imperator sanctum *Theodosium* Monasterii *Aldawaceſi* Præfectum, *Hierosolymis* pelli. Antequam autem *Hierosolyma* pertingerent literæ, mortuus est Imperator; imperavítque post ipsum *Romanis Iustinus*, è provincia *Thraciæ* oriundus, annos novem, ídque anno regni *Kobadis*. f. *Phiruzi Persarum* Regis tricesimo secundo. Fuit autem *Iustinus* Imperator fide Orthodoxus, veri tenax. Iussit ergò quoscunq; in exilium pepulisset *Anastasius* Imperator, in loca sua redire, fidémque suam literis signatam *Hierosolyma* misit. Convenerunt ergò Monachi lætabundi ostensâque Imperatoris Epistolâ festum illustre celebrârunt, & Concilium quartum Episcoporum sexcentorum triginta, qui *Chalcedoni* congregati sunt, cõfirmârunt. Anno Imperii *Iustini* quinto constitutus est *Iohannes* Patriarcha *Romanus*, qui cùm biennio sedisset mortuus est. Anno Imperii ejusdem septimo creatus est *Felix* ibidem Patriarcha; qui quatuor annos sedit, dein mortuus est. Anno Imperii ejusdem secundo constitutus est *Theodosius* Patriarcha *Alexandrinus*, qui *Iacobita* fuit, & scriptor. Tres annos sedit, dein loco abdicatus est, & in locum ipsius suffectus *Caius* Patriarcha; qui *Manichæus* fuit, &

Archidiaconus

ويستغيث ويهرب من بيت الي بيت حتي لحقه رجز
الله فقتله وقبل ان يموت اوصاهم الملك كتب ان
ينفي ثاونوسموس القديس صاحب ديرالدواكس
من بيت المقدس فمن قبل ان يوافي الكتاب الي
بيت المقدس مات اوصاهم الملك وملك بعده
يوستينوس وهو من مدينة تراقس علي الروم تسع سنين
وذلك في اثنين وثلاثين سنة من ملك قباد ابن فيروز
ملك الفرس وكان يوستينوس الملك حسن الاعادة
قايم بالحق فامر ان يرجع كل من نفاه اوصاهم الملك
الي موضعه وكتب الي بيت المقدس باما فعله فاجتمع
الرهبان بفرح واظهروا كتاب الملك وعيدوا عيدا حسنا
واثبتوا المجمع الرابع الستماية وثلثين اسقف الذين
اجتمعوا في خلقيدونية في خمس سنين من ملك
يوستينس صبر يوحنا بطريركا علي رومية اقام سنتين
ومات وفي سبع سنين من ملكه صبر فيلكس بطريركا
علي رومية اقام اربع سنين ومات وفي سنتين من ملكه
صبر ثاونوسموس بطريركا علي الاسكندرية وكان
يعقوبي وكان كاتبا اقام ثلاث سنين وتوفي فصير بدله
غابيوس بطريركا علي الاسكندرية وكان مناديا
وكان

وكان ربهم الشمامسة اقام سنتين ونفي ورجع
ثاودوسيوس المنفي الي الكرسي اقام خمس سنين
ونفي وفي اول سنة من ملكه قبل له ان اثيميس
بطريرك القسطنطينية يعقوبي فنفاه وصير بدله مينا
بطريركا علي القسطنطينية اقام ثمانية عشر سنة ومات وفي
خمس سنين من ملكه صير افرام بطريركا علي انطاكية
اقام ثمانية عشر سنة ومات فاما يوحنا بطرك بيت
المقدس الذي صار بدل ايليا المنفي اقام سبع سنين
ومات وفي ثلاث سنين من ملك يوستينيوس صير
بطرس بطريركا علي بيت المقدس وكان من اهل
بيت جبرين اقام عشرة سنين ومات وفي سنة
اخري عشرين سنة ومات وبعث يوستينوس الملك الي
كل بلد ان يثبتوا المجمع الخلقيدوني ومات
يوستينوس ملك الروم وملك بعده يوستينيادوس
علي الروم تسعة وثلثين سنة وذلك في واحد
واربعين سنة من ملك قباد ابن فيروز ملك
الفرس وكان يوستينيادوس الملك قرابة
ليوستينوس الملك وفي اول سنة من
ملك يوستينيادوس الملك وجه الي الاسكندرية
فاشخص

Archidiaconus fuerat; cùm duos annos sedisset, loco abdicatus est, redeunte *Theodosio*, qui relegatus fuerat, ad cathedram, quam cùm quinque annos occupâsset, exulare jussus, mortuus est. Anno Imperii ipsius primo, cùm nunciatum ipsi esset *Anthymum* Patriarcham *Constantinopolitanum Iacobitam* esse, ipsum loco abdicavit, vice ipsius in Patriarchatum *Constantinopolitanum* suffecto *Mennâ*, qui octo annos sedit, dein mortuus est. Anno Imperii ejusdem quinto, constitutus est *Ephraim* Patriarcha *Antiochenus*, ubi octodecim annos sedit, dein mortuus est. *Iohannes* autem Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui in locum *Eliæ* relegati substitutus est, sedit septem annos, dein mortuus est. Anno ergò Imperii *Iustini* tertio constitutus est *Petrus* Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui ex incolis *Iabrini* fuit, annos decem sedit, dein mortuus est [vel, secundùm aliud exemplar, viginti annos.] Misit autem *Iustinus* Imperator in omnes regiones [jubens homines] Concilium *Chalcedonense* confirmare, dein mortuus est *Iustinus Romanorum* Imperator, imperante post ipsum *Romanis Iustiniano* annos triginti novem, idque anno regni *Kobad* f. *Faruzi* Regis *Persarum* quadragesimo primo. Fuit autem *Iustinianus* Imperator, Imperatori *Iustino* affinis. *Iustinianus* anno Imperii sui primò *Alexandriam* mittens, *Theodo-*

sium

ſium Patriarcham *Conſtantinopolim* accerſitum juſſit *Iacobitarum* ſententiæ renuntiare, & ad veritatem redire; quod cùm facere recuſaret, in animo habuit ipſum morte multare, at eum ab ipſo impetratum, uxor ipſius, nomine *Theodora*, dimiſit; qui ergò *Ægyptum* reverſus loco quodam dicto *Maſil* & *Lamidis*, è provinciis *Ægypti* occidentalibus, delituit; doctrinæ, quam amplexus fuerat, *Iacobitarum* adhærens: cúmque ad ipſum congregarentur homines, ejúſque rei fama ad Imperatorem perveniſſet, mittens ille ipſum exulare juſſit, præfecto *Alexandriæ* Patriarchâ cui nomen *Paulus*, qui *Melchita* fuit, cúmque biennio ſediſſet irruentes in ipſum *Iacobitæ* morte ipſum affecerunt: in cujus locum ſubſtitutus eſt Patriarcha, nomine *Dalmius*, qui & *Melchita* fuit, ſedítque annos quinque, magnas moleſtias & mala paſſus à *Iacobitis*, qui & ipſum è medio tollere ſtuduerunt; qui ergò fugiens, cùm quinque annos in fuga perſtitiſſet mortuus eſt. Delato ergò nuntio ad Imperatorem *Iuſtinianum*, *Iacobitas Alexandriam* & *Ægyptum* occupâſſe, & Patriarchas quotquot ipſis præficerentur, trucidare; ipſe irâ percitus Ducem è ſuis quendam Patriarcham *Alexandriæ* conſtituit, adjunctóque ipſi exercitu numeroſo, eó ipſum miſit: nomen ipſi *Apolinarius* fuit. Dux ergò iſte *Alexandriam* perveniens eam ingreſſus eſt, habitu militari

فاشخص ثاوفوشيوس البطريرك الي القسطنطينية
وامره ان يترك عنه مقالة اليعقوبية ويرجع الي الحق
فامتنع من ذلك فهم بقتله فاستوهبته زوجته منه
واسمها ثاوذوره فاطلق سبيله ورجع الي مصر واختفا
في موضع يقال له مصيل والمدينة من كور مصر
بالغرب ودام علي ماكان عليه من مقالة اليعقوبية
واجتمع اليه قوم واتصل الخبر بالملك فبعث اليه
وفاه وصير علي الاسكندرية بطريركا يقال
له بولص وكان ملكيا اقام سنتين فوثب عليه
اليعقوبية وصيروا بدله بطريركا يقال له
دمانوس وكان ملكيا اقام خمس سنين في
شدة وعذاب من اليعقوبية واراد وا قتله فهرب واقام
خمس سنين هاربا ومات فاتصل الخبر بالملك
يوستينيانوس ان اليعقوبية قد غلبوا علي الاسكندرية
ومصر وكل بطريرك يصير عليهم يقتلوه فغضب
الملك من هذا واخذ قايدا من قواده فصيره
بطريركا علي الاسكندرية وضم اليه عسكرا عظيما
ووجه به اليها وكان اسمه ابولينار يوس فلما وصل
القايد الي الاسكندرية دخل اليها وعليه ثياب

الجند علي اده واليها من قبل الملك فلما حصل في
الكنيسة نزع الثياب التي عليه ولبس ثياب البطريركية
وتقدم وقدس فاقبل اهل الاسكندرية من كل زاوية
وركن يرمونه بالحجارة وبالعصي حتي كان يقتل
وانصرف عنهم ذلك اليوم وبعد ثلثة ايام اظهر لهم ان
كتاب قد واقاه من الملك ويحتاج ان يقراه علي
الناس فضرب بالعرض ان يجتمعوا الناس يوم الاحد
في الكنيسة ليسمعوا كتاب الملك فلما كان يوم
الاحد لم يبقا احد ممن بالاسكندرية حتي حضر
وكان ابوليناريوس البطريرك قد واطا اصحابه
ان اشار اليهم بعلامة بينه وبينهم ان يضعوا السيف علي
كل من في الكنيسة وصعد علي الانبلن وهو
المنبر وقال يا معشر اهل الاسكندرية ان
رجعتم الي الحق وتركتم عنكم مقالة البعقوبية
والا خفت عليكم ان يوجه الملك الكم من يستحل
سفك دماكم ويستبيح حريمكم ويسوقهم اولادكم
فهو كان يكلمهم وهم يرجمونه بالحجارة حتي
خاف علي نفسه ان يقتل فاظهر لاصحابه العلامة فوضعوا
السيف علي كل من في الكنيسة فقتل داخل الكنيسة
وخارجها

tari indutus, utpote ei ex parte Imperatoris præfectus. Ad Eccleſiam autem ubi veniſſet, exutis veſtibus iſtis habitúmque Patriarchalem induens, accedens ſacra celebravit. Cœperunt ergò *Alexandrini* ex omni angulo ac parte ipſum ſaxis & lapidibus petere, adeo ut ferè ab ipſis interficeretur. Statim ergò ab ipſis ſe ſubtrahens, poſt triduum obtendit perlatas eſſe ad ſe ab Imperatore literas quæ coram populo legendæ eſſent. Campanâ ergò pulſatâ populum monuit ut die Dominico in Eccleſiâ convenirent quò Imperatoris literas audirent. Cùm ergò adeſſet dies Dominicus, non relictus eſt quiſpiam qui non accederet. De hoc autem inter *Apolinarium* Patriarcham & comites ſuos convenerat, ut cùm ſignum ſibi ipſíſque notum daret, gladio omnes in Eccleſia præſentes ferirent. Ipſe ergò aſcenſo ſuggeſto, Heus (inquit) *Alexandriæ* inquilini, ſi ad veritatem revertamini, & à ſententia *Iacobitica* recedatis, [bene eſt,] ſin minùs, timeo vobis, ne mittat ad vos Imperator qui ſanguinem veſtrum effundi permittat, uxores proſtitui & liberos orphanos fieri. His dum illos alloqueretur, ipſi lapidibus eum petere, adeo ut vitæ ſuæ timeret: quare ſignum illud ſociis ſuis dedit, qui gladio quotquot in Eccleſia fuerant aggreſſi ſunt: interfectíque ſunt intra & extra Eccleſiam homines innumeri, adeo ut occiſorum ſanguis

uſque ad militum genua pertingeret. Magna verò hominum multitudo ab ipſis fugâ prolapſi ſunt in Vallem *Habib* ad Monaſterium *Abu Makarii*. Exinde palàm obtinuit *Melchitarum* ſententia, ipſíque templa, quæ invaſerant *Iacobitæ*, ceperunt atque occupârunt. Itáque compoſita eſt urbs. Fuit autem hoc anno Imperii *Iuſtiniani* Imperatoris decimo quinto. Atque ex iſto tempore fuit *Iacobitarum* Cathedra in Monaſterio *Abu Makarii* ad diem uſque hodiernum. Iam à tempore quo interfectus eſt *Proterius Alexandriæ* Patriarcha atque igne crematus, ad hoc quo *Iacobitæ* ab *Apolinario* occiſi ſunt & ſententia Orthodoxorum publicè obtinuit, anni ſunt triginta quinque, vel *ſecundùm aliud exemplar*, anni octaginta quinque. Invaluerat ſiquidem in *Alexandria* totâque *Ægypto Iacobitarum* ſententia; fuerântque Patriarchæ *Alexandrini Iacobitæ*, ut & ex Imperatoribus *Romanis* inter cæteros, *Leo* Parvus, *Zeno*, *Anaſtaſius*, aliíque quos in præcedentibus recenſuimus. Porrò anno Imperii *Iuſtiniani* viceſimo primo *Samaritani* in *Palæſtina* impetu facto Eccleſias omnes diruerunt, & in eas ignem injecerunt, Chriſtianos etiam non paucos interfecerunt, gravibúſque cruciatibus affecerunt, & Epiſcopum *Neopolitanum* trucidârunt. Quo audito *Iuſtinianus* Imperator miſſo exercitu grandi magnam *Samaritanorum* multitudinem occidit.

وخارجها من الناس ما لا يحصا كثرتهم حتي خاض
الجند في دما الناس الي ركبهم فهرب منهم خلق عظيم
الي وادي هبيب الي دير ابومقار وظهرت حينئذ مقالة
الملكية واخذوا الكنايس التي كانوا اليعقوبية قد
اخذوها وغلبوا عليها واستولت المدينة وذلك في خمسة عشر
سنة من ملك يوستينيانوس الملك ومن بعد ذلك الوقت
صار كرسي اليعقوبية في دير ابومقار الي هذا الوقت في
وقت قتل بروطاريوس بطريرك الاسكندرية واحرق بالنار
الي وقت قتل ابوليناريوس اليعقوبيين وظهرت مقالة الملكية
خمسة وثلثون سنة وفي نسخة اخري يقول خمسة وثمانون
سنة لان مقالة اليعقوبية كانت قد غلبت علي الاسكندرية
ومصر كلها وكانوا البطاركة الذين يكونوا بالاسكندرية
يعقوبية وكانوا الملوك في بلد الروم ايضا يعقوبية فمنهم
لاون الصغير وزينون الصغير وزينون وانسطاس وغيرهم من
قد شرحته متقدما وفي احد وعشرين سنة من ملك
يوستينيانوس ثار بفلسطين اهل السامرة وهدموا الكنايس
كلها واحرقوها بالنار وقتلوا نصاري كثيرا وعذبوهم
عذابا شديدا وقتلوا اسقف نابلس فبلغ الخبر الي
يوستينيانوس الملك فبعث بعسكر عظيم فقتل من السامرة
خلقا

خلقا كثيرا فعند ذلك هال بطرس بطريرك بيت
المقدس لما رام هابا القديس ان يمضي الي
القسطنطينية ويسعل الملك في تخفيف الخراج عن اهل
فلسطين لما فعل السامرة فيها من الخراب فانطلق
مار سابا الي القسطنطينية ففرح به الملك
وقبل منه كتاب بطريرك بيت المقدس وسال
حوائجه فقال له مارسابا اسئلك ان تخفف
الخراج عن فلسطين فان السامرة قد قتلوا اهلها
واخربوها وامر الملك ان تبنا الكنايس
التي احرقوها السامرة وان يبنا في بيت المقدس
للغربا بيمارستان وان تتم كنيسة المنة التي
ابتداها ايليا بطريرك بيت المقدس فاجابه الملك
الي ذلك والي كل ما سال وطلب وانفذ معه
الملك رسولا لذلك وزوده مالا كثيرا وكتب الي
عامله بفلسطين ان يصرف خراج فلسطين الي
الرسول ليبني ما امره الملك وامر الملك للرسول ان
يهدم كنيسة بيت لحم وكانت صغيرة وان يبنيها
كنيسة عظيمة حسنة ولا يكون في بيت المقدس
كنيسة احسن منها فلما وافا الرسول الي بيت المقدس
فبنا

occidit. Eo tempore rogavit *Petrus* Patriarcha *Hierosolymitanus Mar Sabam* ut *Constantinopolim* profectus, ab Imperatore peteret remitti de tributo quod penderent *Palæstinæ* incolæ aliquid, respectu ejus quam in ea fecerant *Samaritani* desolationem. Profectus est ergò *Mar Saba Constantinopolin*, quem lætus excepit Imperator, cúmque ab ipso literas Patriarchæ *Hierosolymitani* accepisset, rogavit, Quídnam ipsi negotii esset. Cui *Mar Saba*, Peto (inquit) ut de tributo *Palæstinæ* remittas. Siquidem *Samaritani* ejus incolis interfectis ipsam vastârunt: Jubeátque Imperator extrui Ecclesias quas cremârunt *Samaritani*, nec non fabricari *Hierosolymis* pro peregrinis *Nosocomium*; útque perficiatur *Helenæ* templum quod extruere cœperat *Elia* Patriarcha *Hierosolymitanus*. In quibus omnibus annuit ipsi Imperator; nec non in cæteris quæcunque ab ipso peteret ac rogaret. Misítq; eum in finem Imperator unà cum ipso legatum, multis instructum opibus, scripsítque ad *Palæstinæ* præfectum, ut *Palæstinæ* tributum legato traderet adea quæ ipsi in mandatis dederat Imperator extruenda. Iussit etiam Imperator legatum Ecclesiam *Bethleemiticam* quæ parva fuit diruere, aliámq; amplam, magnam & pulchram fabricare; adeo ut non esset *Hierosolymis* templum ipsâ pulchrius. Perveniens ergò Legatus *Hierosolyma*, *Nosocomium*

mium peregrinis condidit, & Ecclesiam *Elenæ* perfecit, templáque quæ incenderant *Samaritani* instauravit, nec non Monasteria quam plurima extruxit, dirutâque Ecclesiâ *Bethleemiticâ* eandem eo quo jam se habet modo ædificavit. Cúmque his omnibus absolutis ad Imperatorem reversus esset, ille, Describe mihi (inquit) quomodo Ecclesiam *Bethleemiticam* extruxisti; Quam cùm ipsi descripsisset, haud probavit Imperator descriptionem istam, nec ullatinus ipsi placuit; quare valdè ipsi iratus, Acceptos (inquit) nummos tibi ipsi congessisti, ædificium autem extruxisti malè compactum, & Ecclesiam tenebrosam confeciſti, nullatenus ex mente mea fabricatam, nec consilium meum secutus es. Capitéque ipsum plecti jussit. Struxit etiam *Iustinianus* Imperator *Constantinopoli* templum Sanctæ *Sophiæ*, fabricâ admodum eleganti. Porrò mortuus est *Mar Saba* annos natus nonaginta quatuor. Cùm autem audiissent Monachi montis *Sinæ* de bona Imperatoris *Iustiniani* intentione, quámque condendis Ecclesiis & Monasteriis struendis delectaretur, ad ipsum profecti, conquesti sunt *Arabes Ismaelitas* ipsis damnum inferre, penum ipsorum devorando locáque diruendo, celláque ingredientes quicquid ibi esset diripere, & in Ecclesias irruentes Eucharistiam deglutire. Rogante ergò Imperatore, Quid vellent,

Rogamus

فبنا بيمارستان للغرباء وتمم كنيسة المنا وبنا
الكنايس التي احرقها العامرة وبنا ديارات كثيرة
وهدم كنيسة بيت لحم وبناها على ماهي اليوم فلما
فرغ من جميع ذلك رجع الي الملك قال له صف
لي كيف بنيت كنيسة بيت لحم فلما وصفها له لم
يستحسن الملك صفته ولا اعجبه ذلك واشتد غضبه
عليه وقال له اخذت الاموال فاقتضيتها لنفسك
وبنيت بنيان شفقت فيه وصيرت الكنيسة مظلمة ولم
تبنيها على ما اشتهيت ولم تنصحني ثم امر بضرب عنقه
وبنا يوهنة بنيامين الملك بالقسطنطينية كنيسة
اجيا صوفيا بنيامين هنا ومات مارسابا وله اربعة وتسعين
سنة فلما سمع ارهبان طور سينا هن فيه يوهنة بنيامين
الملك ومحبته لبنيان الكنايس وعمارة الديارات
صاروا اليه وشكوا ان الاعراب بني اسمعيل يؤذونهم
ويأكلوا طعامهم ويخربون مواضعهم ويدخلون
قلاليهم ويأخذون كما فيها ويدخلون
الكنايس ويأكلون القربان فقال
لهم الملك يوستنيانوس فماذا تريدون

فقالوا له دعلك ايها الملك ان تبني لنا دير لنتحصن
فيه ولم يكن قبل ذلك في طورسينا دير يجتمع فيه
الرهبان وانما كانوا متبددين في الجبال
والاودية حول العليقة التي كلم الله جل اسمه
موسي منها وكان لهم فوق العليقة برج كبير
مبني وهو الي اليوم قايم وفيه كنيسة مرتمريم
وكادوا اذا جاء الرهبان امر وخافوا منه حالا
اجتمعوا وتحصنوا في ذلك البرج فبعث الملك معهم
برسول وزوده مالا كثيرا وكتب الي عامله
بمصر ان يدفع الي الرسول ما شاء من المال
وان يعينه بالرجال وتحمل اليه من مصر المرة
وامر الرسول ان يبني كنيسة بالقلزم ويبني دير
رايه ويبني دير طورسينا ويحصنه حتي لا يكون في
العالم دير احصن منه ويستوثق منه لا يكون علي
الدير موضع يخاف من ضرر علي الرهبان والدير
فلما وافا ذلك الرسول الي القلزم بنا بالقلزم كنيسة
مار اثاناسيوس وبنا دير رايه وصار الي جبل طور سينا
فاصاب العليقة في مضيق بين الجبلين
والبرج مبني عليه قرب العليقة
وعمون

Rogamus, inquiunt, ô Rex ut nobis Monaſterium extruas in quo muniamur. (Neque enim ante illud tempus ullum fuit in monte *Sina* Cœnobium in quo convenirent Monachi, ſed in montibus ac vallibus circa Rubum è quo Deus *Moſen* allocutus eſt, ſparſim degerunt. Fuit tantùm ipſis ſupra Rubum turris magna, quæ & hodiè ſupereſt, atque in ea templum *Sanctæ Mariæ*, ad quam Monachi, accedente quopiam à quo timerent, confugientes, in eâdem munire ſe ſolebant. Miſit ergò Imperator unâ cum ipſis legatum opibus multis inſtructum, ſcriptis etiam ad *Ægypti* Præfectum literis, ut eidem quantum vellet nummorum traderet, ac viros etiam ſuppeditaret, ipſíque annonam ex *Ægypto* deferendam curaret; Legato in mandatis dato ut Eccleſiam in *Kalzem* extrueret, nec non Monaſterium *Rayæ*, útque in monte *Sina* Monaſterium ædificaret, idémq; permuniret, adeo ut non alibi in toto mundo magìs munitum reperiretur, adeóque firmatum daret, ut non alicubi locus aliquis eſſet undè vel Monaſterio vel Monachis damnum inferendum metueretur. Cùm ergò *Kalzemum* perveniſſet Legatus iſte condidit ibi Eccleſiam S. *Athanaſii*; extruxítque Monaſterium *Rayæ*; tum ad montem *Sinam* profectus ibi Rubum invenit in loco inter duos montes anguſto, ibidémq; turrim prope Rubum extructã, nec non

aquæ fontes prope eundem ſcaturientes, at Monachos per valles diſperſos. In animo ergò habuit Monaſterium ſupra montem extruere relicto Rubi & turris loco. Quod tamen rurſus aquæ gratiâ improbavit, ideo quòd nulla eſſet ſupra montem aqua. Extruxit ergò Monaſterium juxta Rubum loco turris, turri in Monaſterio inclusâ. Fuítque Monaſterium inter duos montes loco anguſto, adeo ut ſi quis montis faſtigium ſeptentrionale conſcendens lapidem jaceret, in medium decidens Monaſterium Monachis noceret. Et Monaſterium quidem in loco iſto anguſto juxta Rubum & monumenta illuſtria ac aquas ædificavit; at templum in montis vertice ſupra locum in quo *Moſes* Legem accepit: Nomen præfecto Monaſterii erat *Doula*. Reverſus autem ad *Iuſtinianum* Imperatorem Legatus narravit ipſi quáſnam Eccleſias & quæ Monaſteria extruxerat; deſcripſit etiam ipſi quo modo Monaſterium montis *Sinæ* ædificaverat. Cui Imperator, Errâſti (inquit) & Monachis injuriam feciſti, quos in inimicorum manus tradidiſti. Quare autem non in montis vertice Monaſterium extruxiſti? Reſpondit Legatus, ipſum juxta Rubum & prope aquas poſui; quòd ſi in montis faſtigio extructum fuiſſet, caruiſſent Monachi aquâ, adeo ut ſi obſeſſis aliquando ipſis intercluſa eſſet aqua, præ ſiti morerentur; longiùs inſuper

وعيون امياه تنبع قرب العليقة والرهبان متفرقين في
الاودية فهم ان يبني الدير فوق الجبل ويترك موضع
البرج والعليقة فكره من اجل الماء لان ليس فوق
الجبل ماء فبنا الدير علي العليقة موضع البرج
والبرج داخل الدير بين جبلين في مضيق ان
صعد واحد فوق راس الجبل الشمالي ورما بحجر
وقع في وسط الدير فاشر الرهبان وانما بنا
الدير في ذلك الموضع من اجل العليقة
والانار الشريفة والمياه وبنا كنيسة في راس الجبل
فوق موضع اخذ موسي التوراة وكان اهم رييس
الدير دولا ولما رجع الرسول الي يوستنيانوس
الملك اخبره بما بنا من الكنايس والديارات ووصف
له كيف بنا دير طورسينا فقال له الملك
قد اخطات واسات الي الرهبان وامكنت
منهم الاعدا فهلا بنيت الدير فوق راس
الجبل فقال له الرسول انما بنيت الدير
علي العليقة وقرب الماء ولو بنيت الدير فوق راس
الجبل لبقوا الرهبان بلاماء ولوحاصروهم قوما
ومنعوهم من المالمادوا من العطش وكانت
العليقة

العليقة ايضا تكون بعدد منهم فقال الملك فكنت
هديت الجبل الشمالي المطل علي الدير الي الارض
لئلا يكون علي الرهبان منه ضرر قال له الرسول
لوانا اتفقنا لموالك ارض مصر والروم والشام ماتهما لنا
ان تدرك ان لك الجبل فغضب الملك عليه وامر بضرب
عنقه ثم بعث برسول اخر ووجه معه مايه رجل
من عبيد الروم مع نسائهم وصبيانهم وامره ان
ياخذ من مصر مايه رجل من عبيد الروم مع نسائهم
وصبيانهم من العبيد وبنا لهم خارج طور سينا
بيوتا يسكنون فيها هناك ويحفظون الدير
والرهبان ويجري عليهم الارزاق وحمل اليهم والي
الدير من مصر من المغرة مايكفيهم فلما وافا الرسول
الي طور سينا بنا خارج من الدير في شرقيه منازلا
كثيرة وحصنها واسكن فيها العبيد فكانوا يحفظون
الدير ويذبون عنه والموضع يسمي الي هذا الوقت
دير العبيد فلما توالدوا وكثروا وطال بهم الزمان وظهر
الاسلام وذلك في خلافة عبد الملك ابن مروان اغار
بعضهم علي بعض وقتل بعضهم بعضا فمنهم من قتل
ومنهم من هرب ومنهم من اسلم واولادهم الي
هذا

insuper ab ipsis abfuisset Rubus. Dixit Imperator, Æquandus ergò tibi cum terra fuit Mons iste qui à Septentrione Monasterio imminet Cui Legatus Si totas terræ *Romanorũ, Ægypti,* & *Syriæ* opes impendissemus, haud possemus montẽ istum absolvere. Iratus ergò Imperator caput ipsi amputari jussit. Deinde alium misit Legatum, unáque cum ipso, è vernis *Romanorum* unà cum liberis & uxoribus ipsorum centum Viros, jubens etiam ut ex *Ægypto* alios centum unà cum ipsorum uxoribus & liberis acciperet, quibus extra montem *Sinam* domos extrueret in quibus ibi degerẽt, quò Monasterium & Monachos custodirent; & victum ipsis suppeditandum curaret, ipsíque & Monasterio ex *Ægypto* annonæ quantum sufficeret, deferendum. Cùm ergò ad montem *Sinam* peryenissent Legatus extra Monasterium Orientem versùs multa extruxit domicilia, eadémque arce communivit, in quibus servos istos collocavit quò Monasterium custodirent, idémque tuerentur; qui locus ad hoc usque tempus *Dir ol Abid*, seu, *Monasterium servorum* appellatur. Cùm verò genitis liberis multiplicati, diu ibi subsistitissent, ac *Mohammedanismus* obtineret (quod sub *Chalifa Abdil Malec Ebn Merwan* accidit) alii in alios irruentes mutuis se cædibus sustulerunt, cæsis aliis, aliis fugientibus, aliis *Mohammedanismum* amplexis, quorum liberi ad hunc

hunc usque diem in Monasteriis, illam religionem profitentes *Bann Salehi*, appellantur, & pueri [seu Servi] Monasterii audiunt; súntque ex ipsis *Lachmienses*. Diruerunt autem Monachi domicilia servorum postquam *Mohammedis* religionem amplexi sunt ne quis ea incoleret, quæ ergò & hodiè desolata manent. Porrò anno Imperii *Iustiniani* secundo cõstitutus est *Bonifacius* Patriarcha *Romanus*; cúmq; duos annos sedisset mortuus est. Anno Imperii ejusdem quarto constitutus est ibidem Patriarcha *Iohannes*, qui & duos annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem sexto, factus est ibidem Patriarcha *Agapetus*, qui cùm unum annum sedisset mortuus est. Anno ejusdem septimo constitutus est ibi Patriarcha *Sylverius*, annos quinque sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem decimo tertio constitutus est ibidem Patriarcha *Vigilius*; qui octodecim annos sedit, dein mortuus est; cujus præfecturæ anno decimo quinto fuit Concilium quintum. Anno Imperii ejusdem (*Iustiniani* sc.) decimo, constitutus est *Epiphanius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui *Iacobita* fuit: sedit annos sex, dein mortuus est. Scripsit autem *Iustinianus* Imperator Epistolam magnam quæ jura multa & leges contineret. Anno Imperii ejusdem decimoseptimo factus est *Eutychius* Patriarcha *Constantinopolitanus*; qui postquam duodecim annos sedisset in exilium

هذا الوقت في الديارات مسلمين يقال لهم بنو صالح
ويسمون غلمان الدير الي اليوم ومنهم اللحميين
وخرب الرهبان منازل العبيد بعد ان اسلموا ليلا
يسكن فيها احد وهي الي اليوم خراب وفي سنتين
من ملك يوستينيانوس صير بوتيفاتيوس بطريركا
علي رومية اقام سنتين ومات وفي اربع سنين من
ملكه صير يوحنا بطريركا علي رومية اقام سنتين
ومات وفي ست سنين من ملكه صير اغابيوس بطريركا
علي رومية اقام سنة ومات وفي سبع سنين من ملكه
صير بيلجناريوس بطريركا علي رومية اقام خمس سنين
ومات وفي ثلثة عشر سنة من ملكه صير بنجيلوس
بطريركا علي رومية اقام ثمانية عشر سنة ومات وفي
خمسة عشر سنة من رياسته كان المجمع الخامس
وفي عشر سنين من ملكه اي ملك يوستينيانوس
صير ابيفانيوس بطريركا علي القسطنطينية وكان يعقوبي
اقام ستة سنين ومات وكتب الملك يوسة نيانوس
رسالة كبيرة فيها احكام كثيرة وشرايع وفي سبعة
عشر سنة من ملكه صير اوتيشيوس
بطريركا علي القسطنطينية اقام اثني عشر سنة ونفي
وفي

وفي احد عشر سنة من رياسته كان المجمع الخامس وفي
اربعة عشر سنة من ملك يوستينيادوس صير مكاريوس
بطريركا عي بيت المقدس اقام سنتين ومات وفي سبعة
عشر سنة من ملكه صير اوتيشيوس بطريركا علي
بيت المقدس اقام اثني عشر سنة ومات وفي احد عشر
سنة من رياسته كان المجمع الخامس وفي خمسة
عشر سنة من ملكه صير دمنس بطرك علي انطاكية
اقام اربعة عشر سنة ومات وفي ثلثة عشر
سنة من رياسته كان المجمع الخامس
وظهر في ايام يوستينيادوس الملك في السما نجم عظيم
اقام اربعين يوما ثم بعد ذلك ظهر في السما رمح من
نار اقام اياما وكان في عصر يوستينيادوس الملك
اورنجادوس اسقف ملبج وكان يقول بالتناسخ
وان ليس قيامة وكان ايضا ايبا اسقف الرها
وتداوس اسقف المصيصة وثاودوريتوس اسقف مدينة
الكرة وكانوا مولاة الاساقفة يقولون ان جهد سمدنا
المسيح كان فانطاسيا اي خيالا غير حقيقة فسمع بقالهم
الملك فوجه فاشخصهم الي القسطنطينية وجمع بينهم
وبين اوتيشيوس بطريرك القسطنطينية فقال
لهم

exilium miſſus eſt. Anno præfecturæ ejus undecimo fuit Concilium quintum. Anno Imperii *Iuſtiniani* decimo quarto conſtitutus eſt *Macarius* Patriarcha *Hieroſolymitanus*; qui duos annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno Imperii ejuſdem decimo ſeptimo factus eſt *Eutychius* Patriarcha *Hieroſolymitanus*, qui duodecim annos ſedit, dein mortuus eſt: cujus præfecturæ anno undecimo fuit Concilium quintum. Anno Imperii ejuſdem decimo quinto factus eſt *Domnus* Patriarcha *Antiochenus*, qui quatuordecim annos ſedit, dein mortuus eſt. Ejus præfecturæ anno decimo tertio fuit Concilium quintum. Porrò tempore *Iuſtiniani* Imperatoris apparuit in cælo ſtella magna quæ quatuordecim dies duravit: ac poſtea apparuit in cælo haſta ignea quæ dies aliquot manſit. Fuit etiam tempore *Iuſtiniani Origenes* Epiſcopus *Manbagenſis* qui *Metempſychoſin* aſſeruit, reſurrectionem negans. Fuerunt etiam *Ibas* Epiſcopus *Rohenſis*, *Thaddæus* Epiſcopus *Maſſiſenſis*, & *Theodoritus* Epiſcopus *Ancyrenſis*, qui aſſeruerunt corpus Domini noſtri *Chriſti*, *Phantaſticum* fuiſſe, nihil in ſe veri habens: quorum ſententiâ auditâ, mittens Imperator ipſos *Conſtantinopolim* accerſivit, ipſis ac *Eutychio* Patriarchâ *Conſtantinopolitano* convenire juſſis. Quibus Patri-

archa, Si fuerit (inquit) corpus *Christi* Phantasia, (uti autumatis vos,) erunt etiam actiones & sermo ipsius Phantasia, ac proinde quodvis corpus quod alicui hominum tribuimus, aut factum, aut dictum, eodem modo se habebit. Dixit etiam Episcopo *Manbagensi*, Surrexit Dominus noster *Christus* à mortuis, eodémque modo scimus die judicii homines resurrecturos. Dixit enim nobis in Evangelio suo sancto, Veniet hora quando omnes qui sunt in sepulchris audientes vocem filii Dei victuri sint. Quomodo ergò dicitis non futuram resurrectionem? Quare ipsos excommunicavit & anathemate devovit. Iussit etiam Imperator indici ipsis Concilium, in quo anathemate ferirentur. Scriptis ergò ad quatuor Patriarchas literis eos convenire jussit: viz. ad *Apollinarium* Patriarcham *Alexandrinum*, *Domnum* Patriarcham *Antiochenum*, *Eutychium* Patriarcham *Hierosolymitanum*, & *Vigilium* Patriarcham *Romanum*, ut *Constantinopolim* accederent, qui istorum Episcoporum anathematizationi adessent. Qui ergò accesserunt. Interfuit etiam huic Concilio *Eutychius* Patriarcha *Constantopolitanus*. Non adfuit quidem Patriarcha *Hierosolymitanus*, sed deputatos suos misit. Ita nec interfuit Patriarcha *Romanus*, nec fuit ipsi deputatus; cum ipsis tamen consensit, eorúmq; sententiam amplexus est.

Fuitque

لهم البطريرك ان كان جسد سيدنا المسيح
فاقطاسيا كما زعمتم فتجب ان يكون فعله قطاسيا
وقوله قطاسيا وكل جسد فعايشه لاحد الناس
وفعل اوقول فهو كذلك وقال لاسقف منبج ان سيدنا
المسيح قام من الموتي واعلنا ان كذلك يقوموا
الناس من الموتي يوم الدينونه وقال لنا في الجمله
القدس ان تاتي ساعه حتي ان كل من في
القبور اذا سمعوا بصوت ابن الله يحيون فكيف
تقولوا ان ليس قيامه فاوجب عليه الحرم واللعن
فامر الملك ان يكون لهم مجمعا ليلعنوا فيه فكتب
الملك الي الاربعه بطاركه فجمعهم لابوليناريوس
بطريرك الاسكندريه والي دمنس بطريرك انطاكيه
والي اوتيشيوس بطريرك بيت المقدس المقدس والي
بجيليوس بطريرك رومية ان يشخصوا الي
القسطنطينيه ليحضروا لعن هولاي الاساقفه فحضروا
وكان في هذا المجمع اوتيشيوس بطريرك
القسطنطينيه ولم يحضر بطريرك بيت المقدس ولكان
وجه بوكلايه وكذلك بطرك رومية لم يحضرولا كان
له وكيل الا انه قد وافقهم وقبل قولهم فكان

عدة

عدة الاساقفة الذين اجتمعوا في هذا المجمع الخامس
مايةواربعة وستين اسقف فلعنوا هولاء الاساقفه ومن
يقول بمقالتهم وهم اوريجانس اسقف مغبج
وتداوس اسقف المصيصة واذيا اسقف الرها
وثاودوريطوس اسقف اذكره وثبتوا ان جسد
سيدنا المسيح حقيقة لا خيال واذه الاه تام
وانسان تام معروف بطبيعتين ومشيتين وفعلين
واقنوم واحد وثبتوا قول المجامع الاربعة التي
كانوا قبلهم وان الدنيا زايلة والقيامة لا بد ان
تكون وان سيدنا المسيح ياتي بمجد عظيم
فيدين الاحياء والاموات كما قالوا الثلثماية
وثمانية عشر واضرفوا مكرمين فمن المجمع الرابع
العتماية والثلثون الذين اجتمعوا في خلقيدونية
ولعنوا اليعاقبة الي المجمع الخامس المايه
واربعة وستون اسقف الذين اجتمعوا في
القسطنطينية مايه سنة وثلاثة ستين
وذلك في سبعة وعشرين سنة من ملك
يوستينيانوس ملك الروم واما قباد ابن فيروز ملك
الفرس فاذكر الناس امره وهمو ابقتله فخافوا
من

Fuítque numerus Episcoporum qui in hoc Concilio quinto convenerunt centum sexaginta quatuor, quo in Episcopos istos & omnes qui idem cum ipsis assererent anathema dixerunt: (scil. in *Origenem* Episcopum, *Manbagensem*, *Thaddæum* Episcopum *Massisiensem*, *Ibam* Episcopum *Rohensem* & *Thedoritum* Episcopum *Ancyritanum*:) adstruentes corpus Christi Domini nostri verum fuisse, non Phantasticum; essèque ipsum Deum perfectum, & hominem perfectum, naturis duabus, voluntatibus duabus, duorum generũ actionibus, at personâ unâ agnitum. Confirmârunt etiam sententiam quatuor Conciliorum præcedentium, essèque mundum hunc caducum, & resurrectionem necessariò futuram, venturúmque Dominum nostrum *Christum* cum gloria magnâ, & judicaturum vivos & mortuos, quemadmodum affirmârunt Trecenti octodecẽ [Patres.] Dein honorati redierunt. Iam à Concilio quarto sexcentorum ttriginta eorũ qui *Chalcedoni* convenerunt, ac anahema in *Iacobitas* denuntiârunt, ad Concilium istud quintum centum sexaginta quatuor Episcoporum, qui *Constantinopoli* convenerunt, anni sunt centum & tres; fuítque hoc anno Imperii *Iustiniani* Imperatoris *Romanorum* vicesimo septimo. Quod ad *Kobadem Phiruzi* filium *Persarum* Regem, ipsum aversati homines è medio tollere studuerunt, nisi

nisi quòd à vicario ipsius *Soachero* timerent. Non destiterunt ergò ipsum contra vicarium suum *Soacherum* dolo incitare donec ipsum interficeret; quê ubi interfecisset, aggressus ipsum quidam nomine *Mazdek* cum sociis suis, dixit ipsi, Constituit Deus[hominum]dimensa in terrâ ut tu ea æqualiter ipsis distribuas,ne sit cuipiam plus quàm alteri; Verùm homines injuriâ inter se agunt,unoquoque se fratri suo præferente: Nos ergò hac de re dispicientes,pauperibus[debita] à divitibus accipiemus,& ab iis quibus plus satis est [detracta] indigentibus reddemus; et si cui plus quàm par est fuerit opum,mulierum,servorum,& supellectilis, illud ipsi eripiemus, quò ipsum & alios inter se pares faciamus,nec quis præ aliis ad rem aliquam jus habeat. Cœperunt igitur hominum domos, mulieres & opes invadere. Cúmque invaluissent, *Kobaden Phiruzi* fil. loco quodam includentes ubi nemini ipsum adire permissum, quendam nomine *Ramasph* ipsius avunculum in locum ejus suffecerunt. Quo conspecto ipsos adortus *Bazarmahr* cum aliquot *Persarum* nobilibus, multis è *Mazdeki* comitibus interfectis, *Kobaden Phiruzi* filium loco regnóque suo restituit, ejecto *Marasspho*. At non destiterunt qui supererant è *Mazdekianis Kobaden* pellicere, donec *BazarMahrum* morte multâsset. Inde commotum est contra ipsum

من وزيره سواخر فلم يزالوا يغووه علي وزيره سواخر
ختي قتله فلما قتله وقع علية رجل يقال له مزدق
واصحابه فقالوا له ان الله انما جعل الارزاق في الارض
لتقسمها علي العباد بالسوية حتي لا يكون لاحد فضل
علي صاحبه ولكن العباد يظلمون فيما بينهم
ويستاثر كل امر منهم نفسه علي اخيه فنحن ناظرون
في ذلك واخذون للفقرا من الاغنيا وراادون من
المكثرين علي المقلين فمن كان عندهم فضل
من الاموال والنسا والخدم والامتعة انتزعنا ذلك منه
وواسينا بينه وبين غيره حتي لا يكون احد احق
بشي من غيره فجعلوا يتغلبوا علي الانسان في
منزله ودهايه واموالة وقوي امرهم وحجبوا
قباد ابن فيروز عن الناس في مكان لا يصل اليه
احد وجعلوا رجلا من اخوالة مكانه فلما راي
ذلك بزرمهر نهض اليهم بجماعة من امرا فارس
فقتل من اصحاب مزدق خلقا كثيرا واعاد قباد ابن
فيروز الي مكانه وملكه وطرح ماراسف ولم يزل
من بقي من المزدقية يغوون قباد حتي قتل بزرمهر
واضطربت عليه مملكته وخرج عليه خوارج

فلما راقباد ما صار اليه امره قدم علي قتل هوخر وابنه
ومان قباد وكان تجمع ما ملك قباد مع الصنهن
التي ملكها راما سف ثلاثة واربعين سنة ثم
ملك بعده كسري ابن قباد وهو الذي
يقال له ادوشروان وملك هبعة واربعين سنة
وستة اشهر وذلك في اربع سنين من
ملك يوستينيانوس ملك الروم فامر كسري
بزوسا المزدقية فقتلهم من مملكته
وعمد الي ماكان من اموالهم مما اغتصبوه
فرده الي اصحابه ومالم يكن له وارث
جعل ذلك المال عنده لاستصلاح
ما فسد وعمارة ماخرب ونظر الي من غلب علي
داره وضيعته فردها عليه ومن كان تغلب علي
امراة كرها انتزعها منه واخذ لها من المهر ضعف
من مهرها الا ان يكون اكفا بها فيزوجها منه
وان كان لها بعل اعطا بعلها مثلما كان
مهرها عند تزويجه اياها وياخذها بعلها ان
كانت له حاجة اليها وكان مما دعاه
الي ترك العقوبات لاهل الجرايم النظر في
ذلك

ipſum regnum ipſius, & prodierunt qui rebellionem concitarent. Cùm ergò videret quò perveniſſent res ſuæ, pœnitentiâ ob *Soachen* filiíque ipſius cædem ductus eſt. Dein mortuus eſt *Kobades*, cùm eſſet totum quo regnavit ſpatium, unà cum annis quibus regnum occupavit *Ramaſph*, annorum quadraginta trium. Succeſſit ipſi filius ipſius *Ceſra Kobadis* filius idem qui appellatus eſt etiam *Anuſherwan*; qui annos quadraginta ſeptem & ſex menſes regnavit; ídque anno Imperii *Iuſtiniani Romanorum* Imperatoris quarto. *Ceſra* autem *Mazdekianorum* principibus regno ſuo pulſis, opes quas vi eripuerant, accipiens dominis reddidit; & ſi cuipiam non ſupereſſet hæres [cui redderentur] eas apud ſe detinuit ad reparandum quod corruptum, & ædificandum quod dirutum fuerat. Et ſi cui vi ablata fuerat domus, vel ager, re perſpectâ ea ipſi reſtituit; ac ſi quis mulierem ſibi vi ceperat, eandem ipſi auferens dotem unà, duplo dote ipſius majorem, ſumſit, niſi cùm ei par eſſet, eámque ab ipſo in uxorem obtineret: quòd ſi ei maritus eſſet, marito dotis tantum, quantum, cúm eam primò duceret acceperat, dedit; eámque maritus, ſi eâ ipſi opus eſſet, ſibi habuit. Illud autem quod ipſum movit quo minùs ſupplicium iis qui nefaria commiſerant inferret, fuit, quòd populi

curam haberet, quem penitus perdere noluit. Iuſſit etiam numerari liberos patrumfamilias & nobilium qui, cùm periiſſent qui eorum curam gerere deberent, ad inopiam redacti ſunt, & in ipſorum orphanos qui ſupereſſent & viduas [inquiri,] ipſiſque quod ſufficeret ſuppeditari, nec non edoceri filios ipſorum artes quibus idonei eſſent, filias autem paribus ſuis è ditioribus nuptum dari. Iuſſit etiam inquiri in loca & prædia quorum Domini cùm tenuioris ſortis eſſent iis colendis non erant, ut effoſſis alveis & canalibus derivarentur ad ea fluvii, ipſorúmque Dominis ſuppeditari quod erogarent in agris ſerendis ac pecore curando, rationem etiam haberi vicorum qui deſolati fuerant; ac extrui arces undè metus eſſe poſſet. Tum Conſiliarios, Præfectos, & Iudices electos in provinciis collocavit. In medium etiam prolatis *Azdſhiri* libris qui ipſius inſtituta quæ obſervare ſolebat continerent, ad ea obſervanda homines adegit, ídque ſcripto provinciis ſignificavit. Deinde poſtquam novem annos regnâſſet, annóque Imperii *Iuſtiniani Romanorum* Imperatoris duodecimo, copias ſuas *Antiochiam* verſùs eduxit, ubi *Iuſtiniani* exercitum obvium habens, prælio cum ipſis decertavit, urbémque cepit: jubénſque depingi ſibi urbem ſecundùm menſuram ſuam ac domiciliorum numerum,

ذلك للعامة وكراهة استفهامهم وامر ان تحصا عيالات
اهل البيوتات والاشراف الذين هلك القايمون بهم
ودخلت بهم الحاجة وعلي من بقي من ايتامهم
وارامله فيقام بهم بما يكفيهم وتعلم اولادهم ما
يستحقون من الصناعات وينكح بناتهم الاكفا
من اهل الايسار وامر ان ينظر ماخرب من
المساكن والضياع بضعف اربابها حتي عجزوا عن
عمارتها ان تحفرلها السواقي والقني حتي
تجري اليها الانهار ويعان اصحابها علي
نفقتهم في البذور والقسام بالمواشي وتفقد القري
التي خربت وتبنا الحصون ماكان مخوفا منها
ثم اختار وزرا وعمالا وقضاة وثبتهم في الاعمال
واخرج كتب ازدشهر التي فيها سيرته
التي سار بها فجعل الناس علي تلك السيرة وكتب
بذلك الي الافاق ثم سار بجنوده الي انطاكية
بعد تسع سنين من ملكه فاثني عشر سنة من
ملك يوستينيانوس ملك الروم فاصاب في
انطاكية جنود ليوستينيانوس ملك الروم
فقاتلهم وفتح المدينة وامر فصورت له المدينة علي درعها
وعدة

وعدة منازلها في العلو والسفل وطرقها وجمع
ما فيها وبعث بالصورة الي خليفته بالمدايين وامره ان
يبني له مدينة علي صورتها وصفتها حتي لا يكون
بينها وبين انطاكية في منظر العين فرق فبنيت
المدينة وسماها الرومية ونقل اليها اهل انطاكية
حتي يسكنوها فلما صاروا اليها ودخلوا من باب
المدينة ومضوا كل واحد منهم الي بيت شبه منازلهم
كانهم انما خرجوا من انطاكية وعادوا اليها وفي
احد وثلثين سنة من ملك يوستينيانوس ملك الروم
صير بلاجيوس بطريركا علي رومية اقام اربع سنين
ومات وفي تمهة وثلاثين سنة من ملكه صير
يوحنا بطريركا علي رومية اقام اثني عشر هنة ومات
وفي ثلاثين سنة من ملكه صير انسطاش الكبير
بطريركا علي انطاكية اقام ست سنين وادعوا عليه
اهل انطاكية انه زنا فهرب منهم واخذ ثيابه التي
كان يقدس فيها ودفنها وصار الي بيت المقدس
متنكرا وصار في كنيسة القيامة قدر لفظ يقدر القناديل
فاقام اربعة وعشرين سنة قدر لفظ يخدم

كنيسة

rum, tam ſuperiùs quàm inferiùs, ipſiúſque vias ac omnia quæ in ipſa eſſent, figuram iſtam ad Deputatum ſuum in *AlMadayen* mittens, juſſit eum urbem ſibi ad eam prorſus formam & rationem condere, adeo ut nulla omnino inter eam & *Antiochiam* diſcrepantia eſſet quæ oculo percipi poſſet: qualis ubi extructa eſſet ipſam *Romiam* appellavit, eóque *Antiochiæ* incolas tranſtulit, ad eam incolendam. Qui ubi ad ipſam pervenientes urbis portam ingreſſi eſſent, abierunt ſingulæ familiæ in ædes ſuis ſimiles, ac ſi *Antiochiâ* egreſſi in eandem reverſi eſſent. Porrò anno Imperii *Iuſtiniani Romanorum* Imperatoris triceſimo primo conſtitutus eſt *Pelagius* Patriarcha *Romanus*, qui cùm quatuor annos ſediſſet mortuus eſt. Anno Imperii ejuſdem triceſimo quinto conſtitutus eſt *Iohannes* Patriarcha *Romanus*, duodecim annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno Imperii ipſius triceſimo conſtitutus eſt *Anaſtaſius* magnus Patriarcha *Antiochenus*, qui cùm ſex annos ſediſſet ab *Antiochenis* ſtupri accuſatus eſt: Fugâ ergò ſe ab illis ſurripiens veſtes quibus ſacra peragere ſolitus fuerat, ſepelivit, ac diſſimulato habitu *Hieroſolyma* profectus eſt; ubi in templo Reſurrectionis Candelapta factus, lucernas accendit; eóque munere viginti quatuor annis functus eſt, Eccleſiæ iſti

in

inſerviens, lucernas in ipſa accendendo, nemine interim ipſum Patriarchatu functum eſſe dignoſcente: in locum autem ipſius ſubſtitutus eſt *Gregorius* Patriarcha *Antiochenus*, qui viginti quatuor annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno autem Imperii *Iuſtiniani* viceſimo nono conſtitutus eſt *Macarius* ſecundus Patriarcha *Hieroſolymitanus*, qui quatuor annos ſedit dein mortuus eſt. Anno Imperii ejuſdem triceſimo tertio conſtitutus eſt ibidem Patriarcha *Iohannes*, qui decem annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno verò Imperii ſui viceſimo octavo certior factus *Eutychium* Patriarcham *Conſtantinopolitanum* veritati contradicere ac *Iacobitam* factum eſſe, ipſum in exilium eiecit, cūjus in locum ſuffectus eſt ibi *Iohannes* ut Patriarchatûs *Conſtantinopolitani* munere fungeretur, qui ſeptem annos ſedit dein mortuus eſt. Tum *Eutychius* Patriarcha relegatus Imperatorem aggreſſus eſt ope Conſiliariorum & Ducum, qui ipſum rogârunt ut eum Cathedræ reſtitueret, ſiquidem falſum fuiſſe quod de eo dictum fuerat. Cathedræ ergò ab Imperatore reſtitutus eſt; quam cùm quadriennio occupaverat mortuus eſt. Anno ejuſdem triceſimo nono, conſtitutus eſt *Iohannes* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*: annos tredecim ſedit, dein mortuus eſt. Obiit autem *Apolinarius*

Patriarcha

كنيسة القيامة ويقد القناديل ولم يدري به
احد انه كان بطرك وصير بدله غريغوريوس بطريركا
علي انطاكية اقام اربعة وعشرين سنة ومات وفي
تسعة وعشرين سنة من ملك يوستينيانوس صير
مقاري الثاني بطريركا علي بيت المقدس اقام اربع
سنين ومات وفي ثلثة وثلثين سنة من ملكه
صير يوحنا بطريركا علي بيت المقدس اقام عشرة
سنين ومات وفي ثمانية وعشرين سنة من ملكه
بلغه ان اوتيشيوس بطريرك القسطنطينية
قد خالف الحق وصار يعقوبيا فنفاه وصير بدله تنخس
بطريركا علي القسطنطينية اقام سبع سنين ومات
ثم ان اوتيشيوس بطريرك القسطنطينية
المنفي تحيل علي الملك بوزراه وقواده وادهم
هالوه ان يرده الي الكرسي وان الذي
قبل عنه زور فرده الملك الي الكرسي اقام
اربع سنين ومات وفي تسعة وثلاثين سنة من
ملكه صير يوحنا بطريركا علي القسطنطينية اقام
ثلاثة عشر سنة ومات فاما ابوليناريوس

بطريرك الاسكندرية اقام بطريرك تسعة عشر سنة ومات
وفي ثلثة عشر سنة من رياسته كان المجمع الخامس
وصير بعده يوحنا بطريركا علي الاسكندرية وكان مناديا
اقام ثلثة سنين ومات وفي سبعة وثلثين سنة من ملك
يوستنيانوس صير بطرس بطرك علي الاسكندرية وكان
يعقوبيا اقام سنتين ومات وكان يوستنيانوس الملك
حسن الاماذة محبا للخير مبغضا لمقالة اليعقوبية ومتعصبا
لمقالة الملكية ومات يوستنيانوس الملك وله في الملك
تسعة وثلاثون سنة وملك بعده يوستينوس الحدث علي
الروم ثلثة عشر سنة وذلك في سبعة وثلثين سنة من ملك
كسري ابن قباد ملك الفرس وكان يوستينس الحدث
ايضا حسن الاماذة كثير الخير مبغض لمقالة اليعقوبية
والنسطورية ومحب لمقالة الملكية وفي اول سنة من ملكه
صير اثاناسيوس بطريركا علي الاسكندرية وكان مناديا
اقام خمس سنين ومات وفي ستة سنين من ملكه صير
يوحنا القايم بالحق بطريركا علي الاسكندرية اقام احد
عشر سنة ومات وفي ثمان سنين من ملكه صير بنيامين قطس
بطريركا علي رومية اقام اربع سنين ومات وفي اثني
عشر سنة من ملكه صير بلاجيوس بطريركا علي رومية
اقام

Patriarcha *Alexandrinus* cùm novemdecim annos munere illo functus fuerat, cujus præfecturæ anno decimotertio celebratum est Concilium quintum. Cui in Patriarchatu *Alexandrino* successit *Iohannes*, qui *Manichæus* fuit, annósque tres sedit dein mortuus est. Anno Imperii ejusdem, *Iustiniani* tricesimo septimo constitutus est *Petrus* Patriarcha ibidē, qui *Iacobita* fuit. Annos duos sedit, dein obiit. Fuit autē *Iustinianus* Imperator fide Orthodoxus, boni amans, *Iacobitarum* doctrinæ infestus, sententiæ *Melchitarum* propugnator. Mortuus est postquam Imperium annos triginta novem occupâsset. Post ipsum *Romanis* imperavit *Iustinus* Iunior annos tredecim, idque anno regni *Cesræ* fil. *Kobadis* Regis *Persarum* tricesimo septimo. Fuit etiam *Iustinus* Iunior fide Orthodoxus, bonitate insignis, animo in *Iacobitarum* & *Nestorianorum* doctrinam infenso, in *Melchitarum* verò propenso. Anno Imperii ipsius primo constitutus est *Athanasius* Patriarcha *Alexandrinus* qui *Manichæus* fuit; quinque annos sedit, dein mortuus est. Anno Imperii ejusdem sexto constitutus est ibidem Patriarcha *Iohannes*, Orthodoxus, qui undecim annos sedit, dein mortuus est. Anno ejusdem octavo factus est *Benedictus* Patriarcha *Romanus*, qui cùm quatuor annos sedisset, mortuus est. Anno ejusdem duodecimo factus est *Pelagius* Patriarcha *Romanus*, qui sex annos sedit, dein mortuus

tuus est. Porrò *Cesra* f. *Kobadis Persarum* Rex, qui *Anusherwan* appellatus est, copias suas versùs *Hiatelitas* duxit, vindictam de ipsis ob avum suum *Phiruzum* sumpturus. Iam verò antehac cum *Chakuno* affinitatem contraxerat. Scriptis ergò ad *Chakanum* literis eúmque adventûs sui certiorem faciens, rogavit ut *Hiatelitas* aggrederetur, antequam ipse eò perveniret. Ad ipsos igitur perveniens Regem ipsorum interfecit, traditâque *Anusherwano Belchâ* cum ea *Chorasani* parte quæ & in ipsa & ponè ipsam est: qui in *Phargana* castra ponens filiam *Chakani* Maximi in uxorem duxit. Cùm autem *Chorasano* reversus esset, accedens ad ipsum *Saif* filius *Dyyazar Hamyarita*, *Yamanensium* Princeps, auxilium ab ipso contra *Æthiopes* petiit; quorum cùm Ducem è suis quendam cum exercitu è *Dilamo* misisset, qui *Yamano* capto ibi substiterunt. Semper autem quocunque exercitus suos mitteret *Anusherwan* prosperitatem & victoriam consecutus est, adeo ut in optimum statum subditorum suorum res redigeret. Cúmque ad vitæ jam terminum perveniisset, rerũ curâ filio suo *Hormozo* legatâ, diem obiit. Fuit autem Regni *Anusherwani* spatium annorum quadraginta septem & sex mensiũ. Regnavit post ipsum filius ipsius *Hormoz* f. *Anusherwani*, annos undecim & sex menses; ídque anno Imperii *Iustini Romanorum* Imperatoris duodecimo.

Tum

اقام ستة سنين ومات واما كهري ابن قباد
ملك الفرس المسمي انوشروان فسار بجنوده نحو
الهياطلة يطلبهم بوتر فيروز جده وقد كان
صاهر خاقان قبل ذلك فكتب كهري ابن
قباد الي خاقان يعلمه بشخوصه وبسلة المسير
الي الهياطلة قبل وصوله اليهم فاتاهم قتل
ملكهم وهلك بلخ وما فيها وماوراها من ارض
خراسان لانوشروان وانزل جنوده بغرغانة
وتزوج بنت خاقان الاكبر فلما انصرف من
خراسان وقدم عليه سيف ابن ذيزن
الحميري راس اهل اليمن يستنصره علي الحبشة
فبعث معه بقايد من قواده في جند من الديلم
ففتحوا اليمن واقاموا هناك ولم يزل يفلح
انوشروان للنصر والظفر حيث ما وجه جنوده
حتي اصلح حال رعيته فلما حضرته الوفاة
عهد الي ابنه هرمز ومات وكان ملك انوشروان
سبعة واربعين سنة وستة اشهر
ثم ملك بعده ابنه هرمز ابن انشروان احد عشر
سنة ومات وذلك في اثني عشر سنة من ملك يوستينوس
ملك

ملك الروم ثم مات يهتينوس ملك الروم وملك بعده
ظيباريوس علي الروم اربع سنين وذلك في ثلثة سنين
من ملك هرمز ابن اذشروان ملك الفرس وفي اول سنة
من ملك طيباريوش ملك الروم صير كرياكوس
بطريركا علي القسطنطينية اقام ستة عشر سنة ومات
وفي سنتين من ملكه صيرادوس بطريركا علي بيت
المقدس اقام ثمان سنين ومات ومات طيباريوس ملك
الروم وملك بعده موريق علي الروم عشرين سنة
وذلك في سبع سنين من ملك هرمز ابن اذشروان
ملك الفرس وكان في عصر موريق ملك الروم راهب
يقال له مارون يقول ان سيدنا المسيح
طبيعتين ومشية واحدة وفعل واحد وقنوم واحد واقهد
مقالة الناس واكثر من تبعه علي مقالته تلاميذه
القايلين به اهل مدينة حماه وقنسرين والعواصم
وجماعة من اهل الروم فسموا التابعين له
والقايلين بمقالته المارونية مشتق من اسم
مارون فلما مات مارون بنوا اهل حماه دير بجماه
وسموه ديرمارون وذكر ابن بن مارون وفي السنة
الخامسة من ملك موريق كان رجفة عظيمة
شديدة

Tum mortuo *Iuſtino* Iuniore *Romanorum* Imperatore, poſt ipſum *Romanis* imperavit *Tiberius* annos quatuor, ídque anno regni *Hormozi* filii *Anuſherwani Perſarum* Regis tertio. Anno Imperii *Tiberii Romanorum* Imperatoris primo conſtitutus eſt *Cyriakus* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*, qui annos ſedecim ſedit dein mortuus eſt. Anno Imperii ejuſdem ſecundo factus eſt *Anus* Patriarcha *Hieroſolymitanus*; qui cùm octo annos ſediſſet, mortuus eſt. Porrò obiit *Tiberius Romanorum* Imperator, imperavítque poſt ipſum *Mauricius Romanis* annos viginti, ídq; anno Regni *Hormozi* f. *Anuſherwani* Regis *Perſarum* ſeptimo. Fuit tempore *Mauricii* Imperatoris *Romanorum* Monachus quidam nomine *Marun*, qui aſſeruit Domino noſtro *Chriſto* duas eſſe naturas & voluntatem unam, operationem & perſonam unam, fidémque hominum corrupit. Maxima autem eorum qui doctrinã ipſius amplexi, & ſe diſcipulos illi præbentes eandem profeſſi ſunt, pars erant incolæ urbis *Hamah* & *Kenneſrin* & *Awaſem*, cum *Romanorum* nonnullis; appellatíque ſunt ipſius aſſeclæ, qui idem cum ipſo aſſererent, *Maronitæ*, nomine ab ipſius nomine *Marone* deducto. Mortuóq; ipſo incolæ [urbis] *Hamah* monaſterium ibi extructum *Der Marvin* [Monaſterium *Maronis*] appellârunt, ejúſque fidem profeſſi ſunt. Anno Imperii *Mauricii* quinto, contigit *Antiochiæ* terræ

terræ motus ingens quo diruta eſt maxima urbis pars, pereuntibus incolis. Anno ejuſdem decimo nono fuit etiam terræmotus gravis in regione *Romanorum* & *Syria Damaſcena* circiter horam diei tertiam, quo corruerunt in *Syriæ* & *Romanorum* ditione urbes multæ, perierúntq; homines non pauci. Anno Imperii ejuſdem ſeptimo conſtitutus eſt *Iſaacus* Patriarcha *Hieroſolymitanus*, qui octo annos ſedit, dein mortuus eſt. Eodem anno mortuus eſt *Gregorius* Patriarcha *Antiochenus*. Profecti ergò *Antiocheni Hieroſolyma* virum petierunt quem ſibi Patriarcham præficerent. Dixit igitur ipſis *Iſaacus* Patriarcha *Hieroſolymitanus*, Commendo vobis *Senem* iſtum Candelapten qui *Eccleſiæ Reſurrectionis* inſervit. Quem ergò probantes cùm accepiſſent, ut ipſum *Antiochiam* deducerent, dixit ipſe illis, Méne cognoſcitis? Reſpondentibus illis, Non: Dixit, Sum ego *Anaſtaſius* qui Patriarcha veſter fui, at cùm me ſtupri accuſaretis à vobis fugâ me ſubtrahens ex eo tempore *Eccleſiæ Reſurrectionis* ſervus fui: Veſtes autem meas loco tali in *Antiochia* ſepelivi. *Antiochiam* ergò ab ipſis deductus, duxit ipſos ad locum in quo veſtes ſuas ſepelierat, quibus extractis ipſum cathedræ reſtituerunt, cúmque novem annos ipſis præfuiſſet, diem obiit Anno autem Imperii *Mauricij* decimo ſeptimo conſtitutus eſt *Anaſtaſius* alter Patriarcha *Antiochenus* qui ſex annos

شديدة باطاكية فاهدم اكثر اطاكية وهلك
هكذا وفي تسعة عشر سنة من ملكه كانت ايضا رجفة
شديدة بارض الروم والشام علي ثلث ساعات من النهار
واهدمت مدن كثيرة بارض الشام والروم ومات خلق
كثير من الرجفة وفي سبع سنين من ملك موريق ملك
الروم صير ايهاكس بطريركا علي بيت المقدس اقام ثمان
سنين ومات وفي تلك السنة مات غريغوريوس بطريرك
اطاكية فخرج اهل اطاكية الي بيت المقدس يطلبون
رجلا يهدونه عليهم بطرك فقال لهم ايهاكس بطريرك
بيت المقدس قد رضيت لكم بهذا الشيخ القندلفط الذي
يخدم كنيسة القيامة فرضوا به واخذوه ليمضوا به الي
اطاكية فقال لهم تعرفوني فقالوا له لا فقال لهم انا
اندسطاس الذي كنت علمكم بطريرك فلما رميتموني
بالزنا هربت منكم وانا منذ ذلك الوقت اخدم كنيسة
القيامة وكنت دفنت ثيابي في موضع كذا وكذا من
اطاكية فاخذوه معهم الي اطاكية وجاءهم الي الموضع
الذي دفن فيه ثيابه فاخرجها وردوه الي الكرسي فاقام
عليهم بطرك تسع سنين ومات وفي سبعة عشر سنة من
ملك موريق صير اندسطاس اخر علي اطاكية بطركا اقام

سنة هنين ومات فاقام كرهي انطاكية بعد موت اذهطاس
اثنين وعشرين سنة بلا بطرك وفي خمسة عشر سنة من
ملك موريق صير زاخاريا بطريركا علي بيت المقدس
اقام سبع سنين الي ان سبي وفي خمس سنين من ملك
موريق صير غريغوريوس بطريركا علي رومية اقام ثلثة
عشر سنة ومات وفي ثمانية عشر سنة من ملكه صير
صابيناذوس بطريركا علي رومية اقام سنة ومات وفي
تسعة عشر سنة من ملك موريق صير فوتيفايتوس
بطريركا علي رومية اقام ست سنين ومات وفي اربعة
عشر سنة من ملكه صير توما بطريركا علي القسطنطينية
اقام اربعة عشر سنة ومات وفي السنة الثانية من ملكه
صير اولوجيوس بطريركا علي الاسكندرية اقام
عشرين سنة ومات وفي نسخة اخري يقول
سنين وكان في عصر موريق الملك رجل لص من
مدينة افريقية وكان رييسا علي اللصوص وكان
لا يلقا احدا الا قتله واخذ سلبه فاقطعت الطريق ولم
يكن يتهيا لاحد من الناس يجوز بطريق مدينة افريقية
فرما من ذلك اللص فطلب واجتهد بطريق افريقية بكل
حيلة وكل تمكر علي انه ياخذ ذلك الص فلم يقدر عليه
فبلغ

annos ſedit, dein mortuus eſt. Poſt ejus mortem abſque Patriarcha manſit Cathedra *Antiochena* annos viginti duos. Anno Imperii ejuſdem *Mauricii* decimoquinto conſtitutus eſt *Zacharia* Patriarcha *Hieroſolymitanus*; qui ſeptem annos ſedit, donec captivus factus eſt. Anno Imperii ejuſdem quinto conſtitutus eſt *Gregorius* Patriarcha *Romanus* qui tredecim annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno ejuſdem decimo octavo factus eſt *Sabinianus* Patriarcha *Romanus*, qui cùm annum unum ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem decimonono conſtitutus eſt *Bonifacius* Patriarcha *Romanus*, qui ſex annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno Imperii ejuſdem decimo quarto conſtitutus eſt *Thomas* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*; qui quatuordecim annos ſedit, dein mortuus eſt. Anno ejuſdē ſecundo conſtitutus eſt *Eulogius* Patriarcha *Alexandrinus*; qui annos viginti ſedit, dein mortuus eſt: (ſecundùm aliud exemplar, annos duos.) Porrò tempore *Mauricii* Imperatoris Latro quidam fuit in urbe (quâdam) *Africæ*, princeps latronum, qui nemini occurrit quem non & vitâ & bonis ſpoliaret; adeo ut deſerta fuerit via, nemine per eam iter faciente, aut tranſiente, quâ in *Africam* duceret, metu latronis iſtius. Quem licèt omni diligentiâ omníque arte ac cōmento ureretur *Africæ Patricius* quo ipſū prehenderet, capere tamen non potuit. Hoc cùm

ad *Mauricii* Imperatoris notitiam perveniſſet, ipſe miſſo è famulis ſuis quodam ſecuritatem latroni iſti obtulit; quam cùm ille acceptâſſet, ad Imperatorem profectus benignè atque honorificè ab ipſo tractatus eſt, & ad dignitatem evectus. Morbo autem, aliquanto pòſt tempore, correptus in Noſocomium quod in urbe *Conſtantinopolitana* fuit, delatus eſt. Cúmque nocte quadam [in lectum] projectus opprimi ſe dolore, quem patiebatur, videret, adeo ut certus eſſet moriendi, ad Dominum ſuum clementem, & erga ſervos ſuos miſericordem, recepit, lachrymis & ſupplicationibus effuſis dicens, Rogo te, Domine, ſicut *Petri* lachrymis acceptis ipſi propitius fuiſti, utque *Hezekiæ* lachrymas acceptas habuiſti, nec non latronis qui tecum unà crucifixus eſt lachrymas, ita & lachrymas meas reſpicere velis, iiſque peccata mea abſtergere, & pro multitudine miſericordiæ tuæ preces meas acceptas habere; oculos interim ſuos ſudario quod ſuper facie ipſius fuerat detergens. Cúmq; hoc modo multis horis perſtitiſſet Dominum precibus inclamando & peccata ſua confitendo, dein ſpiritum ſuum emiſit. Fuit autem *Conſtantinopoli* vir quidam è principibus Medicorum, eximius atque egregius, qui quotidiè ægrotos qui in Noſocomio fuerunt, viſitare ſolebat: Hic inter dormiendum domi ſuæ in inſomnio eâdem horâ quâ mortuus eſt

فبلغ ذلك موريق الملك فوجه بغلام من بعض غلمانه
فاعطا ذلك اللص الامان فقبل الامان وصار الي
موريق الملك فبره واكرمه وقدمه وبعد ايام مرض
ذلك اللص فصيروه في البيمارستان الذي
بمدينة القسطنطينية فبينما هو مطروح ذات ليلة من
الليالي وقد را دفعة مثقلا لما به من الوجع وايقن
بالموت واقبل الي ربه الرحيم الروف بعباده يبكي
ويتضرع ويقول اسالك يا رب كما قبلت
بكا بطرس وغفرت له وكما قبلت بكا
حزقيا وكما قبلت اللص الذي صلب معك
فكذلك اقبل دموعي واصح بها خطاياي
وبكثرة رحمتك اقبل تضرعي وكان يهمج عليه
بعمامة كانت علي وجهه فمكث اللص ساعات
كثيرة يدعوا الي ربه ويقر بخطاياه ثم اسلم
روحه وكان بالقسطنطينية رجل من روسا
الاطبا خير فاضل وكان يتعاهد المرضا
الذين في البيمارستان في كل يوم فبينما
ذلك الطبيب نايم في منزله اذ راي في
مايري النايم في الساعة التي مات فيها
اللص

اللص جماعة سودان قوددوا من سريره ذلك اللص ومعهم
قراطيس كثيرة فيها خطايا ذلك اللص مثبتة ثم انه
راي رجلين وجوههما تضي مثل الثلج بياضا ومثل
الشمس حسنا ومعهما ميزان فاقبلوا السودان فوضعوا
جميع لقراطيس في الميزان فارتفعت كفة وثقلت
الاخري فقال احد الرجلين المضيين لصاحبه
لعل ما لنا هاهنا شي فقال الاخراي شي يكون
لنا وليس له عشرة ايام منذ انصرف من اللصوصية
وجعلا يطلبا في سريره فوجدا العمامة التي كان
يمسح بها عينيه فالقوها في الكفة فمالت الكفة
الناقصة وارتفعت الاخري التي كان فيها
القراطيس وتبددت كلها فصاحوا وقالوا قد غلبت
رحمة الله واخذا النفس وذهبا بها وهرب السودان
خازيين محزونين فاستيقظ الطبيب وذهب من
ساعته الي اللص فوجده ميتا والعمامة ملقاة علي
عينيه فاخبروه الذين كادوا تهاما الي جانب اللص
باسمعوا من بكايه ودعايه فاخذ الطبيب العمامة
واخبره ودخل علي سريره الملك فاراد اياها
باراي في منامه وباسمع من الذين كادوا
تهاما

est latro vidit Nigritarum turbam, qui ad latronis lectum accedentes chartas secum haberent quibus inscripta erant ejus peccata; deinde & viros duos quorum vultus splendescebant, candore nivi, pulchritudine soli similes, libram tenentes: accedentésque Nigritas chartas istas omnes in libram conjicere adeo ut lanciū altera, alterâ depressâ, ascenderet; dixisse ergò alterum virorum candidorum socio suo, Non est nobis hîc aliquid? Respondente autem altero; Quid nobis hîc esset, cùm nondum decem dies sint ex quo à latrocinio exercendo conversus sit? cùm lectum perscrutari aggressi essent, ibi sudarium quo oculos suos absterserat invenisse, quod cùm in lancium alteram misissent, descendisse illam quæ priùs minus habuerat, sublatâ alterâ in qua fuerant chartæ, illáque omnes dispersas fuisse. Exclamantes ergò dixisse, Vicit Dei misericordia; acceptâque animâ secum ipsam abstulisse, fugientibus Nigritis pudore & tristitiâ affectis. Experrectus ergò Medicus statim ad latronem tendens, ipsum mortuum invenit, sudario oculis impositō; narrârúntque illi qui juxta latronem dormirent quos ipsius fletus & supplicationes audierant. Medicus ergò accepto sudario ad *Mauricium* Imperatorem ingressus illud ipsi ostendit, & tum quid in somnio suo viderat, tum quid ab illis qui juxta latronem dormirent

dormirent audiverat, narravit; dixítque Imperatori, Deo laus qui ope tuâ latronem recepit, ipſíq; condonavit, ut & latronem priorem in cruce admiſit: fuit ille primus, hic ſecundus. Porrò *Hormoz* f. *Anuſherwani*, *Perſarum* Rex ób ferociam duritiem & tyrannidem infamis fuit, malè homines tractans, eóſque in anguſtias redigens; multis ſubditorum ſuorum in carcerem conjectis & de gradu deturbatis. Hoc autem modo dum ſe gereret, ecce contra eum profectus eſt *Chakan* cum exercitibus numeroſis; quibus obviam miſit *Hormoz* virum quendam nomine *Bahramum*, *Bahrami* filium, (qui etiam *Sunir* dictus;) cum duodecim militum millibus. Interfecit ergò *Bahram Sunir Chakanum*, copiáſque ipſius ſpoliandas dedit. At cùm negotium hoc cum *Chakano* expediviſſet, in mentem revocans *Hormozi* ferociam & tyrannidem, quáſque de Ducibus & exercitibus ſuis ſuſpiciones malas foveret, timuit ad ipſum redire, ideóque dum adhuc in *Choraſano* eſſet in ipſum rebellavit, manúmque ab obſequio ipſi præſtando ſubtraxit. Irruentes etiam quæ in *Eraco* erant copiæ in *Hormozum*, ob malum quod viderunt ipſius regimen, ipſum regno abdicârunt; interimere tamen ipſum timentes. Fuit autem *Hormozo* filius cui nomen *Ceſra*, qui ab ipſo in *Aderbijano* abfuit. Hic audito quid *Patri* ſuo accidiſſet unà cum comitibus ſuis o-

pem

فياما الي جانب اللص وقال الطبيب للملك الحمدلله
الذي قبل اللص علي يديك وغفر له كما قبل اللص
الاول علي الصليب فذاك الاول وهذا الثاني فاما هرمز
ابن انشروان ملك الفرس فكان معروفا بالغضاضة
والغلاظة والعنف فسات سيرته في الناس وضيق عليهم
في المعاش وحبس كثيرا من مملكته وحط درجاتهم
فبينما هو كذلك ان خرج عليه خاقان في
جنود كثيرة فبعث اليهم هرمز رجلا يقال له
بهرام ابن بهرام وهو الذي يقال له شوبين
في اثني عشر الف من المقاتلة فقتل بهرام شوبين
لخاقان واستباح عساكره فلما فرغ بهرام من
امر خاقان ذكر ما عليه هرمز من الغلاظة وعنف
السيرة وهو رايه في قواده وجنوده وخاف ان يرجع
اليه فخالف عليه شوبين وهو بخراسان وخلع
يده من طاعته فوثب من كان بالعراق من
الجنود بهرمز لما راوا سو تدبيره فعزلوه عن ملكه
غير انهم كانوا يتخوفون قتله وكان
لهرمز ابن يقال له كسري غايبا عنه بادربيجان
فلما بلغه خبر ابيه توجه مقبلا مع اصحابه
لنصرته

لنصرته فلما لم يقوا علي ذلك توجه هاربا نحو الروم
مستغيثا بموريق الملك ويسهله ان يبعث معه
عسكرا لنصرته وكان معه ثمانية من اصحابه
وبندي ونسطام خاله فلما ساروا تواموروا بينهم في
امرهم فعلم كهري فقال لهم اعلموني ما قد عزمتم
عليه فقالوا له ليس الراي ان تبرح من هذه
البلاد حتي تقتل هرمز لاننا نكره ان نصير الي
موريق ملك الروم فينطلق هرمز يكتب الي موريق
الملك انا هربنا منه فينالنا منه ما نكره وانصرفوا الي
هرمز فقتلوه ثم رجعوا الي كهري فمضوا معه
حتي نزلوا في دير في الطريق فنزلوا فيه وباتوا به
فلما اصبحوا دهمتهم خيل كان بهرام سوخرا
قد وجهها اليهم في طلبهم فلما نظروا الي
الخيل ايقنوا بالموت فقال بندي امضوا قبالتكم
وخلفوني فانا اكفيكم المؤونة وركبوا هم
دوابهم واخذوا في المعبر وامر بندي
بواب الدير غلق الباب فقدمت الخيل حتي احاطت
بالدير فصعد اليهم بندي وقال
لهم ان كهري يقول لكم قد صرنا في ايديكم
فان

pem ipsi latum accessit: at cùm illi præstando non esset, fugiens *Romanos* versùs perrexit, auxilium à *Mauricio* Imperatore imploratum, ipsúmque ut eum in finem exercitum secum mitteret rogatum, octo secum suorum habens, unáque avunculos suos *Nabdam* & *Nustamum*; qui dum inter eundum inter se consilium caperent de negotio suo, ídque perciperet *Cesra*; Dicite mihi (inquit,) quid est quod statuitis? Responderunt, Non est sententia nostra ut ex hac regione discedas antequam *Hormozum* interfecerimus. Nolumus enim [aliàs] *Mauricium Roman*: Imperatorem adire, ne si profectus *Hormoz*, ad ipsum scribat nos à se fugisse, nobis quod minimè vellemus accidat. Reversi ergò ad *Hormozum* ipsum interfecerunt, dein ad *Cesram* redeuntes unà cum ipso profecti sunt donec ad Monasteriũ quoddam in viâ pervenientes, ibi diverterent. Mane autem facto supervenerunt ipsis equites quos ad ipsos quærendos miserat *Bahram Sunir*, quibus conspectis moriendum sibi minimè dubitârunt. Dixit igitur illis *Nabda*, Proficiscimini vos, me ponè relicto; Ego vos indemnes præstabo. Conscensis ergò equis illi in itinere perrexerunt, jussítque *Nabda* janitorem Monasterii portam claudere. Accedentes autem equites Monasterium circumdederunt, ad quos ascendens *Nabda*, Dicit vobis (inquit) *Cesra*, Sumus nos in manibus vestris,

quòd ſi placeat vobis nobis permittere ut reliquam hujus diei partem hîc tranſigamus, facite: illis hoc concedentibus, adveniente nocte rurſum aſcendens atque ipſis appropinquans, Dicit (inquit) vobis *Ceſra*, Magnas vobis gratias ago, quòd ſi viſum vobis fuerit & tenebrarum nocturnarum moram nobis concedere uſque ad auroram, tum egreſſi ad vos unà profecturi ſumus: quod etiam concedentibus ipſis, non deſtitit *Nabda* eodem modo cum illis agere donec ſciret *Ceſram* ipſiúſq; comites multum in itinere promoviſſe, & ad terrâ aliquam longinquam pertigiſſe. Tum verò *Bahrami* militibus quomodo cum ipſis res haberet certiores fecit. Qui ergò ipſum vinctum ad *Bahramum* deferentes, quid ipſis contigiſſet narrârunt. Ipſe verò valdè illum miratus in carcere detineri juſſit apud generum quendam ſuum nomine *Bahram Ebn Siachus*; quem pertrahere cœpit *Bahramus* prædictus ad obſequium *Ceſræ*, ab amicitiâ verò *Suniri* abſtrahere, dicens ipſi, Suaſerim ego tibi ut per inſidias *Sunirum* è medio tollas, quo pacto magnam apud *Ceſram* gratiam initurus es: nec deſtitit hac de re nuntium poſt nuntium mittere donec cor ipſius flexiſſet, adeo ut *Sunirum* interficere conaretur, quod cum percepiſſet *Sunirus* occidi ipſum juſſit. Fugit autem *Nabda* adeo ut ipſum aſſequi non poſſet. Cùm verò acceſſiſſet

Ceſra

فان رايتم ان تقرروا في مكانكم بقية يومنا هذا
فافعلوا فاجابوه الي ذلك فلما كان الليل صعد
بندي واشرف عليهم وقال لهم ان كسري
يقول لكم قد احتملت الشكر لكم فان
رايتم ان تمهلوا سواد ليلتنا هذه الي الصبح وتخرج
اليكم وتستقبل المسير فاجابوه الي ذلك
فلم يزل بندي يفعل بهم مثل ذلك حتي
علم ان كسري ومن معه قد امعنوا وبلغوا
ارضا بعيدة عند ذلك اعلم جند بهرام امرهم
وبيتة لهم فاسروا بندي وساروا به
الي بهرام فاقصوا عليه قصتهم فاشتد عجبه منه وامر
بحبسه عند صهر له يقال له بهرام
ابن سياوخش فاقبل علي بهرام المذكور
يرغبه في طاعة كسري ويزهده في صحبة شوذير
ويقول له اني اري لك ان تحتال في قتل
شوذير فتستحق بذلك منزلة عظيمة عند كسري
فلم يزل يصرف اليه رسولا بعد رسول
حتي استمال قلبه وتحيل لقتل شوذير فاحس
شوذير به فامر بقتله فهرب بندي ولم يقدر عليه فلما قدم
كسري

كسري علي موريق ملك الروم قبله احسن قبول
وبعث معه بعسكر عظيم لينصروه فاقبل كسري
والذي وجه معه موريق من الجند علي طريق ارمنية
حتي نزل باذربيجان فسار اليه بهرام هوذير حتي
لقيه باذربيجان فاقتتلا قتالا شديدا وانهزم بهرام
هوذير حتي لحق بالترك فلم يزل كسري
يحتال في امره حتي قتله هناك وملك كسري
بن هرمز ويقال له ابرويز تسعة وثلثين سنة
وذلك في سبع سنين من ملك موريق ملك
الروم فلما استقام لكسري الملك رد الي موريق
الملك جنده وامر لهم بجوايز وصلات من افضل
مايامر به مثله لمثلهم فكتب الي موريق الملك
يخطب منه ابنته وكان اسمها مريم
فكتب اليه موريق الملك انه ما يجوز لي ان
ازوجك ابنتي الا ان تتنصر فاجاب كسري
الي ذلك وتنصر كسري فلامه اصحابه
ووزراه وقواده وقالوا له هذا عار علينا وعليك
معنا ولم يفعل هذا احد قبلك من ملوك
فارس من ازدشير الي هذا الوقت
فلا

Ceſra ad *Mauricium* Imperatorem, ille optimè ipſum excepit, miſitque cum ipſo exercitum ingentem qui auxilium ipſi ferret. Profectus eſt ergò *Ceſra* unà cum copiis quas cum ipſo miſerat *Mauricius* per viam *Armeniæ* uſque dum in *Aderbijan* caſtra ponerent, obviam etiam veniente ipſi *Bahramo Sunir* donec ipſi eo in loco occurreret. Vbi prælio inter ipſos gravi commiſſo, in fugam converſus *Sunir* uſque ad *Turcas* perrexit. Non deſtitit autem *Ceſra* per inſidias agere donec ibi interficiendum curâſſet. Regnum ergò occupavit *Ceſra* filius *Hormozi*, qui *Aperwiz* cognominatus eſt, annos triginta novem; ídque anno Imperii *Mauricii*, *Romanorum* Imperatoris, ſeptimo. Stabilito autem jam penès *Ceſram* regno, remiſit ille *Mauricio* Imperatori copias ſuas, eas donis & muneribus, è præſtantiſſimis eorum quæ à tali in tales conferri ſolent, inſtructas dimitti jubens. Scripſit inſuper ad *Mauricium* Imperatorem filiam ipſius, nomine *Mariam*, ab ipſo in uxorem petens: cui reſcripſit *Mauricius*, Non licet mihi filiam meam tibi in uxorem dare, niſi Religionem *Chriſtianam* amplectaris: cui annuens *Ceſra Chriſtianiſmum* amplexus eſt, culpantibus ipſum Comitibus, Conſiliariis, ac Ducibus ſuis, & dicentibus, Hoc & nobis tibíque unà in opprobrium cedet; nec ita fecit ante te quiſpiam è *Perſarum* Regibus ab *Azdaſhiro* hoc uſque tempus

pus: ne autem te ad hæc impellat hujus mulieris ducendæ amor, ut deseras illud quod professi sunt patres tui, cùm præterea nec sit Religio *Christiana* ea quam ut amplectaris probare possumus: cùm *Christiani* fœdifragi sint, nec verbo ipsorum fides adhiberi possit. Ille verò ubi *Christianus* factus est, scriptis literis ad *Mauricium* ipsum ejus rei certiorem fecit, qui ergò filiam suam ad ipsum misit cum auri & argenti copia quæ dici non potest; unáque cum supellectilis & famulorum ac ancillarum comitatu qualem à tali ad talem mitti deceret. *Aperwiz Cesra* autem illos qui patrem suum interfecerant prehendens, ipsos è medio sustulit. Interefecit etiam *Nabdam* & *Nustamum* avunculos suos, tum & subditos suos tyrannicè regere maléque tractare incepit; congessítq; opum plus quàm patrum ipsius quispiam congesserat, sumptibúsque pepercit, depositis nobilibus, ac principibus ad ignominiam redactis. Porrò quod ad *Mauricium Romanorum* Imperatorem, fuit ipsi famulus, quem amavit & ad dignitatem erexit, nomine *Theodorus*, aliquando tamen ipsi iratus graviter percussit, unde in illum iram animo concepit. Fuit eidem [Imperatori] inter Duces ipsius quidam nomine *Phocas*, cui iratus fuit. Dixit ergò *Phocas* puero *Theodoro*, postquã magnam ipsi pecuniæ summam dedisset, Arte aliquâ utaris quâ *Mauricium* interficere possis.

Puer

فلا يحملك حب الترويج لهذه الامراة وتترك ماكان
عليه اباوك مع انه ليس دين النصرانية دين
ترضاه لك وان النصاري لا عهد لهم فلم
يقبل قولهم فلما تنصر كتب الي موريق
يخبره قبعث اليه موريق ابنته وحمل معها من
الذهب والفضة ما يعجز عنه ان
يوصف ومن الجهاز والغلمان والجواري
ما يشبه ان تحمل مثلها الي مثله
وعمد ابرويز كسري الي من قتل اباه فقتلهم
وقتل بندي وبسطام خاله ثم اقبل علي رعيته
بالعنف وسو السيرة فجمع من الاموال ما لم
يجمع احد من ابائه وامسك عن الانفاق
ووضع الوجوه وذل الروس فاما موريق ملك
الروم فكان له غلام يحبه ويقدمه يقال
له ثاوذورس فوجد عليه فضربه ضربا مولما
وكان موغر الصدر عليه وكان قايد من
قواده يقال له فوكا كان موريق الملك
قد غضب عليه فقال فوكا للغلام ثاوذورس
بعد ان اعطاه مالا احتال ان تقتل موريق

لما كان في قلب الغلام من الغيظ عليه دخل
اليه في الليل فقتله وغلب فوقا علي الملك فملك
فوكا علي الروم ثمان سنين وذلك في خمسة
عشر سنة من ملك كسري ملك الفرس فشد
فوكا الملك علي اولاد موريق فقتلهم واخذت
حاضنتهم واحدا من اولاد موريق فخبته واهلت
ابنها بدله فقتل فلما شب الغلام ترهب بطور سينا
ومات فلما سمع كهري ابن هرمز ان موريق
الملك قد قتل وجميع اولاده جمع هو اصحابه وقال
لهم لا بد لي من ان اطلب دم خوي
واخذ بثاره وجملة زوجته مريم ابنة
موريق علي ذلك فقالوا له وزراه قد كنا
قلنا لك ان ليس للنصاري عهد ولا دين
ولا ذمة فلم تقبل منا ولو كان لهم عهد ودين
لم يقتلوا ملكهم ولكن دل الملك علي فعل
يفعله بهم فملوي به قلوبهم وبهد ركنهم ويبطل
عليهم دينهم وذلك ان لهم بيت يعظمونه في بيت
المقدس فتوجه فتخربه فمتي ما
اخربت ذلك ضعفت شوكتهم وذل ملكهم
فوجه

Puer ergò, præ ira quam in ipſum corde retinuerat, noctu ingreſſus ipſum interfecit. Imperium autem occupavit *Phocas*. Imperavit ergò *Phocas Romanis* octo annos; ídque anno Regni *Ceſræ Perſarum* Regis decimoquinto. In *Mauritii* etiam liberos cùm manus injiciens *Phocas* eos trucidaret, nutrix ipſorum unum eorum prehenſum abſcondens, filium ejus vice occidendum tradidit. Puer iſte cùm adoleviſſet, Monachus factus in monte *Sina*, mortuus eſt. At *Coſra*, *Hormozi* filius, audito *Mauritium* cum omnibus ipſius filiis interfectum eſſe, convocatis comitibus ſuis dixit ipſis, Neceſſe mihi eſt ut ſanguinem ſoceri mei requiram, ipſúmque ulciſcar, (inſtigante ad hoc ipſum conjuge ipſius *Mariâ*, *Mauricii* filiâ;) Cui reſponderunt Conſiliarii ipſius, Nos certè tibi diximus *Chriſtianis* nec pactum eſſe, nec fidem, nec fœdus; tu verò nobis aurem præbere noluiſti: Quòd ſi ulla ipſis fœderis cura vel fides fuiſſet, Regem ſuum non occidiſſent. Iam verò Regi illud indicabimus, quod ſi fecerit corda ipſis inflectet, fundamentum concutiat, & religionem ipſorum ad nihilum rediget; quod hoc eſt, ut cùm ſit ipſis domus *Hieroſolymis* quam magni faciunt, mittens ipſam diruas, utpote quâ dirutâ infirmabuntur ipſorum vires, & in contemptum redigetur Im-

perium. Misit ergò è Ducibus suis quendam nomine *Chorawazaihum Hierosolyma*, qui ipsa vastaret: alium etiam in *Ægyptum* & *Alexandriam* qui *Romanos* ibi conquisitos interficeret. Ipse *Cesra Constantinopolim* profectus eam quatuordecim annis obsidet. Iam verò *Chorawazaihus Damascum* profectus ipsam vastavit ac incolarum bona diripuit: Deinde cùm *Hierosolyma* tenderet congregati sunt ad ipsum *Iudæi* (quotquot in *Tiberiade*, monte *Galilææ*, *Nasarethâ*, partibúsque adjacentibus erant) ac *Hierosolyma* profecti *Persis* in templis diruendis *Christianísque* trucidandis opem tulerunt. *Hierosolyma* igitur ubi perveniſſet, primò omnium Eccleſiam *Geſmaniticam* diruit, nec non Eccleſiam *Eleniæ*, quarum utraque in hunc uſque diem deſolata manet. Diruit etiam Eccleſias *Couſtantini*, *Cranii*, & *Sepulchri*; in *Cranium* & *Sepulchrum* injecto igne: maximam etiam urbis partem diruit, *Iudæis* unà cum *Perſis Chriſtianos* innumeros occidentibus: ſunt illi occiſi qui *Hieroſolymis* jacent in loco *Mamela* appellato. *Perſæ* autem poſtquam incendiſſent, vaſtâſſent, & occidiſſent, reverſi *Zachariam* Patriarcham *Hieroſolymitanum* unà cum aliis multis captivum abduxerunt. Lignum etiam Crucis, quod loco illo reliquerat *Helena* Imperatrix, abſtulerunt; (fuit autem pali Crucis pars,) quod & unà cum captivis

فوجه بقايد من قواده يقال له خروزبة الي بيت
المقدس لخربه ووجه بقايد اخر الي مصر والاسكندرية
في طلب الروم وقتلهم وخرج كسري بنفسه الي
القسطنطينية فحاصرها اربعة عشر سنة فاما خروزبه
فسار الي الشام فاخربه وذهب اهله وصار الي
بيت المقدس فاجتمع اليه اليهود من طبرية وجبل
الجليل والناصرة وما حوله وجاوو الي بيت
المقدس فكانوا يعينون الفرس علي خراب الكنايس
وقتل النصاري فلما صار الي بيت المقدس اول
ما نزل خرب كنيسة الجسمانية وكنيسة اليمنة
وهما خراب الي هذا الوقت وخرب كنيسة
قسطنطين والاقراديون والمقبرة وضرب المقبرة
والاقراديون بالنار وخرب اكثر المدينة وقتلوا اليهود
مع الفرس من النصاري ما لا تحصي كثرتهم وهم
القتلي الذين ببيت المقدس في الموضع الذي
يقال له ماملا فاصرفوا الفرس بعد ما احرقوا واخربوا
وقتلوا وسبوا زخريا بطريرك بيت المقدس وجماعة معه
واخذ واعود الصليب الذي كانت هيلانه الملكة خلفته
في الموضع وكان قطعة من خشبة الصليب وحمل مع
السبي

السبي الي ارض فارس فاستوهبت مريم ابنة موريق
الملك من كسرى عود الصليب وزخريا البطريرك
واداسا كثيرين ممن سبوي واخذتهم عندها في دارها
واقاموا عندها ومات زاخاريا البطريرك في السبي وبعد
ان سبي زاخريا اقام كرشي بيت المقدس بلا بطرك
تمة عشر سنة وفي اربع سنين من ملك فوقا صير
سرجس بطريركا علي القسطنطينية وكان ماروثما
اقام اثنين وعشرين سنة وفي السنة الثانية من ملك
فوكا صير ثاوذورس بطريركا علي الاسكندرية
اقام سنتين ومات وفي السنة الرابعة من ملك
فوقا صير يوحنا الرحوم بطريركا علي الاسكندرية
اقام عشر سنين ومات وانما سمي الرحوم لانه ذكر انه
من اهل قبرس وانه راي فيما يري النايم وهو ابن
تمة عشر سنة امراة شابة جميلة كالشمس وهي واقفة
قال فنخسستني في جنبي فالتفت ونظرت اليها فقلت
لها من انتي وكيف اجتريتي علي الدخول علي في
هذه الساعة وكان علي راسها اكليل من زيتون
فقالت لي انا بنت الملك فلو صبرتني لك صديقة ادخلتك
علي الملك لان ليس لاحد عنده ذالة كالتي عنده
وذلك

captivis deportatum est, in *Persiam*. Dono igitur dari sibi à *Cesra* petens *Maria*, *Mauritii* filia, lignum Crucis & *Zachariam* Patriarcham, multósq; ex iis qui captivi abducti sunt, ipsos ad se domum suam recepit, ubi manserunt. Mortuúsque est *Zacharia* Patriarcha in captivitate. Postquam autem captivus abductus est *Zacharias*, Cathedra *Hierosolymitana* absque Patriarcha mansit annos quindecim. Porrò anno Imperii *Phocæ* quarto factus est *Sergius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui *Maronita* fuit. Sedit annos viginti duos. Anno Imperii ejusdem constitutus est *Theodorus* patriarcha *Alexandrinus*; qui cùm duos annos sedisset, mortuus est. Anno Imperii ejusdem quarto constitutus est *Iohannes Misericors* Patriarcha *Alexandrinus*; annos decem sedit, dein mortuus est. Cognominatus est autem *Misericors* ideo quòd (ut narratur) cùm genere *Cypriota* esset, viderit in insomnio, annos tum natus quindecim, mulierem quæ pulchritudine solem referret, adstantem; Quæ (inquit) latus mihi pupugit, quam cùm expergefactus intuerer, dixi, Tu, quænam es? & quomodo ausa es ad me hoctempore accedere? fuit autem ipsi in capite corona oleagina; Dixítque, Sum ego Regis filia, Quòd si me tibi amicam feceris ad Regem te introducam; neque enim quisquam ad ipsum viam æquè monstrare potest ac ego; ideo

ideo ſcil. quia ego ipſum in terram traxi; Per me enim veniens incarnatus eſt, ac homines liberavit. Tum à me diſceſſit. Ego verò; Re verâ (inquam) eſt hæc Miſericordia. Statímque ſurgens Eccleſiam petii; quò dum tenderem, ecce in via occurrit mihi peregrinus quidam nudus: fuit autem frigus vehemens, tempúſque hybernum; quare amiculum quo indutus eram exuens ipſi dedi; tum mecum animo dixi, Iam ſciam utrùm verum fuerit hoc quod vidi viſum, an à Diabolo fuerit. Nondum autem ad Eccleſiam pertigeram cùm aſſecutus me quidam, cui veſtes candore niveo erant, mihi centum aureos traderet (in alio exemplari dicitur, mille) dicens, His aureis acceptis quomodo tibi libuerit, utere. Cúmque converſus eſſem ut eos ipſi redderem, neminem vidi. Dixi ergò, Revera non eſt hoc falſum. *Iohannes* autem *Miſericors* quodcunque poſſedit in Eleemoſynam erogare ſolitus eſt, adeo ut veſtes quibus indutus erat, exuens pauperibus diſtribueret, imò & aliquando veſtes ſacras in quibus ſacra celebraret, præ ſumma quâ erat miſericordiâ ipſis daret; appellatúſque eſt *Iohannes Miſericors*. Porrò anno Imperii *Phocæ* ſexto conſtitutus eſt *Theodorus* Patriarcha *Romanus*; qui tres annos ſedit, dein mortuus eſt. Cùm autem vaſtâſſent *Perſæ* Eccleſias *Hieroſolymitanas*, iíſque igne

وذلك اني جلبته الي الارض لاده بي اتي وتجهد
وخلص الناس ثم غابت عني فقلت حقا هذه هي
الرحمة فقمت من ساعتي اريد الكنيسة وفيما
انا امشي في الطريق ان لقيني انسان غريب عريان
وكان البرد شديدا وكان شتا فنزعت ملحفة كانت علي
ودفعتها اليه ثم قلت في نفسي بهذا الان اعرف المنظر
الذي رايته ان كان حقا ام من الشيطان فلم ابلغ
لحقني من الكنيسة حتي انسان لباسه ابيض كالثلج
فدفع الي مايه دينار وفي نسخة اخري يقول
الف دينار وقال لي خذ هذه الدنانير ودبرها كيف
شيت ثم التفت لاردها عليه فلم اري احدا فقلت
حقا ليس هذا باطلا وكان يوحنا الرحوم
يتصدق بكلما يملك حتي كان ينزع ثيابه
الذي عليه ويتصدق بها حتي انه مرة تصدق
بثياب القدس الذي يقدس فيها من شدة
رحمته للمساكين فسمي يوحنا الرحوم وفي
ستت سنين من ملك فوكا صيرثاون روس بطرك
علي رومية اقام ثلثة سنين ومات ولما خربوا
الفرس الكنايس بيت المقدس واحرقوها بالنار

وانصرفوا كان في دير الدواكس وهو دير مار
ثاون وهيوش راهب يقال له موه سطس كان رييس
الدير فلما انصرفوا الفرس مضا الي الرملة وطبرية وصور
ودمشق يسهل النصاري ان يعطوه مالا ويعينوه
حتي يبني الكنايس ببيت المقدس التي اخربتها
الفرس فاعطوه وجمع اموالا كثيرة ورجع الي بيت المقدس
فبنا كنيسة القيامة والمقبرة والاقراديون ومار قسطنطين
وهو هذا البنا القايم اليوم فلما سمع يوحنا الرحوم بطريرك
الاسكندرية ان موه سطس يبني الكنايس التي اخربوها
الفرس وجه اليه الف دابة والف تليس حنطة والف
تليس قطانة والف جرة صير والف جرة شراب والف رطل
حديد والف فاعل واما خروزيه فلما خرب بيت المقدس
صار الي مصر والاسكندرية فلما سمع يوحنا الرحوان الفرس
قد وافوا الي الاسكندرية هرب من الفزع مع البطريق
الذي كان والي الاسكندريه واسمه فيقيطا الي قبرص
فلما وصلا الي قبرص ساله فيقيطا ان يسهر معه الي
القسطنطينية الي فوكا الملك يسلم عليه فيدعي له
بالخلاص مما هو فيه من حصار الفرس فلما ساروا
في البحر راي يوحنا الرحوم فيما يري النايم
كان

igne ſuccenſis rediiſſent, Monachus quidam, qui in Monaſterio *Duwakeſi* (quod idem eſt Monaſterium *Theodoſii*) fuit, nomine *Modeſtus*, ejuſdémque præfectus, reverſis illis, *Ramlam*, *Tiberiadem*, *Tyrum*, & *Damaſcum* profectus *Chriſtianos* ut aliquid donantes opem ipſi ferrent quo Eccleſias *Hieroſolymitanas* quas diruerant *Perſæ* inſtauraret, rogavit: quibus donantibus magnáque opum vi collectâ *Hieroſolyma* reverſus, Eccleſias *Reſurrectionis*, *Sepulchri*, *Cranii* & *Sancti Conſtantini* extruxit, eâ quæ jam extat fabricâ. Cúmque audiiſſet *Iohannes Miſericors Alexandriæ* Patriarcha *Modeſtum* Eccleſias à *Perſis* dirutas inſtaurare, miſit ipſi jumenta mille, ſaccos frumẽti mille, leguminum mille, muriæ amphoras mille, vini mille, ferri libras mille, cum Operariis mille. *Charawazaib* autem, ubi *Hieroſolyma* vaſtâſſet, *Ægyptum* & *Alexandriam* petiit. *Iohannes* ergò *Miſericors* audito *Perſas Alexandriam* tendere, præ metu unà cum Patricio, qui *Alexandriæ* præfuit, nomine *Nicetâ*, *Cyprum* fugit. Cúmque *Cyprum* perveniſſent, rogavit ipſum *Nicetas* ut unà ſecum *Conſtantinopolim* ad *Phocam* Imperatorem profectus ipſum ſalutaret, rogarétque [Deum] ut obſidione quâ à *Perſis* urgebatur ipſum liberaret. Dum autem in mari navigarent, vidit *Iohannes Miſericors* in inſomnio adſtantem ſibi

ſervum dicere, Rex cœleſtis tibi propior eſt quàm Rex terreſtris. *Iohannes* ergò experrectus, dixit *Nicetæ*, Redeas mecum in *Cyprum*, Ego enim moriturus ſum. Cúmque reverſi eſſent *Cyprum* diem obiit, poſtquam Cathedram decem annis occupâſſet; ſepultúſque eſt in vico quodam *Cypri* dicto *Aſatanetâ*. Poſt mortem autem *Iohannis Miſericordis* manſit *Alexandria* ſine Patriarcha, annos ſeptem. Vbi verò obſediſſet *Ceſra Conſtantinopolim*, vacua manſit *Syria* exercitu *Romanorum*. Fuerunt autem *Tyri* quatuor *Iudæorum* millia, Hi ad *Iudæos* qui *Hieroſolymis*, *Cypri*, *Damaſci*, & in monte *Galileæ* & *Tiberiade* erant, ſcripſerunt, ut omnes nocte Paſchatis *Chriſtianorum* congregati, *Chriſtianos* qui *Tyri* eſſent occiderent, deinde *Hieroſolyma* profecti omnes qui ibi eſſent è medio tollerent, urbémque occuparent. Hoc autem cùm Patricio qui *Tyri* ſubſtitit, urbíſque illius incolis innotuiſſet, ipſi *Iudæos* qui ibi erant captos, & catenis ferreis vinctos in carcerem conjecerunt, clauſíſque urbis portis machinas bellicas & balliſtas juxta ipſas collocârunt. Cùm ergò adveniſſet nox Paſchatis *Chriſtianorum*, *Iudæi* ex omnibus regionibus, congregati ſunt *Tyrum*, prout ad ipſos ſcripſerant *Iudæi* atque ipſis inter ſe convenerat: fuerúntque numero ultra vicies ſexies

كان خادم يقول له ان الملك السماوي اقرب اليك
من الملك الارضي فاتبعه يوحنا وقال لبقية البطريق
ارجع بنا الي قبرص فاني اموت فرجعوا الي قبرص
وتوفي وله في الكرسي عشر سنين ودفن في قرية
من قري قبرص يقال لها اماتنطا وبعد موت يوحنا
الرحوم بقيت الاسكندرية سبع سنين بلا بطرك ولما
حاصر كسري القسطنطينية خلت ارض الشام من
جند الروم وكان في مدينة صور اربعة الاف يهودي
فكتبوا اليهود الذين هم بصور الي اليهود
الذين هم ببيت المقدس وقبرص واليهود الذين
بدمشق وجبل الجليل وطبرية ان يجتمعوا كلهم
في ليلة فصح النصاري ليقتلوا النصاري
الذين بصور ويصعدون الي بيت المقدس فيقتلون
كل نصراني بها ويغلبوا علي المدينة فبلغ الخبر الي
البطريق المقيم بصور واهل صور فاخذوا اليهود الذين
بصور فقيدوهم بالحديد وهجلوهم واغلقوا ابواب صور
وصبروا عليها المنجنيقات والعرادات فلما كانت ليلة
فصح النصاري اجتمعوا اليهود من كل بلد الي صور
كما كتبوا اليهم اليهود واتفقوا عليها وكانوا زهاء
عشر

عشرين الف رجل فحاربوهم حربا شديدا من فوق
الحصن فهدموا اليهود كل كدهة كانت خارج
حصن صور فكانوا كلما هدموا كنيسة اخرجوا اهل صور
من اليهود المقيدين عندهم اية رجل فوقفوهم علي
الحصن ويضربون اعناقهم ويرمون بروسهم الي خارج
فضربوا اعناق الفي رجل ثم وقعت في اليهود صيحة
فانهزموا وخرج اهل صور وفتحوا اكتافهم وقتلوا منهم
مقتلة عظيمة وهرب من بقي منهم الي بلدانهم
خاربين وكان بمدينة صالونيكية غلام يقال له
هرقل مع بعض بطارقة صالونيكية فاخذوا البطارقة
مراكبا اوسقوها شعيرا وقمحا وحبوبا ووجوها مع
هرقل الي القسطنطينية معودة لهم وقوت لما اجهدهم
من الحصار فلما صار هرقل الي القسطنطينية فرحوا
الناس به وتفرجوا بذلك القمح والشعير والحبوب
وكان هرقل غلام شديد الباس حسن التدبير
جيد الراي خبيثا فقال هرقل للوزرا والقواد ان
فوقا الملك رذي السياسة ميشرم علي الروم
كلهم لادة مدن ولي الي هذا الوقت ثمان
سنين

ſexies mille viros, quos ſtrenuè ab arcis faſtigio oppugnârunt [*Tyrii.*] Diruerunt autem *Iudæi* omnes Eccleſias quæ extra *Tyri* arcem erant, at quotieſcunque Eccleſiam aliquam diruerent, *Tyri* incolæ è *Iudæis* qui apud ipſos vincti erant centum viris prehenſis & in arcis ſummitate poſitis capita abſciderunt, eáque extra projecerunt; atque hoc modo bis mille viros capite truncârunt. Deinde *Iudæi* orto inter ipſos clamore, in fugam dati ſunt, quos egreſſi *Tyri* incolæ terga dantes inſecuti ſunt, magnámque eorum ſtragem ediderunt; reliqui ad regiones quique ſuas confuſi fugerunt. Porrò in urbe *Salonica* juvenis fuit nomine *Heraclius*, cum quibuſdam urbis illius Patriciis. Patricii autem ſumptas naves hordeóque, tritico, & leguminibus impletas per *Heraclium Conſtantinopolim* miſerunt ipſis in ſubſidium & alimentum, cùm obſidione in anguſtias redacti eſſent. Cùm ergò *Conſtantinopolim* appuliſſet *Heraclius*, gaudio ob ejus adventum affecti ſunt homines, tritico iſto, hordeo & leguminibus ab ipſo allatis recreati. Fuit verò *Heraclius* juvenis fortitudinis eximiæ, prudens, concilii ſagax, nequam; qui ergò Conſiliariis et Ducibus dixit, *Phocas* Imperator regiminis peſſimi eſt, *Romaníq*; univerſis infauſtus; Nam ex quo Imperio præfectus eſt ad hoc uſque tempus

tempus octo annorum ſpatio obſidione cincti eſtis, regionéſque *Græcorum*, *Ægypti*, & *Syriæ* peſſimè tractatæ. *Perſæ* enim regiones & terras veſtras univerſas occupârunt; conſilium ergò meum eſt ut interfecto illo alium vobis præficiatis. Quibus annuentibus, adortus *Heraclius Phocam*, ipſum interfecit. Convenientibúſque Conſiliariis & Ducibus, ut è ſtirpe Regia aliquem eligerent quem ſibi præficerent: Non expedit, inquit, *Heraclius*, ut vobis Imperatorem præficiatis niſi qui his præditus ſit dotibus, ſc. ut ſit eximiè temperans, rerum ad Religionem ſpectantium peritus, ſagax, linguæ veracis, ſtrenuus, eloquens, inter gubernandum clemens, inſidiarum hoſtibus ſtruendarum callens. Reſpondentibus illis, Quis nobis talem ſiſtet? Paciſcimi ni inquit, mecum ſi talem vobis indicavero, vos ipſum vobis præfecturos; ac promittentibus illis, ſe id præſtituros adeo ut ipſis fidem adhibere poſſet, Ego, inquit, is ſum. Quare ipſum ſibi præfecerunt. Imperavit ergò *Heraclius Romanis*, idque anno regni *Ceſræ* filii *Hormozi Aperwizi*, Regis *Perſarum*, viceſimo tertio.

Initium

سنين اذتم في حصار وبلد الروم ومصر والشام
في عذاب لان الفرس قد ملكوا بلادكم
واراضيكم كلها والراي عندي ان تقتلوه
وتملكوا عليكم غيره فاجابوه الي ذلك فوثب هرقل
علي فوكا الملك فقتله فاجتمعوا الوزرا والقواد
ليختاروا من اولاد الملوك واحد يملكوه عليهم
فقال لهم هرقل ما يجب ان تملكوا عليكم الا من
كانت فيه هذه الخصال وهي ان يكون اوفر حظا
في العفة والفقه في الدين والنظر في الامور وصدق
اللهان وشدة البطش وبلاغة المنطق والرفق في الرياسة
والعلم بدكايدة العدو فقالوا له ومن لنا بذلك فقال
لهم اشرطو الي ان انا دللتكم عليه ان تملكوه
عليكم فشرطوا له فلما استوثق منهم قال لهم
انا ذلك الرجل فملكوه عليهم فملك هرقل علي
الروم وذلك في ثلثة وعشرين سنة من ملك
كسري ابن هرمز بروبز ملك الفرس

ابتدا الهجرة

وفي اول سنة من ملك هرقل ملك الروم كانت هجرة
النبي المختار العرب لهم ديها بالمدينة في شهر ربيع الاول
فاقام بها مهاجرا عشر سنين وعمل المنبر في سنة ثمان فمن
ديوكليتيانوس الي الهجرة ثلثماية وثمانية وثلثون سنة
ومن هيدا المسيح الي الهجرة ستماية واربعة عشر سنة
ومن الاسكندر الي الهجرة ستماية وثلثة وثلاثون سنة ومن
سبي بابل الي الهجرة الف وماية وستة وخمسين سنة ومن
داوود الي الهجرة الف وستماية وثلاثة وسبعين سنة ومن
خروج بني اسرايل من مصر الي الهجرة الفان وماية
وتسعة وسبعين سنة ومن ابراهيم الي الهجرة الفان
وميماية وستة وثمانون سنة ومن فالق الي الهجرة ثلاثة
الاف وثلثماية وسبعة وعشرون سنة ومن الطوفان الي
الهجرة ثلثة الاف وثلثماية وثمانية وتسعون سنة ومن ادم
الي الهجرة ستة الف وماية واربعة عشر سنة فلما ملك هرقل
القسطنطينية اقام ستة سنين في حصار شديد فلما اجهد
اهل القسطنطينية الحصار ومات اكثرهم من الجوع هموا
ان يفتحوا مدينة القسطنطينية لكسري فلما علم هرقل خاف
ان يفتحوا المدينة ويسلموه الي كسري فوجه هرقل الي
كسري

Initium *Hejræ.*

Anno primo Imperii *Heraclii* Romanorum Imperatoris, fuit fuga [*Mohammedis*, quem ſibi Prophetam ſumpſerunt *Arabes*, *Medinam*] menſe *Rabiæ* prioris; in qua exul ſubſtitit annos decem, quorum anno octavo ſuggeſtum extruxit. Iam à *Diocletiano* ad *Hejram* [ſeu fugam *Mohammedis*] anni ſunt trecenti ttiginta octo, à Domino *Chriſto* ad eandem ſexcenti quatuordecim. Ab *Alexandro* ad eandem nongenti triginta tres. A captivitate *Babilonica* ad eandem mille centum nonaginta. A *Davide* ad eandem mille ſexcenti ſeptuaginta tres. Ab exitu *Iſraelitarum* ex *Ægypto* ad eandem bis mille ducenti ſeptuaginta novem. Ab *Abrahamo* ad eandem bis mille ſeptingenti octoginta ſex. A *Phalego* ad eandem ter mille trecenti viginti ſeptem. A Diluvio ad eandem ter mille octingenti quinquaginta octo. Ab *Adamo* ad eandem ſexies mille centum & quatuordecim. *Heraclius* autem poſtquam Imperio *Conſtantinopolitano* præfectus eſt ſex annos obſidionem gravem paſſus eſt. In anguſtias ergò præ obſidione redacti *Conſtantinopolitani*, cùm maxima ipſorum pars fame periiſſet, in animo habuerunt urbem *Ceſræ* aperire. Quod cùm ſciviſſet *Heraclius*, metuerétq; ne urbem apertam *Ceſræ* traderent, ipſe ad *Ceſram* mittens dixit ipſi,

Quodcunque mihi impoſueris faciendum, ego ad illud præſtandum me tibi obſtringam, modò à me diſceſſeris. Cui reſcribens *Ceſra*, Si vis (inquit) ut à te diſcedam, afferas mihi in redemptionis pretium pro te, & regione tua mille auri talenta, argenti totidem, puellas virgines mille, equos mille, veſtes holoſericas mille; atque hoc tibi tributum ſit quotannis pendendum; hujus autem anni tributum ſtatim mihi afferas, ídque ſubitò ſine mora, quò à te diſcedam. Reſcripſit *Heraclius*, Regi clementi in eo quod petiit annuo, at non eſt impræſentiarum penès me totum quod in redemptionis pretium à me petiit; cùm Rex clemens me ab omnibus ditionibus meis cohibuerit. Quòd ſi Rex clemens mihi in regiones meas poteſtatem conceſſerit, ut egreſſus opes colligam, totum quod à me petiit ipſi afferam poſtquam ſex menſes me expectaverit; mihíque ſecuritatem præſtiterit quò ditiones meas peragrans opes colligã, ſententiæ ipſius obſequentẽ habebit. Annuit ergò *Ceſra* votis ipſius. Tum *Heraclius* convocatis conſiliariis ac Ducibus ſuis, Ego, inquit, *Ceſræ* me ſubmiſi quò ipſum ac Comites ipſius ſecuros redderem, jam verò in *Perſarum* regionem profecturus ſum. Confido autem in Domino noſtro *Ieſu Chriſto*, ipſum mihi in *Perſas* auxilium præbiturum, nóſque à *Ceſra* ac

كسري يقول له ان كلما تريد ان تلزمني اياه من
شي فانا الزمه نفسي لك واصرف عني فكتب اليه
كسري يقول له ان اردت ان اصرف عنك فاجعل الي
الفدية عنك وعن بلادك الف قنطار ذهب والف قنطار
فضة والف جارية بكر والف فرس والف ثوب ديباج وتكون
هذه الفدية جارية عليك في هدنة وتحملها الي حتي
اصرف عنك واتحمل الي الساعة فدية هذه الهدنة وعجل
ذلك ولا تؤخره حتي اصرف عنك فكتب اليه هرقل
اني قد اجبت الملك الرحيم الي ما سال ولعمري عندي
في هذا الوقت تمام الفدية التي سالت لان الملك
الرحيم قد ملكك يدي عن جميع اموالي فان اطلق
الملك الرحيم يدي في اموالي حتي اخرج اليه
الاموال وكلما سال احملة اليه بعد ان ينتظرني
الملك ستة اشهر ويامنني ان ادور البلد ان واجمع الاموال
فرايه الموفق فاجابه كسري الي ما طلب ثم ان
هرقل جمع وزراءه وقواده وقال لهم اني انما اعطيت
لكسري لاطمئنه واطمن اصحابه واذا فخارج الي
ارض فارس واذا واثق بسهدي يهوع المسيح ان
يعطيني النصر علي اهل فارس ويكفينا امر كسري
واصحابه

واصحابه فان اذا ابطات عليكم ولم ارجع مدة ستة
اشهر فاحرصوا ان تداروا كهري واطعموه وماطلوه
تمام السنة فان رجعت اليكم والا فافعلوا ما بدا لكم
وقد استخلفت اخي قسطنطين عليكم فارضوا بما قلت
لكم فرضة والجنلك ودعوا له بالنصر فاختار هرقل من
القوي قواه جند القسطنطينية وصنائعهم
رما تمة الف رجل واخذهم معه واخذ مراكبا
فحمل الرجال والخيل فيها وخرج من مدينة
القسطنطينية الي طرابزندة ونزل بها وجمع الجموع
وفرض الفروض واستنصر بملك الخزران واعطاه
عهد وهربر يجلس عليه اذا حضر في مجلس البلاط
واستنصر بملك الانجاز واعطاه تاجا يلبسه اذا حضر
في مجلس البلاط واستنصر بملك الصناريه واعطاه
عهد بهربر يجلس عليه اذا حضر في مجلس البلاط
فمضي من ذلك الوقت ملك الصناريه ملك
الهربر وسار علي حالته تلك الي الجبل
واصبهان الي مرو الي مدينة سابور وكان كلما
دخل الي مدينة فرض فيها الفروض وجمع الجموع

وكان

ac Comitum ipſius negotio immunes præſtiturum. Quòd ſi moras trahens ad vos intra ſex menſes reverſus non fuero, blanditiis *Ceſram* demulcete, ac ſpem ei facite, & annum uſque integrum ipſum deferte. Tum ſi ego ad vos rediero [benè,] Sin minùs, quod vobis viſum fuerit facite; Fratrem autem meum *Conſtantinum* vicarum meum apud vos ſtatuo, vóſque iis quæ vobis dixi acquieſcite. Ipſi ergò, acceptum illud habentes, ſucceſſum ipſi felicem comprecati ſunt. *Heraclius* ergò ſelectis è ducum exercitùs *Conſtantinopolitani* fortiſſimis ac præſtantiſſimis, ultra quinquies mille viros, quos ſecum aſſumeret, paratíſque navibus quibus tam homines quàm equos veheret *Conſtantinopoli Trapezuntium* profectus, ibi ſubſtitit. Collectíſque copiis ac datis mandatis opem à Rege *Chozarorum* petiit, pactus illi ſolium cui inſideret cùm conſeſſui Palatii intereſſet; nec non à Rege *Al Anjaz*, collato illi diademate quo quoties ad conſeſſum eundē accederet ornaretur; & à Rege *Al Sanariæ*, cui & pacto ſolium conceſſit quo in eodem conſeſſu ſederet; unde ex eo tempore appellatus eſt Rex *Al Sanariæ*, Rex Solii [Dominus.] Atque ita comparatus profectus eſt in regionem montanam *Aſphahanum* uſque & *Mord* & *Saporis* urbem, quamcunque ingrederetur urbem datis mandatis, & collectis copiis.

Ubicun-

Ubicunque autem in via obvium haberet *Perſam* aliquem virum, fœminam, vel puerum, colla ipſis præcidit. Urbis verò *Saporis* incolæ viſis *Heraclii* copiis, cùm metu magno perterriti eſſent, ſe munientes ad portas machinas & balliſtas ſtatuerunt: quos aliquot diebus bello laceſſivit *Heraclius*, dein pugnâ adortus non antè deſtitit quàm urbem cepiſſet, omnibus qui in ipſa fuerant, tam viris quàm fœminis pueríſque, internecione deletis, quin & gravidarum uteris diſſectis extractos inde embryones ſaxis illiſerunt. Quo conſpecto, Ego (inquit *Heraclius*) ſum de quo vaticinatus eſt *David* Propheta ubi Pſalmo CXXXVI. dicit, *Beatus qui parvulos tuos accipiens petræ ipſos aliſerit.* Deinde igne urbi injecto magnâque captiuorum multitudine abductâ, unà cum pecuniis gemmíſque innumeris totam *Perſiæ* regionem devaſtavit. Deinde viâ ſuâ reverſus per regiones *Halwan*, & *Sharuz*, & *AMadayen*, ingreſſus eſt *Miyapharekin*, & [trajecto] *Tigri* in *Armeniam* tranſiit uſque ad fluvium *Arſenas*. Secum autem inter captivos habuit filium *Ceſræ* nomine *Kobadem* (qui & *Sirawaih* appellatus eſt) natum *Mariâ* filiâ Imperatoris *Mauricii*, cujus cauſâ geſta ſunt hæc bella. Cùm ergò *Miyapharekin* perveniſſet accerſito *Kobade Ceſræ* filio caput ipſi & barbam raſit; deinde traditis ei quas ferret, literis

ad

وكان اذا لقا في طريقه رجلا فارسيا او امراة او صبيا
ضرب اعناقهم فلما نظر اهل مدينة هابور الي
عساكر هرقل فزعوا فزعا شديدا وتحصنوا ووضعوا علي
الابواب المنجنيقات والعرادات فقاتلهم هرقل اياما
ثم ناهضهم القتال حتي فتح المدينة فقتل كل
من فيها من رجل وامراة وصبي وكانوا يشقون
بطون الحبالي ويخرجون منها الاطفال ويضربون
بهم الصخرة عند ذلك قال هرقل انا الذي تنبا
علي داود النبي ان يقول في مزمور اية وستة
وثلثين طوبا لمن اخذ اطفالك وضرب بهم الصخرة
وضرب المدينة بالنار وسبا سبيا كثيرا وحمل من
الاموال والجوهر ما لا احصاله وخرب ارض فارس
كلها ثم رجع علي طريقه علي حلوان وشاروز البلدان
والمدائن ودخل الي ميافارقين والي الدجلة وعبر الي
ارمينية والي نهرارسناس وكان معه في الصبي ابن
لكسري يقال له قباذ ويسمي سيروية وهو ابن
مريم بنت موريق الملك الذي جرت هذه الحروب
بسببه فلما بلغ هرقل الي ميافارقين دعا قباذ ابن
كسري وحلف راسه ولحيته وكتب معه كتابا

وبعثه الي ابيه كسري علي حمار باكاف ووجه
معه جماعة موكلين ليوصلوه الي ابيه وكتب
معه كتابا هذه نسخته ⁘ من عبد المسيح هرقل
المنصور الي كسري المهين الحاير المخذول
اما بعد فاني قد جمعت لك من الغدية عني
وعن بلادي ما استطعت اليه سبيلا وهي
روس اهل فارس واذا موافيك بها فساءة
ان تقري كتابي هذا من قبل ان تضعه
من يدك فوجه من يقتضيها لك والسلام ⁘ فلما
بلغ قباذ الي ابيه كسري ونظر اليه محلوق
الراس واللحية راكبا علي حمار باكاف قال
له ما وراك قال له قد خرب هرقل كل مدينة
بارض فارس وقتل الرجال والنسا والصبيان
واما مدينة الملك فاخربها بالنار وقتل
كل من كان بها وحمل من الاموال
والجوهر ما لا يصفه واصف وهذا كتابه فلما قري
كسري كتاب هرقل اشتد حزنه وحزن اصحابه
وبكوا بكا كثيرا علي اهاليهم واولادهم فجمع
كسري وزراه وقواده وقال لهم ما ترون فان
اهالينا

ad patrem ſuum *Ceſram* miſit, aſino clitellis inſtrato impoſitum, unà cum turma, cui in mandatis dederat ipſum ad patrem ſuum deducere. Epiſtolæ autem quam ſcripſit hoc exemplar eſt, A ſervo *Chriſti Heraclio* opem [à Deo] conſecuto ad *Ceſram* contemptibilem, perplexum, ope deſtitutum. His præmiſſis, Collegi ego tibi in redemptionis mei & ditionum mearum pretium quod potui, ſunt autem *Perſarum* capita, quibus [datis] quod tibi promiſi perſolvam. Statim ergò ubi literas meas perlegeris, antequam eas è manu tua depoſueris, mittas qui ea ad te perferant. Vale. Ubi igitur ad patrem ſuum *Ceſram* perveniſſet *Kobades*, eúmque capite & barbâ raſis, aſinóque clitellis inſtrato vectum conſpexiſſet. Quid, inquit, nuntii affers? Cui ille, Vaſtavit, inquit, *Heraclius* omnes *Perſiæ* urbes, viris, fœminis, pueríſque trucidatis, urbem verò Regiam dirutam incendit, omnibus qui in ea fuerunt interfectis, opúmque & gemmarum quantum haud poterit quis recenſere reportavit. Hæc autem ipſius epiſtola eſt. Cùm ergò *Heraclius* epiſtolam perlegiſſet magnâ triſtitiâ affecti ſunt tum ipſe tum ipſius comites, multíſque familias & liberos ſuos lachrymis deflêrunt. *Ceſra* ergò convocatis Conſiliariis & Ducibus ſuis, Quid (inquit) ſentitis, ſiquidem

interfecti ſunt conjuges & liberi noſtri, & vaſtata domicilia & habitacula noſtra? Reſponderunt illi Duces & Conſiliarii ipſius: Nihil proderit nobis hîc ſedere, verùm abeuntes eam inquiramus viam quam tenet *Heraclius* quò ipſi obviam eamus. *Ceſra* igitur miſſâ *Conſtantinopolis* obſidione profectus eſt ad *Heraclium* quærendum. Dum autem in via pergeret narratum illi eſt *Heraclium*, *Tigrim* jam tranſiiſſe, ac neceſſariò ipſi fluvium *Arſanam* vadandum eſſe. Accelerantes igitur, inquiunt, vada ante ipſum occupemus, quo minùs illi tranſire liceat. Speramus enim Deum nobis in ipſum victoriam conceſſurum quò captivos ipſi eripiamus, & omnia quæ ſecum duxit capiamus; ſiquidem viros *Perſarum* perdidit, fœminaſque communes fecit. Perveniens ergò *Ceſra* ad fluvium *Arſanam* ad vadum caſtrametatus eſt, *Heraclium* præſtolans. Cùm verò *Heraclius* ab *Arſana* fluvio unius tantum diei itinere jam abeſſet, nuntiatum ipſi eſt *Ceſram* ad vadum ſedentem ipſum expectare: ille ergò relicto exercitu ſuo, quæque ſecum habuit, impedimentis, aſſumptiſque comitum ſuorum nonnullis ſtramen ſecum & jumentorum fimum accepit, quæ, cùm adverſo flumine unius diei itinere aſcendiſſet, in fluvium conjecit. Aqua ergò ſtramen & fimum ſecum delata juxta *Ceſram*

&

اهاليهما واولادهما قد قتلوا وخربت ديارهما ومنازلهما
فقالوا له قواده ووزراه ليس جلوسنا هاهنا مما ننتفع
به شي لكن نسير ونسأل عن الطريق التي
يسلك فيها هرقل فنقصده فيها فترك كسري
محاصرة القسطنطينية وسار يطلب هرقل فبينما
هو يسير ان قيل له ان هرقل قد اخذ على طريق
عبر الدجلة ولا بد له من نهر ارسناس فخوضه فتجد
في المسير لنسبقه الى المخاضة حتى لا يتهيا له
ان يجوز وارجوا ان الله يظفرنا به فتخلص
السبي منه واخذ كما معه فقد افقا رجال فارس
واستباع حريمهم فلما بلغ كسري الى نهر ارسناس
نزل على المخاضة ينتظر هرقل فلما قرب هرقل
من نهر ارسناس على مسيرة يوم بلغه ان كسري
جالسا على المخاضة منتظرا له فترك عسكره
وما معه من الثقل واخذ بعض اصحابه وحمل معه
تبن وزبل الدواب وصعد مع وجه جرى الما مسيرة
يوم ثم القا التبن والزبل في النهر فجر الما بالتبن
والزبل حتى جاز به على كسري واصحابه فلما

نظر

نظر كهري واصحابه التبن والزبل في النهر ترءوا ان
هرقل قد عبر النهر من فوق من موضع اخر فتركوا
المخاضة وصاروا يطلبوا الموضع الذي عبر منه هرقل
ثم ان هرقل رجع الي اصحابه وقد بلغه ان كهري
واصحابه قد تحوا عن المخاضة وصعدوا الي
فوق فسار هرقل مع اصحابه حتي عبر النهر وصار حتي
دخل الي طرابزندة ثم ركب المراكب ودخل الي
القسطنطينية فاستقبلوه اهلها بالفرح والتهليل واقاموا
سبعة ايام ياكلون ويشربون ويفرحون واتصل الخبر
بكهري ان هرقل قد رجع الي المخاضة وعبر وانما كان
التبن والزبل الذي القاه في النهر حيلة من هرقل ومكر
فسار كهري حتي وافا مدينة فاصابها خرابا وليس
فيها صبي ولا داعي ولا مجيب فضعف ملك الفرس من
ذلك الوقت وذلك في السنة السابعة من ملك هرقل
وهي السنة السابعة من الهجرة وفي سنتين من ملك
هرقل صير يوهاطيوس بطرك علي رومية اقام خمس سنين
ومات وفي تسع سنين من ملك هرقل وهي السنة التاسعة
من الهجرة خرج هرقل من القسطنطينية يريد بيت المقدس
لينظر ما اخربت الفرس فيها فلما وافا حمص لم يقبلوه
اهلها

& ipſius ſocios tranſvexit, quibus in fluvio conſpectis, illi, *Heraclium* alibi ſuperiùs fluvium trajeciſſe rati, relicto vado profecti ſunt ad locum ubi tranſiret *Heraclius* quærendum. Deinde *Heraclio* ad ſuos reverſo nuntiatum eſt *Ceſram* ipſiúſque comites relicto vado loca ſuperiora petiiſſe. Ipſe ergò cum ſociis ſuis pergens fluvium trajecit, profectúſque eſt donec *Trapezuntium* perveniret. Dein conſcenſis navibus *Conſtantinopolin* adiit, cujus incolæ ipſi cum gaudio & exultatione occurrerunt, ac ſeptem dies edendo, bibendo, & lætitiæ inſumpſerunt. Nuntiatum autem eſt *Ceſræ Heraclium* ad vadum reverſum trajeciſſe, ſtramen autem & fimum in fluvium dolo ac fraude ab ipſo injectum fuiſſe. Ille ergò ad urbem ſuam profectus ipſam deſolatam invenit, ut nec in ea puer eſſet, nec qui vocaret, nec qui reſponderet. Atque ex eo tempore infirmari *Perſarum* regnum, ídque anno Imperii *Heraclii* ſeptimo, eodémque *Hejræ* ſeptimo. Anno Imperii *Heraclii* ſecundo conſtitutus eſt *Yuſatius* [*Bonifacius*] Patriarcha *Romanus*, qui annos quinq; ſedit, dein mortuus eſt. Anno nono Imperii ejuſdem, qui & *Hejræ* nonus, *Conſtantinopoli* egreſſus *Heraclius Hieroſolyma* tendebat, quò videret quid in ipſa devaſtâſſent *Perſæ* Vbi autem *Hemſum* perveniſſet noluerunt ejus incolæ ipſum recipere,

recipere, dicentes ipsi, *Maronita* tu es ac religioni nostræ adversus. Illis ergò relictis ad monasterium *Maronis* abiit, in quo qui erant Monachi egressi obviam ipsi profecti sunt. Fuit autem *Heraclius Maronita*, multásque ipsis opes contulit, agris etiam donato monasterio adeo ut prosperè se haberent res eorum. Indè *Damascum* profectus est. Fuit autem *Damasci* vir quidam nomine *Mansur Serjuni* filius, tributis exigendis nomine *Mauricii* Imperatoris præfectus, à quo cùm pecunias peteret *Heraclius* toto annorũ quo obsessi erant *Constantinopoli Romani* spatio [debitas,] atque ille *Damasci* tributum se ad *Cesram* detulisse responderet, graviter in eum inquisivit verberibus & incarceratione, donec ab ipso centies mille aureos extorqueret; dein ipsi præfecturam istam confirmavit: quam ob causam *Mansurus* iram pectore suo in *Heraclium* fovit. Indè profectus *Heraclius Hierosolyma* petiit. Cúmque *Tiberiadem* perveniſſet, egressi ad ipsum *Iudæi Tiberiadis* incolæ, nec non regionis *Galilææ* montanæ & *Nazarethi* omniúmque istius partis oppidorum, ipsi cum muneribus occurrerunt, fausta comprecantes, rogantésque ut securitatem ipsis concederet; quam concessit, fœdúsque cum ipsis li eris obsignavit. Vbi autem *Hierosolyma* perveniſſet obviam ipsi facti sunt [monasterii]

Al Sik

اهلها وقالوا له انت ماروني مخالف لديننا
فتركهم وذهب الي دير ماروت وخرج اليه الرهبان
الذين في ديرماروت فاستقبلوه وكان هرقل
ماروني فاعطاهم مالا كثيرا واعطا للدير
ضياعا وقوا امرهم ثم خرج الي دمشق وكان
بدمشق رجل يقال له منصور ابن سرجون
عاملا علي الخراج من قبل موريق الملك فطالبه
هرقل بمال طول السنين التي كانت الروم محاصرين
في القسطنطينية فذكر انه كان يحمل اموال دمشق
الي كسري فطالبه مطالبة شديدة بالضرب
والحبس حتي استخرج منه ماية الف دينار ثم اقره
علي العمل فكان منصور موغر الصدر علي هرقل
ثم ان هرقل صار يريد بيت المقدس فلما بلغ طبريه
خرج اليه اليهود السكان بطبرية ومن جبل
الجليل والناصرة وكل قرية في تلك الناحية
واستقبلوا هرقل بالهدايا ودعوا له وسالوه
ان يعطيهم الامان فاعطاهم الامان وكتب لهم بذلك
عهدا فلما بلغ هرقل بيت المقدس فاستقبلوه رهبان

السيف واهل بيت المقدس ومعهم مودسطس بالمجامر
والبخور فلما دخل المدينة وظر الي ما اخربت
الفرس واحرقوا اغتم غما شديدا ثم نظر الي ما بناه
مودسطس من كنيسة القيامة والاقراديون
وكنيسة مارقسطنطين فسره ذلك وشكر مودسطس
علي ما فعل وان الرهبان واهل بيت المقدس
قالوا لهرقل ان اليهود الذين حول بيت
المقدس مع جبل الجليل وقت وافوا الفرس كانوا
يعينوهم وانهم هم الذين اقتلوا قتل النصاري
اكثر من الفرس واخربوا الكنايس واحرقوها
بالنار واروه القتلي الذين في ماملا واعلموه ما
فعلوه اليهود في مدينة صور من قتل النصاري
وخراب الكنايس فقال لهم هرقل فماذا تريدون
قالوا له تفعل معهم كما فعلت وتقتل كل يهودي حول
بيت المقدس وجبل الجليل لاننا لا نامن ان يجيونا
قوم مخالفين لنا فيكون هولاي معينين لهم علينا
ايضا كما اعانوا الفرس علينا فقال لهم هرقل كيف
استحل قتلهم وقد اعطيتهم الامان وكتبت لهم به عهدا

وانتم

AlSik monachi, urbíſque *Hieroſolymitanæ* incolæ, comitante ipſos *Modeſto*, cum thuribulis & ſuffitu. Cùm verò urbem ingreſſus ea quæ diruerant ac ſuccenderant *Perſæ* vidiſſet, magnâ affectus eſt triſtitiâ. Dein cùm ea conſpexerat *Modeſtus*, viz. Templum Reſurrectionis, *Cranii*, & *Mar Conſtantini*, rurſum, gaudio affectus *Modeſto* ob ea quæ fecerat gratias egit. Narrârunt autem ipſi Monachi & *Hieroſolymorum* incolæ *Iudæos* qui circa *Hieroſolyma* degerent, unà cum iis qui *Galilææ* montana incolerent, quo tempore venerunt *Perſæ*, ipſis ſe adjunxiſſe, opémque tuliſſe, ipſóſq; *Chriſtianos* cæde magìs quàm *Perſæ* perſecutos, & Eccleſias vaſtâſſe, iíſque flammas injeciſſe, oſtenſis ipſi cæſis qui in *Mamela* conjecti fuerant. Certiorem etiam ipſum fecerunt eorum quæ *Iudæi Tyri* perpetraverant, quod ad cædem *Chriſtianorum*, & Eccleſiarum demolitionem. Quibus *Heraclius*, Quid ergò, inquit, vultis? Reſponderunt, Vt gratum nobis faciens omnes qui circa *Hieroſolyma* & in monte *Galilææ* ſunt *Iudæos* è medio tollas, cùm certi non ſimus quin adveniente gente aliquâ nobis inimicâ illi rurſus contra nos auxilium ipſis ferant, ut jam *Perſis* tulerunt. Reſpondit *Heraclius*, Quomodo interfici ipſos permittam, cùm jam ſecuritatem ipſis conceſſerim, eóque fine pactum literis conſignaverim?

vos autem ſcitis quid fœdifrago debitum ſit. Quod ſi pactum & juramentum violaverim cedet hoc mihi in opprobrium, famámque mihi malam conciliabit; nec certus ſum ſi alii cuipiam præter *Iudæos* pactũ ſcripto confirmaverim, illud ipſum à me accepturum. Si ergò hoc non præſtitero, mendax, fallax, & minimè fide dignus, apud omnes paſſim homines habebor, ultra peccatum magnum & ſcelus cujus reus ero apud Dominum noſtrum *Chriſtum*, cùm populum cui fidem feceram, eámque pacto literis conſignato (confirmaveram, interfecerim.) Cui illi, Novit Dominus *Chriſtus* cædẽ ipſorum tibi peccatorum expiationem conciliaturũ, & iniquitatum tuarum remiſſionẽ; excuſatum etiam te habebunt homines, quòd quo tempore ipſis ſecuritatem conceſſiſti, non noveris, nec perſpectum habueris, quam *Chriſtianorum* ſtragem ediderant, quas Eccleſias diruerant cùm tibi obviam egreſſi muneribus te exceperint; quod dolo ab ipſis factum, & ad culpam quam commiſerant amoliendam. Iam verò cædes eorum, ſacrificium erit à te Deo oblatum: Nos autem peccatum hoc à te [in nos] transferemus, tibíque ipſum expiabimus, rogantes Dominum noſtrum *Ieſum Chriſtum* ne ipſum tibi imputet, ac ſeptimanam quâ ova & caſeus comeduntur, illam [nempe] quæ jejunium magnum præcedit, ſtatuemus jejunium

وانتم تعلمون ما يجب علي من نقض العهد ومتي
نقضت العهد والايمان كان ذلك عار علي
واحدوثة قبيحة عني وان لم امن ان اكتب
لانسان غير اليهود عهدا يقبلة مني وان لم اقبلة
كنت كذابا خواصا غير مامون عند الناس كلهم
مع مايلزمني من الذنب العظيم والخطية عند سيدنا
المسيح من قتل قوم قد امنتهم وكتبت لهم
بذلك عهدا فقالوا له ان سيدنا المسيح يعلم ان
قتلك لهم غفران لذنوبك وتمحيص لخطاياك
والناس يعذرونك لانك في الوقت الذي اعطيتهم
الامان لم تعلم ولم تدر ما فعلوا من قتل
النصاري وخراب الكنايس وانما خرجوا اليك
واستقبلوك بالهدايا مكرا منهم ولعلة لعلة
ماكانوا قد اجنوه فقتلتك لهم قربان
تقدمة الي الله ونحن نحتمل عنك هذا الذنب
ونكفره عنك ونسهل سيدنا المسيح الايواخذك
به ونجعل لك جمعة البيض والجبن التي
قبل الصوم الكبير صوما فقيها

في

في جملة الصوم الكبير نصومها لك ونترك فيها
اكل البيض والجبن ما دامت النصرانيـــة لان
الملكية كادوا يمتنعون في هذه الجمعـــة عن اكل
اللحم ويأكلون فيها البيض والجبن والسمك على
ما يبينه تبيكن القديس ملر سابا فقالوا له نحن
نصومها لك ونترك فيها اكل الرهومات كلها
ونجعل في هذا قانونا وحرما ولعنا الا يتغير ذلك ابدا
وكتبوا به الي جميع الافاق غفرادا لما سالناك ان
تفعله فاجابهم هرقل الي ذلك وقتل من اليهود حول بيت
المقدس وجبل الجليل ما لا يحصي عدده ممن قدر عليه
ومنهم من اختفي ومنهم من هرب الي البراري والاودية
والجبال والي مصر وصيروا اولـــ جمعة من الصوم التي
يتركون فيها الملكية اكل اللحم فقط صوما نقيا وكادوا
يصومونها لهرقل غفرادا لنقضه العهد وقتله اليهود ويمتنعون
فيها عن اكل البيض والجبن والسمك وكتبوا بذلك
الي جميع الافاق المناشير واهل مصر القبط الي الان
يصومونها الا الشام والروم الملكيـــة فانهم بعد موت
هرقـل رجعوا ياكلون في هذه الجمعـة بيضا وجبنا

وسمكا

nium purum quod jejunio magno accenſeatur, quo in tui gratiam jejunemus, ovorum & caſei eſu omiſſo quamdiu durabit Religio *Chriſtiana*. *Melchitæ* enim hebdomadâ iſta ab eſu carnis abſtinebant, ova & caſeum & piſces in ipſa comedentes, uti è Typico Sancti *Mar Sabæ* liquet. Dixerunt, autẽ illi, Nos eâ tui gratiâ jejunabimus, omnis rei pinguis eſum omittentes, atque hoc canone, excommunicatione, & anathemate ſanciemus, ne unquam mutetur, de eodem in omnes regiones literas mittentes, ut in propitiationem [cedat] ei quod à te impetravimus. Annuens ergò hac in re ipſis *Heraclius*, è *Iudæis* qui circa *Hieroſolyma* & montem *Galilææ* erant, quos prehendere potuit, innumeros occidit: Ex ipſis enim alii latuerunt, alii fugâ ſe in deſerta, montes & valles & *Ægyptum* ſubduxerunt. Primam ergò jejunii ſeptimanam, in qua *Melchitæ* à carnis tantum eſu abſtinent, *jejunium* abſolutum ſtatuerunt, in qua Imperatoris *Heraclii* gratiâ *jejunarent*, quò remitteretur ipſi fœderis ſui violatio & *Iudæorum* cædes, ab ovorum, caſei, & piſcium eſu in eadem abſtinentes, eáque de re in omnes regiones literas ſcripſerunt: ac *Ægypti Cophtitæ* in hunc uſque diem jejunium illud obſervant. *Syriæ* verò *Damaſcenæ* incolæ, & *Græci Melchitæ* poſt mortem *Heraclii* iterũ hebdomadâ iſtâ ova, caſeum, & piſces

piſces comederunt. In eâdem etiam jejunant diebus *Mercurii* & *Veneris* uſque ad nonam,, dein ovis, caſeo, & piſcibus veſcentes, ſecundùm Canonem à Sancto *Nicephoro* Patriarchâ *Conſtantinopolitano*, Martyre & Confeſſore, poſitum; quemadmodum oſtenſum eſt in Typico Eccleſiæ, viz. orthodoxos iſtâ ſeptimana ovis & caſeo veſci, etiam diebus *Mercurii* & *Veneris*; niſi quod diebus iſtis, *Mercurii* ſcil. & *Veneris*, uſque ad nonam jejunent. Qui Canon coarguit eos qui jejunant gratiâ *Heraclii* Imperatoris, è ſecta *Maronitarum*, à quorum factis malis avertat nos Deus, cùm non non liceat hominis mortalis gratiâ jejunare; eóque magìs quòd Imperator iſte, cùm hujus mundi vitam deponeret, *Maronita* mortuus ſit. Vt autem ad hiſtoriam revertamur. *Heraclius Modeſtum* Monachum, Monaſterii *Al Duceſi* Præfectum, Patriarcham *Hieroſolymitanum* conſtituit, ac ſe *Damaſcum* ſequi juſſit, quò è *Damaſci* vectigali ipſi donaret, & de *Palæſtinæ* tributo ipſi remitteret, quò omnes Eccleſias *Hieroſolymitanas* quas diruerant *Perſæ* inſtauraret. Reverſus ergò *Heraclius* ab *Hieroſolymis Damaſcum*, ibi ſubſtitit, à *Manſuro* nummos exigens. Sedit autem *Modeſtus* novem menſes, dein mortuus eſt, ac poſt ejus mortem ſex annis ſine Patriarcha manſit Cathedra *Hieroſolymitana*. Porrò anno Imperii *Heraclii*

وسمكا ويصومون ايضا فيها الاربعا والجمعة الي التاسعة
ثم ياكلون بيضا وجبنا وسمكا حسب القادون
الموضوع من القديس ديكمفور بطريرك القسطنطينية
الشهير المعترف علي ما برهن ذلك تبيكن الكنيسة
في ان المستقيم من الراي ياكلون في هذه
الجمعة بيضا وجبنا حتي وفي الاربعا والجمعة لكن
في يومين الاربعا والجمعة يصومون الي التاسعة
وهذا القادون يخصم الذين يصومون لهرقل الملك
الماروني اعاذنا الله من فعلهم الردي لانه لايجوز
الصوم لانسان مخلوق وبالافضل لان هذا الملك لما فارق
حياة الدنيا مات ماروفيا فلنعودن الي التاريخ اما
هرقل فانه صير مودسطس الراهب الذي كان رييس علي
دير الذوكس بطربركا علي بيت المقدس وامره ان
يلحقه الي دمشق ليعطيه من مال دمشق ويطلق له
من مال فلسطين لمبني الكنايس كلها التي في بيت
المقدس التي اخربتها الفرس ورجع هرقل من بيت المقدس
الي دمشق فاقام بها يطالب منصور بالمال فاقام مودسطس
بطربرك تسعة اشهر ومات واقام كرسي بيت المقدس
بعد موته ست سنين بلا بطرك وفي السنة الحادية عشر

من ملك هرقل توفي محمد بن عبد الله نبي المسلمين
يوم الاثنين للمليتين خلتا من شهر ربيع الاول لسنة احد
عشر من الهجرة ودفن في بيته الذي توفي فيه وهو بيت
عايشة وكانت علته ثلثة عشر يوما ومات وله من عمره
ثلثة وستون سنة ولم يخلف ولدا الا فاطمة وماتت بعده
باربعين يوما ويقال بستبعين يوما وذلك في خلافة ابي
بكر واجتمع المسلمون علي بيعة ابي بكر وهو عبد
الله ابن عثمان ابن عامر ابن كعب ابن
سعد ابن تيم ابن مرة وامه سلما ابنة صخر ابن عامر ابن
كعب ابن سعد ابن تيم ابن مرة وكانت البيعة
له في اليوم الذي توفي فيه محمد وكان الغالب
عليه عمر ابن الخطاب وعثمان ابن عفان وذلك
في السنة الحادية عشر من ملك هرقل ملك الروم
وفي هذه السنة صير ابروويس بطريركا علي رومية
اقام ثمانية عشر سنة ومات فاما كسري ابن
هرمز لما انتهي الي مدينة وراي ما فعل هرقل من
القتل والخراب اغتم غما شديدا غير انه لم ينزع
عن عنف سيرته فثقلت علي الناس ولايته وعمل

صبرهم

Heraclii undecimo diem obiit *Mohammed* fil. *Abdollahi* Propheta *Muſleminorum* die Lunæ, qui ſecundus erat menſis *Rabiæ* prioris, anno *Hejræ* undecimo, ſepultúſque eſt domi ſuæ in qua mortuus eſt, domi ſcil. *Ayeſhæ*; dies tredecim morbo ſuo laboravit. Mortuus autem eſt annos natus ſexaginta tres; liberos præter *Phatemam* nullos reliquit ſuperſtites, ſed & illa quadraginta poſt ipſum diebus mortua eſt, [vel ſecundùm alios ſeptuaginta,] ídque *Chaliſâ Abi Becro*. Convenerunt enim *Moſlemini* ad *Abu Becrum* inaugurandum, cui nomen *Abdollah*, *Ebn Amer*, *Ebn Caab*, *Ebn Saad*, *Ebn Tiyem*, *Ebn Morrah*; cujúſque mater *Salma*, filia *Sochri*, *Ebn Amur*, *Ebn Caab*, *Ebn Saad*, *Ebn Tiyem*, *Ebn Morrah*: fuítque inauguratio ipſius eodem die quo mortuus eſt *Mohammed*. Cæteris [in juramento ipſi præſtando] præeuntibus *Omaro Ebn Chetebi*, & *Othmano Ebn Afani*, ídque anno Imperii *Heraclii Romanorum* Imperatoris undecimo: atque hoc anno conſtitutus eſt *Oborudus* [*Honorius*] Patriarcha *Romanus*, qui octodecim annos ſedit, dein mortuus eſt. *Ceſra* autem *Hormozi* filius, cùm ad urbem ſuam perveniſſet, & quam ibi cædem feciſſet *Heraclius*, quid ruinæ, vidiſſet magno correptus eſt dolore, nihil tamen de morum feritate remittens, adeo ut graviter ferrent homines ipſius Imperium, deficiente ipſis pati-

entiâ, ipſúmque infauſtum dicerent, utpote quo regnante perierint *Perſiæ* incolæ, vaſtatæque ſint ipſorum domus. Ipſo ergò poſt annos triginta octo abdicato, in locum ejus ſubſtituerunt filium ipſius *Kobadem*, qui & *Shirawaih* appellatus, filium *Mariæ* filiæ *Mauricii Romanorum* Imperatoris, cujus ab ipſis occiſi cædes malorum iſtorum omnium cauſa fuit; cùm [*Ceſræ*] ſocer eſſet, atque ille ſocerum ſuum ulciſci cuperet. *Kobades* autem regno præfectus juſtitiam præ ſe tulit, & injuriam quâ oppreſſa fuerat amovit. E filiis autem patris ſui, qui ipſi matris ſuæ cauſâ adverſi erant, octodecim interfecit, fugientibus domeſticorum ipſius reliquis. Dixítque, Ego hominibus tributum remiſſurus ſum, adeo ut ad omnes univerſim pertingant juſtitia & beneficentia mea. Parum autem fluxit temporis antequam graſſaretur in ſubditos ipſius peſtis, quâ plerique eorum è medio ſublati ſunt, pereunte unà Rege *Shirawaiho* qui & *Kobades* audiit, nec non patre ipſius *Ceſrâ*: ſpatiũ quo regnavit octimeſtre erat. Deinde poſt ipſum regnavit *Azdſhir*, *Shirawaihi* filius, qué ſtatim adortus Præfectus limitum occidentaliũ ipſũ occidit, cùm quinq; tantũ menſibus regnâſſet. Tum regnum occupavit quidam nomine *Iorhan*, qui è ſtirpe regiâ non fuit, & è cujus familia non alius quis ad regnum aſpiravit. Idem erat quem miſerat

صبرهم فقالوا انه مهشوم لانه قد قتل اهل فارس في
ايامه وخربت ديارهم فخلعوه بعد ثمانية وثلثين سنة
وجعلوا مكانه ابنه قباد الذي يسمي شهرويه
وهو ابن مريم بنت موريق ملك الروم الذي صارت
هذه البلايا بسبب قتلهم له لانه حمي له واراد اخذ ثار
حموه فلما ملك قباد ابن كهري اظهر
العدل وكشف ماكادوا عليه من الضر
وقتل من ولد ابيه الذين عادوه من جهة امه
ثمانية عشر انسانا وهرب بقية اهل بيته وقال
اني رافع الخراج عن الناس حتي يفهم جميعا
عدلي ومعروفي فلم يلبث قليلا حتي وقع الطاعون
في اهل مملكته فهلك اكثرهم وهلك شهرويه
الملك وهو قباد وهلك ابوه كسري وكانت مملكته
ثمانية اشهر ثم ملك بعده ازدشهر ابن شيرويه فلم
يلبث الي ان وثب عليه صاحب ثغر المغرب فقتله
وكان ملكه خمسة اشهر ثم تعرض لملك
رجل يقال جرجان ولم يكن من اهل بيت المملكة
وهو لم يكن في اهل بيته من طلب الملك غيره وهو
الذي

الذي كان ابرويز هرمه لمحاربة الروم وعماه
شهربران واحتالت له امراة من اهل بيت المملكة
وهي ارزمندخت فقتلته وكان ملكه اثنين وعشرين
يوما ولم يعد ملكا ثم ملك من بعده رجل
من ولد هرمز بارض الترك فقدم على ما بلغه من
الاختلاف وكان يقال له كسري ابن قباد
ابن هرمز فوثب عليه صاحب ثغر خراسان فقتله
فكان ملكه ثلثة اشهر ولم يعد ملكا ثم
ملكت بعده مورلي بنت كسري وهي اخت
كسري لامه هسنة ونصف ولم تستخرج الخراج
وقسمت الاموال بين الجند وقامت بالملك وذهب
اليها ثم ملك بعدها رجل يقال له خشنسده
وكان من بني عم كسري وكان ملكه
شهرين وقتل ولم يعد ملكا ثم ملكت بعده
ارزمندخت بنت كسري فلم تلبث الا قليلا حتي
ماتت فماتت وكان ملكها سنة واربعة اشهر
وقامت بالملك وعرفت به ثم ملك بعدها رجل
يقال له فرخزاد خشري شهرا وقتل ولم يعد
ملكا فجميع ما ملك شيرويه ومن بعده
من

miſerat *Aperwiz* ad bellum *Romanis* inferendum. Illum inſidiis ipſi ſtructis mulier quædam è proſapia regiâ, nomine *Arzmandocht*, è medio ſuſtulit, poſtquam dies viginti duos regnâſſet: Regibus autem haud accenſetur. Deinde poſt ipſum regnavit quidam è filiis *Hormozi*, qui in regione *Turcarum* fuit, & audito quænam acciderant differentiæ, acceſſit; nomen illi fuit *Ceſra, Ebn Kobad, Ebn Hormoz*. Ipſum verò adortus qui confiniis *Coraſan* præerat, interfecit, cùm tres menſes regnâſſet, adeo ut nec ipſe Regibus annumeratus ſit. Tum poſt eum *Murla, Ceſræ* Filia, quæ *Ceſræ* ſoror uterina fuit, ſeſquiannum regnavit: hæc nullum exegit tributum, nummóſque exercitui diſtribuit: cúmque in regno confirmata fuerit, ipſa ab eo denominata eſt. Deinde poſt ipſam regnavit quidam nomine *Hoſhnaſtadah*, qui è patrui *Ceſræ* filiis erat, duobus menſibus regnavit, dein interfectus eſt, nec inter Reges numeratur. Poſt ipſum regnavit *Arzmandocht, Ceſræ* filia, quæ & modico interpoſito ſpatio veneno ſublata mortua eſt, cùm regnâſſet annum & quatuor menſes; & hæc in regno confirmata eſt, & ab eodem denominata. Poſt ipſam regnavit quidam nomine *Pharachoradchoſhra* menſe uno, dein occiſus eſt, neque Regibus annumeratur. Totum autem ſpatium quo regnavit *Shirawaih*, & qui ipſi ſucceſſerunt, tam

tam viri quàm fœminæ, tum qui regnâſſe perhibentur, tum qui Regum numero haud accenſentur, uſque ad *Parachoradchoſhraum*, unà cum intervallo quod inter duos quoſlibet Reges interceſſit, quatuor annorum fuit, ídque totum turbis & motibus plenum. Cùm ergò viderent *Perſæ* quò deveniſſent ſeditionibus, & prævalentibus ipſis *Romanis*, quæque mala tam religionem ipſorum quàm communem vitam invaſiſſent, conquiſito *Ceſræ* filio, nomine *Yazdejerdo*, qui à *Shirawaiho*, cùm fratres ejus trucidaret, fugerat, ipſum ſibi Regem præfecerunt, annos tum natum quindecim. Erant autem affectus ipſorum diverſi, cœtus diviſi, & ſe mutuò bellis laceſſentes, uniuſcujuſq; terræ tractûs, urbis, aut oppidi, per totum regnũ incolis, vicinis ſuis bellum inferentibus; manſerúntq; hoc ſtatu urbes, viz. rebus diſſolutis, populo diviſo, regno corrupto, hominibúſq; inter ſe diſſentientibus, octo annos: Regno autem præfectus eſt anno *Chalifatûs AbiBecri* primo: ídque anno Imperii *Heraclii Romanorum* imperatoris undecimo. *AbuBecrus Chalifatum* obtinens *Arabes* deficientes bello oppugnavit donec ad *Iſlamiſmum* reverterentur. Dein *Chaledum Ebn Walid* magno inſtructum exercitu *Eracum* miſit, qui cùm in *Meſopotamia* caſtra poſuiſſet, progreſſos ad ipſum regionis illius primores in fidem recepit, pacem

من الرجال والنهما ممن ينتهي الي الملك وممن
لم يعد ملكا الي فرخزاد خشري مع فصل ما بين
ملكين اربع سنين وكان ذلك كله في فتنة
وهرج فلما راوا اهل فارس الذي صاروا اليه من
الفتنة وغلبة الروم لهم وما دخل عليهم من الفساد في
دينهم ومعاشهم طلبوا ابنا لكهري يقال له
برجوجرد كان قد هرب عن شهرويه حين قتل
اخوته فملكوه عليهم وهو ابن خمسة عشر سنة
وكانت اهواهم مختلفة وجمعهم متفرقة يتحاربون
واهل كل ارض مدينة اوقرية من المملكة محاربة
للتي تليها فاقام بالمدائن علي مثل ذلك من
انتشار الامر وتفرق الرعية وفساد المملكة
وفساد الناس ثمان سنين وكان ملكه في
اول سنة من خلافة ابي بكر وذلك في احد
عشر سنة من ملك هرقل ملك الروم فلما ولي ابو
بكر الخلافة ارتدت العرب فقاتلهم حتي رجعوا الي
الاسلام ثم وجه بخالد ابن الوليد وضم اليه جيشا
كبيرا الي العراق فنزل خالد الي
الجزيرة فخرج اليه اشرافهم فامنهم وصالحهم

علي سبعين الف درهم وكان ذلك اول جزية
كانت بالعراق واول مال قدم علي ابي بكر
من العراق ثم كتب ابو بكر الي اليمن والطايف
ومكة وغيرهم من احيا العرب يستمدهم
ليغزوا الروم فقدموا عليه فبعث بعمر ابن العاص
وشرجيل ابن حسنة وابا عبيدة ابن الجراح
ويزيد ابن ابي سفيان وضم اليهم الجيوش
وكان الامير عمر ابن العاص وامرهم ان
ياخذوا الي الشام علي طريق ايلة وامرهم ان
لايقتلوا شيخا كبيرا ولا طفلا صغيرا ولا امراة ولا يقطعوا
شجرة مثمرة ولا يخربوا عامرا ولا يحرقوا نخلا ولا يعرقبوه
ولايقتلوا شاة ولا بقرة ولا جمل فساروا حتي
دلوا قرية يقال لها قاذون من قرى غزة
ما يلي الحجاز وبلغهم اجتماع جيوش هرقل
بمدينة غزة وهرقل ان ذاك بدمشق
فكتب عمر ابن العاص الي ابي
بكر يمده ويخبره باجتماع جيوش هرقل
فكتب ابو بكر الي خالد بن الوليد بان
يسير بمن معه الي عمر ابن العاص ليكون له مددا
فسار

pacem cum illis pactus ſummâ nummorũ ſeptuagies millies, qui primũ erant vectigal quod in *Eraco* ſolutum eſt, ac primi nummi qui ex ea Provincia ad *Abubecrum* pervenerunt. Dein ſcripſit *Abubecrus Yamanum*, *AlTayif*, *Meccam*, aliáſque *Arabum* tribus, opem ab ipſis petens ad *Romanos* oppugnandos. Cúmque ad ipſum perveniſſent, *Omarum Ebnol Aſi*, *Sharjabilum Ebn Haſnah*, *Abaobaidum Ebnol Iarahi*, *Yazidum Abi Sofyan*, copiis inſtructos miſit, Imperatore conſtituto *Omaro Ebnol Aſi*, juſſitque in *Syriam* per viam *Ilah* tendere, in mandatis dans ne vel ſenem ætate provectum, vel infantem minorennem, vel mulierem quampiam occiderent, vel arborem frugiferam præciderent, vel locum cultum vaſtarent, vel palmam ſuccenderent aut ſuccciderent, vel ovem, bovem, aut hœdum jugularent. Illi ergò profecti ſunt donec caſtra ponerent in pago *Tadun* dicto, quæ è pagis *Gazæ* eſt, qua *Hejazum* reſpicit; ubi ad ipſos delatum eſt núntium *Heraclii* exercitus in urbe *Gazah* congregatos fuiſſe. *Heraclius* enim id temporis *Damaſci* fuit. Scripſit ergò *Omar Ebnol Aſi* ad *Abu Becrum* opem ab ipſo petitum, ipſúmque certiorem fecit, in unum conveniſſe *Heraclii* copias. *Abu Becrus* igitur ad *Chaledum Ebn VValid* ſcripſit, ut ipſe cum copiis ſuis ad *Omarum Ebnol Aſi* proficiſceretur, quò ſubſidio ipſi eſſet. Profectus

ergò *Chaled Ebn VValid* à *Iazrah* per viam deserti ad *Omarum Ebnol Asi* pervenit. Copiæ autem *Heraclii* se *Gazæ* muniverant. Cùm ergò *Gazam* accessissent misit *Patricius*, exercitui *Heraclii* præfectus, ad *Musleminorum* exercitum, rogans ut ad ipsum Ducem è suis quempiam mitterent quo internuntio uteretur. Dixit igitur *Chalid Omaro Ebnol Asi*, Adeas tu ipsum. Profectus igitur *Omarus* apertâ ipsi *Gazæ* portâ ingressus est, quem *Patricius*, ubi ad ipsum perveniſſet, salutauit, dein dixit ipsi, Quid est quod vos in regionem nostram adduxit, & quid tandem vultis? Respondit *Omar Ebnol Asi*, Iussit nos Dominus noster vos oppugnare, nisi vel Religionem nostram amplectamini quò vobis sit quod nobis, & contra vos quod contra nos, sitísque fratres nostri, ut nec liceat nobis vobis damnũ inferre, aut contrarios esse, vel si hoc nolitis, tributum, de quo inter nos & vos convenerit, nobis quotannis in perpetuum quamdiu superstites utrique fuerimus, pendatis; quò oppugnemus vestri causâ omnes qui vos aggressi fuerint, aut vobis adversos se præbuerint in re aliqua quæ vel terras vestras, vel sanguines, vel opes, vel liberos spectet, [malúmque] illud à vobis repellamus, quamdiu confœderati nobis fueritis, ídque pacto à nobis confirmatum habueritis. Quod si abnueritis, non est inter nos

&

فسار خالد بن الوليد من الجزيرة علي طريق
البرية حتي قدم علي عمر ابن العاص وكانت
جيوش هرقل قد تحصنوا بغزة فلما بلغوا غزة وجه
البطريق رئيس جيش هرقل الي عسكر المسلمين
يسئلهم ان يوجهوا اليه بقايد من قوادهم ليكلمه
به فقال خالد لعمر ابن العاص ائت امضي
اليه فسار عمر وفتح له باب غزة ودخل فلما انتهي
الي البطريق رحب به وقال له ما الذي
جابكم الي بلدنا وما الذي تريدون فقال
له عمر ابن العاص امرنا صاحبنا ان نقاتلكم
الي ان تدخلوا في ديننا فيكون لكم ما لنا
وعليكم ما علينا وتكونوا اخوتنا ولا نستحل اذاكم
ولا التعرض لكم فان ابيتم فتودوا لنا
الجزية جزية درضا بها نحن وانتم في كل عام
ابدا مابقينا وبقيتم ونقاتل عنكم من ناواكم
وعرض لكم في شي من اراضيكم ودمايكم
واموالكم واولادكم ونقوم بذلك عنكم ان كنتم
في ذمتنا وكان لكم به علينا عهد فان ابيتم

فليس

فليس بيننا وبينكم الا المحاكمة بالسيف حتي
دون عن اخرنا او نصير صادرين منكم فلما سمع
البطريق كلام عمر ابن العاص وقلة اكتراثه
بما قال لاصحابه اقوم ان هذا امير القوم
فامر اصحابه اذا بلغ عمر باب المدينة ليخرج ان
يضربوا عنقه وكان مع عمر غلام اسمه وردان
وكان يحسن بالرومية لانه رومي فاخبر وردان
عمر ما سمع فقال له احتال في الخروج وان
البطريق قال لعمر ابن العاص هل في اصحابك
واحد مثلك قال له عمر اذا اقل اصحابي لعاذا
واذا هم رايا واذا اذا رسول اديت اليك ما قالو
الي اصحابي وهم عشرة رجال اجل مني وهم
يدبروا العسكر وقد ارادوا ان يكودوا في الدخول
معي اليك غير انهم وجهوني انا اليك لاسمع
كلامك فان احببت اذا اجمعك بهم لتسمع كلامهم
وتعرف اني صدقتك فعلت قال له البطريق
فافعل وفكر البطريق وقال في نفسه ان قتل جماعة
احب الي من قتل رجل واحد وارسل الي الذين كانوا
امرهم

& vos aliter quàm gladio res dijudicanda, donec vel omnes ad unum moriamur, aut quod volumus à vobis conſequamur. *Patricius* ergò ubi *Omari Ebnol Aſi* verba audiviſſet, & quantillam ipſius rationem haberet, dixit Comitibus ſuis, Suſpicor hunc populi iſtius Imperatorem eſſe, ipſiſque in mandatis dedit, ut ubi ad portam urbis exiturus perveniret, collum ipſi præciderent. Fuit autem cum *Omaro* puer, nomine *VVardan*, qui linguam *Romaicam* callebat, cùm natione *Græcus* eſſet. Narrans ergò *Omaro VVardanus* quid audierat, Dolo (inquit) utere quò egrediaris Dicente igitur Patricio *Omaro Ebnol Aſi*, Eſtne inter ſocios tuos qui tibi par ſit aliquis? Reſpondit *Omar*, Sum ego è comitibus meis linguâ maximè rudis, & conſilio mininè pollens; ſiquidem ipſe non alius ſum quàm legatus, qui quid illi mihi dixerunt ad te pertulerim: ſunt autem decem viri me præſtantiores, qui exercitum regunt, ac voluerunt quidem ipſi unà mecum ad te accedere, niſi quòd me miſerint, ut quid dicturus ſis audiam: quod ſi tibi viſum fuerit ut ipſos adducam, quò eorum verba audias, ſciáſque me verum tibi dixiſſe, hoc fecero: cui Patricius, Facias, inquit. Secum enim mente cogitavit dixítque Patricius, Satius eſt mihi ut plures quàm ut unum interficiam. Miſit ergò ad illos quos juſſerat interficere

interficere *Omarum*, ne ipsum morte ullóve malo afficerent, sperans accessuros decem ipsius comites quò ipsos è medio tolleret. *Omar* ergò portâ egressus sociis suis quomodo se res haberet, narrans, Ego (inquit) nunquam ad talem revertar. Tum, Deus Maximus est, exclamavit, ac prodeuntibus *Romanis* prælium inter ipsos commissum est, in quo versis in fugam *Romanis* magnam eorum stragem edidit, quorum vestigia insecuti *Mostemini* ipsos *Palæstinâ* & *Ordonno Hierosolyma* & *Cæsaream* fugârunt; in quibus cùm se munivissent homines illos reliquerunt, in partes *Bathniæ* tendentes, eáq; de re literas ad *AbuBecrum* scripserunt: at cùm ad ipsum adveniret nuntius, ipse vitâ excesserat, *Omaro Ebnil Chetabi* successore constituto. *AbuBecrus* siquidem ægrotans testamento *Omarum Ebnil Chetabi* designavit. Scriptum autem erat testamentum manu *Othmani Ebn Affani*. Obiit *Abu Becr* die penultimo mensis *Iomadæ* posterioris, anni *Hejræ* decimi tertii: oravit pro ipso *Omar Ebnol Chetabi*, sepultus est in iisdem ædibus quibus *Mohammed*. Fuit *Chalifatus* ipsius annorum duorum, mensium trium, dierum viginti duorum. Eo quo mortuus est die annorum fuit sexaginta trium. Fuit autem *Abu Becrus* procerus, candidus, candore tamen ad flavedinem vergente, macilentus, mystacibus raris, facie macrâ oculis

امرهم بقتل عمر الا يقتلوه ولا يعرضوا له رجاء ان يايته بالعشرة اصحابه فيقتلهم فلما خرج عمر ابن العاص من الباب اعلم اصحابه بما كان وقال لا اعود لمثل هذا ابدا ثم كبر فخرجوا الروم اليهم ووضعوا الحرب بينهم فانهزم الروم وقتل منهم مقتلة عظيمة وساروا المسلمون في اثارهم حتي طردوهم من فلسطين ومن الاردن الي بيت المقدس والي قيهاريه وتحصن بها الناس فتركوهم ومضوا الي ناحية البثنية وكتبوا بالخبر الي ابي بكر فوافاه الرسول قد مات واستخلف عمر ابن الخطاب وكان ابوبكر لما اعتل عهد الي عمر ابن الخطاب وكان العهد مكتوبا بخط عثمان ابن عفان وتوفي ابو بكر للليلتين بقيتا من جمادي الاخر سنة ثلثة عشر من الهجرة وصلي عليه عمر ابن الخطاب ودفن في البيت الذي دفن فيه محمد وكانت خلافته سنتين وثلثة اشهر واثنين وعشرين يوما وكان له يوم توفي ثلثة وستين سنة وكان ابي بكر طوالا ابيض يضرب بياضه الي صفرة نحيفا خفيف العارضين معرق الوجه

غابر العينين يخضب لحيته بالحنا والكتم لا يكاد
يمسك عليه ازاره ووزيره ابو قحافه العندس
وكان يحجبه سدين مولاه

خلافة عمر ابن الخطاب

واستخلف عمر ابن الخطاب ابن نفيل ابن عبد العزى
ابن رياح ابن عدي ابن كعب وامه حنتمة بنت هشام
ابن المغيرة ابن عبد الله ابن عمر ابن مخزوم في اليوم
الثالث الذي توفي فيه ابو بكر وذلك في ثلثة عشر
سنة من ملك هرقل ملك الروم وفي اول خلافته صير
جرجيوس بطريركا علي الاسكندرية اقام اربع سنين فلما
مع ان المسلمين غلبوا الروم وفتحوا فلسطين وانهم جايين
الي مصر ركب البحر وهرب من الاسكندرية الي
القسطنطينية وبقا كرسي الاسكندرية بعده بلا بطرك
ملكي سبعة وتسعين سنة ولما هرب صير بعده كورس
بطريركا علي الاسكندرية وكان مارونيا علي دين
هرقل وكان بالاسكندرية رجل راهب يقال له
صفرونيس فاذكر صفرونيوس مقالة كورس
البطرك وكان كورس يقول ان سيدنا المسيح طبيعتين
بشية واحدة وفعل واحد وقدوم واحد وهذه في مقالة
مارون

oculis ſubſidentibus, barbã ſuam hinnâ & cetamo tingere ſolitus, raro tegmentũ ſibi adſtructum reti-nens Conſiliarius ipſius erat *Abu Kahafæ Alſidus*. Ianitoris munere ipſi fungebatur ſervus ipſius *Sadid*.

Chalifatus *Omari Ebnil Chetabi*.

Chalifatum obtinuit *Omar* (*Ebno-l Chetabi, Ebn Nofail Ebn Abdil-aziz Ebn Riyah, Ebn Ada, Ebn Caab*, cui mater fuit *Cathima* filia *Haſhami Ebni-l Mogayaræ, Ebn Abdillahi, Ebn Omari, Ebn Machzum*) die Martis eodem quo mortuus eſt *Abu Becr*, ídque anno imperii *Heraclii* Imperatoris *Romanorum* decimo tertio, initio Chalifatus ejus conſtitutus eſt *Georgius* Patriarcha *Alexandrinus* qui quatuor annos ſedit, dein audito *Moſleminos* devictis *Romanis Palæſtinam* occupâſſe eoſdémque *Ægyptum* tendere, mari ſe committens *Alexandriâ Palæſtinam* fugit, mansítque poſt ipſum cathedra *Alexandrina* abſque Patriarchâ *Melchitâ* annos nonaginta ſeptem. Poſt ipſius verò fugam conſtitutus eſt *Cyrus Patriarcha Alexandrinus* qui *Maronita* fuit, ejuſdem cum *Heraclio* Religionis. Fuit autem *Alexandriæ* Monachus quidam nomine *Sophronius qui Cyri* Patriarchæ doctrinam improbavit. Aſſeruit *Cyrus* eſſe Domino noſtro *Chriſto* naturas duas, voluntatem unam, operationem unam, Perſonam unam, quæ eſt *Maroni* ſententia.

Accedens ergò Sophronius ad Cyrum Patriarcham, cum ipso disputatione habitâ, Si, inquit, ita res haberet quomodo tu asseris, essétque Christo voluntas una, operatio una, necessariò esset ipsi natura una, non duæ naturæ, quod asserunt *Iacobitæ*. At nos et duas voluntates, duásque operationes, prout sunt ipsi duæ naturæ, attribuimus, cùm impossibile sit, ut sit voluntas una duas habenti naturas. Si unicam haberet voluntatem, certè & unicam haberet naturam. Cùm ergò duas habeat naturas, duas etiam habet voluntates. Cui Cyrus, Tam *Theodorus* [al. *Honorius*] inquit, Patriarcha Rom. quàm Sergius Patr. Constantinopolitanus in hanc sententiam conspirârunt. Profectus ergò Sophronius Constantinopolin, occurrenti ibi ipsi Sergio Patiarchæ narravit quid inter se ac Cyrum Patriarcham Alexandrinum intercessisset. Quod miratus est Sergius Patriarcha Constantinopolitanus: at cùm post biduum ad ipsum à Cyro delata essent munera, mutatâ sententiâ suâ, adversus Sophronio factus in Cyri sententiam abiit. *Theodorus* etiam Patriarcha Romanus perversè sentiens, ipsis assensũ præbuit, asserens naturam Christi duplicem esse. Quod improbans Sophronius, Haud ita, inquit, res est. Siquidem quælibet res, [in ipso] duplex est nisi quod ad personã pertinet. Dein dixerunt, Nec duas voluntates dicimus, nec voluntatem unam: manssitq; sententia Ecclesiæ annis circiter

مارين فصار صفرونيوس الي كورش فناظره وقال
صفرونيوس لوكان الامر كماتزعم ان المسيح مشية واحدة
وفعل واحد فوجب ان يكون له طبيعة واحدة لا طبيعتين
وذلك قول اليعقوبية بل نقول ان المسيح مشيتين
وفعلين كما له طبيعتين لانه محال ان تكون مشية
واحدة لذي طبيعتين لو كان ذا مشية واحدة لكان
ذا طبيعة واحدة فلما كان ذا طبيعتين فهو ذا مشيتين فقال
له كورس ان ثاودورس بطريرك رومية وسرجيوس
بطريرك القسطنطينية موافقين لي على هذه المقالة فخرج
صفرونيوس الي القسطنطينية فقبله سرجيوس بطريرك
القسطنطينية وقص صفرونيوس عليه ما كان بينه وبين
كورس بطرك الاسكندرية فعجب سرجيوس بطرك
القسطنطينية من ذلك فلما كان بعد يومين قدمت هدايا
من كورش الي سرجيوس فانصرف عن رايه وصار مخالفا
لصفرونيوس موافقا لكورش وان ثاودورس بطريرك
رومية اسا رايه ووافقهم وقال ان طبيعة المسيح مضعفة
فانكر صفرونيوس ذلك وقال لا لان كل شي
مضعف الا ما كان من القنوم ثم قالوا لا نقول
مشيتين ولا مشية فمكث راي الكيئسة نحو
من

من سنة واربعين سنة غير متفق ثم ان صفروديوس قدم
من القسطنطينية الي بيت المقدس فخرج اليه الرهبان
واهل بيت المقدس فخرج اليه الرهبان واهل بيت
المقدس فقص عليهم قصته واعلمهم خبره ولم يكن في
بيت المقدس بطرك فصيروا صفروديوس بطريركا
علي بيت المقدس لحسن اماناته فكتب كتابا في الايمان
وبعثه الي جميع الافاق فقبله اهل الدنيا وذلك في السنة
الثانية من خلافة عمر ابن الخطاب وفي خمس سنين من
خلافته صير مقدونيوس بطريركا علي انطاكية في مدينة
القسطنطينية وكان ماروفيا فاقام بالقسطنطينية ستة
سنين ومات ولم يدخل انطاكية ولا راها وفي ستة سنين
من خلافة عمر ابن الخطاب وفي سنة ثمانية عشر من ملك
هرقل صير سرورس بطريركا علي القسطنطينية وكان مارونيا
اقام ثمان سنين وفي نسخة اخري يقول سنتين ولكن
مرطينة زوجة هرقل دفنته وكانت حسنة الامانة وصيرت
بدله بولس بطريركا علي القسطنطينية وكان ماروفيا
اقام ستة سنين ومات وبعد موته ردّ هرقل الملك صورس
البطريرك التي دفنته زوجته الي الكرسي فاقام سبع سنين
ومات وكانوا المسلمين محاصرين دمشق فلما ولي عمر
ابن

citer quadraginta sex indecisa. Dein *Sophronius Constantinopoli Hierosolyma* perveniens, obviã ipsi factis Monachis urbísq; *Hierosolymitanæ* incolis, narravit ipsis quid sibi contigisset ejúsq; historiã exposuit. Cùmque non esset *Hierosolymis* Patriarcha, muneri Patriarchali præfectus est *Sophronius* ob fidei suæ sinceritatem: scripsitque de fide libellum quem in omnes regiones misit, acceptúmq; habuerunt [totius] mundi incolæ, inq; anno *Chalifatûs, Omari Ebnil Chetabi* secundo. Anno Chalifatûs ejusdem quinto constitutus est *Macedonius* Patriarcha *Antiochenus* in urbe *Constantinopolitana*, qui *Maronita* fuit: *Constantinopoli* sex annos substitit, dein è vivis excessit, antequam *Antiochiam* vel ingressus esset vel vidisset. Anno Chalifatus *Omari Ebnil Chetabi* sexto, Imperii vero *Heraclii* decimo octavo constitutus est *Syrus* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui & *Maronita* fuit. annos octo sedit, (vel secundum aliud exemplar, duos) verum à *Martina* uxore *Heraclii*, quæ Orthodoxa fuit, in exilium pulsus est, quæ & loco ejus *Paulum* Patriarcham *Constantinopoli* præfecit. hic etiam *Maronita* fuit, annos sex sedit, dein mortuus est, post ejus obitũ restituit *Heraclius Syrum* qui à conjuge ipsius relegatus fuerat, cathedræ, quam septem annos occupavit, dein mortuus est. Obsidione autem cinxerant *Moslemini Damascum*. Cúmque Chalifatui præfectus esset *Omar Ebno'l Chetab*

scriptis

ſcriptis literis, quibus *Omarum Ebnol Aſi* præfecturâ abdicavit, eam *Chaledo Ebnil VValidi* commiſit. *Heraclius* autem *Romanorum* Imperator, qui *Damaſco Hemſum* receſſerat, ubi *Moſleminos* captis *Palæſtinâ* et *Arodiomo Bathniam* profectos eſſe audiviſſet, *Hemſo Antiochiam* diſcedēs, mandata edixit, & congregatis *Moſt Arabibus* è tribu *Gaſan*, *Iedan*, *Calb*, *Lachamo* reliquísq; qui ſub arbitrio ipſius erant *Arabibus*, Ducē ipſis præpoſuit è ſuis quendam nomine *Mahanum*, eósque *Damaſcum* miſit, ſcriptis ad *Manſurum* præfectum ſuum literis quò datis pecuniis viros (iſtos) ſibi retineret. Cùm autem *Mahan* & quæ cum ipſo eſſent copiæ, *Damaſcum* perveniſſent, dixit ipſis *Manſur*, Haud opus eſt Imperatori ingenti hoc exercitu, *Arabes* enim gens ſunt bellicoſa, et ſi qui contra ipſos prodierint pugnâ ipſos laceſſitum, exercitibus eorum ſtragem illaturi ſunt; huic autem exercitui multis opus eſt pecuniis; ac *Damaſci* non ſunt quas ipſis erogemus (quod ad ipſos differendos, ac, dolo malo ab ipſo factum autumant nonnulli, quò homines, audientes non eſſe *Damaſci* quas ipſis elargiretur pecunias, diſſiparentur, ac *Damaſcus Moſleminis* traderetur.) Cui *Mahan*, Trade nobis (inquit) quæ penès te ſunt pecunias, nos autem ad Imperatorem ſcribentes certiorem eum faciemus non eſſe *Damaſci* nummos; ut ſi

ipſi

ابن الخطاب كتب فعزل عمر ابن العاص عن الامرة
وقلد خالد ابن الوليد وكان هرقل ملك الروم
قد نهضا من دمشق الي حمص فلما سمع هرقل ان
المسلمين قد فتحوا فلسطين والاردن وصاروا الي البثنية
خرج من حمص الي انطاكية ففرض الفروض واستجلب
المستعربة من غسان وجذام وكلب ولخم
وكل من قدر عليه من الاعراب وامر عليهم قايدا من
قواده يقال له ماهان وبعثه بهم الي دمشق وكتب
الي منصور عامله يمسك عليه الرجال بالمال فلما
وافا ماهان ومن معه من العساكر الي دمشق قال له
منصور لم يكن الملك محتاج الي هذا العسكر العظيم
لان العرب انما هم قوم غزاة ولو كان يخرج اليهم رجال
ليقصدوهم الحرب لقتلوا عساكرهم وهذا العسكر يحتاج
الي مال كثير وليس بدمشق مال فعظم عليهم فقال
بعضهم انما قال منصور هذا منافعة منه وخبث
ولعنة لتسمع الرجال ان ليس بدمشق مال يعطيهم
فيتفرقوا ويسلم دمشق الي المسلمين فقال له ماهان
اعطينا انت ماعندك من المال ونحن نكتب
الي الملك نعلمه ان ليس بدمشق مال فان
كان

كان الملك يحتاج الي الرجال احتال في المال
ووجه به اليهم من اي وجه كان ثم بلغ ماهان
ان العرب قد خرجوا من طبرية يريدون دمشق فجمع
عسكره وخرج من دمشق وسار يومين ثم نزل علي وادي
كبير يقال له وادي الرمان ويقال للموضع الجولان ويعرف
بالهاقوصة وصير الوادي بينه وبين العرب شبيه الخندق
فاقاموا اياما والعرب بحذائهم وبعد ايام خرج منصور
العامل من دمشق يريد عسكر ماهان ومعه مال قد جباه
من دمشق ليعطي الرجال فبلغ الي العسكر بالليل
وكان معه خلق كثير من اهل دمشق بالمشاعل فلما
قربوا من العسكر ضربوا بالطبول وبوقوا اوصاحوا وكان
ذلك من منصور مكيدة ولعنة فلما نظروا الروم الي
المشاعل خلفهم وسمعوا اصوات الطبول والبوقات توهموا
ان العرب قد جاوزهم من خلفهم وكبسوهم فوقعت
فيهم الهزيمة فسقطوا كلهم في ذلك الوادي اعني
وادي الرمان وهو وادي عظيم كبير فماتوا ولم يتخلص
منهم الا نفر قليل ومنهم من هرب الي مواضع شتا ومنهم
من رجع الي دمشق ومنهم من هرب الي بيت المقدس
ومنهم من هرب الي قيصارية فلسطين
والذين

ipſi viris opus fuerit, aliquam pecunias acquirendi rationem excogitet, eáſque ad illos quocunque tandem modo mittat. Cùm autem audiviſſet *Mahan*, *Arabes Tiberiade* egreſſos *Damaſcum* tendere, collectis copiis ſuis *Damaſco* profectus bidui iter emenſus eſt, dein caſtrametatus eſt ad vadum quoddam magnum *VVadil Ramad* dictum, loco cui nomen *Aljaulan*; ac vulgò *Yakuſah*, fuítq; vadū inter ipſum & *Arabes* inſtar foſſæ. Ibi igitur diebus aliquot ſubſtiterunt, *Arabibus* ipſis ex adverſo poſitis. At poſt dies aliquot *Manſurus* præfectus, *Damaſco* egreſſus, *Mahani* exercitum petiit, pecunias ſecum afferens quas ibi collegerat, ut militibus eaſdem diſtribueret. Noctu autem ad exercitum pervenit, multis ipſum è *Damaſci* incolis comitantibus qui lucernas geſtarent, cúmq; ad exercitū propiùs acceſſiſſent, tympana pulſarent, & buccinis clangerent, ac clamorem ederent. Quod etiam à *Manſuro* malâ fraude factum. *Romani* autem viſis ponè ſe lucernis, auditóq; tympanorum & tubarum ſtrepitu, ſuſpicati *Arabes* à tergo ipſos aggreſſuros ac circundaturos, in fugam converſi omnes in torrentē iſtum, ſc. *VVadil Remad*, qui torrens eſt valdè magnus, incidentes, perierunt; paucis admodum ex ipſis evadentibus, quorum aliqui in loca diverſa fugâ ſe proripuerunt; alii *Damaſcum* reverſi ſunt, alii *Hieroſolyma*, alii *Cæſaream Palæſti-*

næ fugerunt. Qui autem *Damaſcum* abierunt è *Romanis*, timentes ne à *Moſleminis* obſidione cingerentur, cibis, atq; opſoniis, & id genus aliis quæcunq; potuerũt intrò receptis, ad portas, balliſtas & machinas ſtatuerunt, quibus milites præfecerunt; dein ad *Heraclium* Imperatorem ſcribentes opem ab ipſo petierunt, ipſúmque certiorem fecerunt quid ipſis fecerat *Manſurus*, ac quibus erga ipſos inſidiis uſus virorum ſtragem edidiſſet. *Mahan* verò ad *Heraclium* Imperatorem redire veritus, ne ab ab ipſo interficeretur, fugâ ſe in montem *Sina* recipiens, vitam Monaſticam amplexus eſt, adſcito ſibi nomine *Anaſtaſio*. Eſtque ipſe auctor Sermonis quo Pſalmum è *Davidicis* ſextum interpretatus eſt. Ubi autem *Damaſcum* perveniſſent *Moſlemini*, caſtra poſuit *Chaled Ebnol VValid*, ad portam Orientalem; *Abu Obaida Ebnol Iarahi*, ad portam *Iabiæ*; *Amrus Ebnol Aſi*, ad portam *Thomæ*; *Yazid Ebn Abi Sofyan*, ad portam parvam, uſque ad portam *Ciſan*. Urbem ergò obſidione cinxerunt ſex menſibus, unico excepto die, prodeuntibus quotidie *Græcis* è portis, pugnáque eos laceſſentibus. Quâ de re cùm per literas *Omarum Ebnol Chetabi* certiorem feciſſent, ille reſcriptis literis *Chaledum Ebnal VValid* Imperio abdicavit, rebus *Abu Obaidam Ebn Iarrahi* præficiens. Cùm verò obſidione arctarentur *Damaſceni*, profectus

Manſur

والذين هربوا الي دمشق من الروم خافوا ان يحاصروهم
المسلمون فادخلوا ماقدروا عليه من طعام وادام وما
اشبه ذلك ووضعوا علي ابواب دمشق العرادات
والمنجنيقات واقاموا عليها المقاتلة وكتبوا الي
هرقل الملك يستمدونه ويعلموه مافعل بهم منصور
وكيف احتال عليهم حتي قتل الرجال فاما ماهان
فخاف ان يرجع الي الملك هرقل فيقتله فهرب الي
طور سيناوترهج وسما نفسه ادهطايشوس وهو صاحب
المصر الذي فهر فيه المزمور السادس من
زبور داوود فاما المسلمين فلما وافوا دمشق نزل
خالد ابن الوليد بباب الشرقي ونزل ابو عبيدة
ابن الجراح بباب الجابية ونزل عمر ابن
العاص بباب توما ونزل يزيد ابن ابي سفيان
بباب الصغير الي باب كيسان فاقاموا علي حصار
دمشق ستة اشهر الايوم وكان الروم يخرجون
اليهم في كل يوم من باب فيقتتلوا فكتبوا بالخبر
الي عمر ابن الخطاب فكتب عمر ابن الخطاب فعزل
خالد بن الوليد وقلد الامرة ابا عبيدة ابن الجراح فلما
اجهد اهل دمشق الحصار صعد منصور
عامل

عامل دمشق على الباب الشرقي فكلم خالد ابن
الوليد ان يعطي الامان له ولاهله ولمن معه ولاهل
دمشق سوا الروم حتي يفتح ابواب دمشق فاجابه
خالد ابن الوليد الي ما سال وكتب له اما هذه
نسخة هذا كتاب من خالد بن الوليد لاهل
مدينة دمشق اني قد امنتكم علي دمايكم
وديارکم واموالكم وكنايسكم الا تهدم
ولا تسكن وتسلم عليكم ودفع اليه القرطاس ففتح
منصور باب الشرقي لخالد ابن الوليد فدخل المدينة
وصاح علي اصحابه اغمدوا السيوف فلما دخل اصحاب
خالد ابن الوليد المدينة كبروا فسمعوا الروم المقاتلة
المقيمون علي الابواب الكبير فعلموا ان منصور
قد فتح الباب ودخل العرب المدينة فخلوا
عن الابواب وهربوا فدخل ابو عبيدة ابن الجراح
بالسيف من باب الجابية ودخل يزيد
ابن ابي سفيان من باب الصغير ايضا بالسيف
ودخل عمر ابن العاص من باب توما بالسيف
فقاتل عليه ساعة قتالا شديدا وقتل
من الفريقين علي باب توما خلق
كثير

Manſur Damaſci præfectus ad portam orientalem, *Chaledum Ebn Walid* rogavit, ut ſibi ſuíſque, & qui cum ipſo eſſent, nec non *Damaſci* incolis, exceptis *Romanis*, ſecuritatem concederet, qui ipſi *Damaſci* portas aperiret. Cui in eo quod petiit annuens *Chaled*, literas ſecuritatis ipſi perſcripſit, quarum hoc eſt exemplar. Libellus iſte [datus] eſt à *Chaledo Ebn Walid*, Urbis *Damaſci* incolis; [*Notum ſit*] me vobis ſecuritatem præſtitiſſe quod ad vitas veſtras, domóſque, ac opes, & Eccleſias veſtras ne diruantur, vel inhabitentur, ſed pacificè vobis concedantur. Quam cùm *Manſuro* chartam tradidiſſet ipſe *Chaledo* portam orientalem adapuerit: qui ergò urbem ingreſſus ſocios ſuos inclamans, Gladios (inquit) veſtrós recondite. Ingreſſi autem *Chaledi Ebn Waledi* milites urbem, Deum Optimum Maximum [voce altâ] celebrârunt. Milites igitur *Greci* qui ad portas conſtituti fuerant, cùm, auditâ celebratione iſtâ, nôſſent *Manſurum* apertâ portâ *Arabes* in urbem intromiſiſſe, deſertis portis fugerunt. Ingreſſus eſt ergò *Abu Obaidah Ebnol Iarahi* urbem gladio ſtricto ad portam *Iabiæ*; *Iazid Ebn Abi Soſyan*, gladio etiam ſtricto, portâ parvâ; *Omar Ebnol Aſi*, gladio ſtricto, portâ *Thomæ*: ubi ad tempus acri pugnâ dimicavit, cæſis ex utroque exercitu ad portam *Thomæ* magnâ hominum

hominum multitudine; nec desierunt *Mohammedani* cædere, & captivos facere. Occurrerunt autem *Chaled Ebno'l Walid*, *Abu Obaidah*, *Ebnol Iarahi*, *Yazid Ebn Abi Sofyan*, & *Amrus Ebnol' Asi*, [loco dicto] *AlZiyanain*. Fuítque in manu *Mansuri* libellus expansus. Narravit ergò illis *Chaled Ebnol Walid*, quam [*Damascenis*] securitatem concessisset. Dicentéque *Yazado Ebn Abi Sofyan*, Hoc securitatis [pactum] ratum non habemus; responderunt *Abu Obaidah* & *Omar Ebnol' Asi*, Nos ipsum ratum habemus, comitibus suis exclamantes, Gladios recondite; *Yazadus* verò sociis suis, Ne recondatis. Dixit *Amrus* Ebnol *Asi*, Consentiamus deditione captam esse urbem; quod cùm omnibus placeret, dixit illis *Mansur*, Hoc mihi statim testatum facite: libellóque ergò inscriptum est, Testati sunt, *Abu Obaidah Ebnol Iarahi*, *Yazid Ebn Abi Sofyan*, *Amrus* Ebnol *Asi*, & *Sarjabil* Ebn *Hajanæ*: accepítque *Mansur* libellum. Militum autem *Græcorum* quotquot evaserunt, ad *Heraclium* Imperatorem, *Antiochiam* accesserunt. *Heraclius* autem Imperator audito captam esse *Damascum*, Vale (inquit) O *Syria*. i. Vale *Damasce Syria*, *Constantinopolim* usque profectus est, ídque anno *Chalifatûs*, *Omari Ebnil Chetabi* tertio. *Mansurum* autem *Damasci* præfectum ob mala ipsius facta, quódque *Græcis* in causâ fuit ut occiderentur, &

Mohammedani

كثير فلم تزل المسلمون يقتلون ويأسرون فالتقا
خالد ابن الوليد وابو عبيدة ابن ابي سفيان وعمر
ابن العاص عند الزيادين والكتاب منشور
بيد منصور فاخبرهم خالد بن الوليد بالذي اعطاهم
من الامان فاختلفوا فقال يزيد ابن ابي سفيان
لا نجيز هذا الامان وقال ابو عبيدة وعمر ابن
العاص قد اجزناه وصاحوا على اصحابهم
اغمدوا سيوفكم وقال يزيد لاصحابه لا تغمدوا
فقال عمر ابن العاص نجعله صلحا فرضوا
كلهم بذلك فقال لهم منصور فاشهدوا لي
الساعة فكتب في الكتاب شهد ابو عبيدة ابن
الجراح ويزيد ابن ابي سفيان وعمر ابن
العاص وسرجبيل ابن حسنة واخذ منصور الكتاب
وكل من افلت من الروم من المقاتلة لحق
هرقل الملك باطاكية فلما سمع هرقل
الملك بان دمشق قد فتحت قال عليكي
السلام يا هوريا يعني عليكي السلام يا دمشق
الشام ثم سار حتى دخل القسطنطينية
وذلك في الثالثة من خلافة عمر

ابن الخطاب واما منصور العامل علي دمشق
فلهو فعله وما عمل بالروم حتي قتلوا واعان المسلمين
عليهم لعنوه جميع البطارقة والاساقفة في الدنيا
كلها فقدم البشير الي عمر ابن الخطاب بعد سبعة
ايام يخبره بفتح دمشق فكتب عمر ابن الخطاب
الي عمر بن العاص ان يصير بجنده الي فلسطين
وكتب اني قد استعملت يزيد ابن ابي سفيان
علي دمشق وشرحبيل ابن حسنة علي الاردن
وابا عبيدة ابن الجراح علي حمص وسار عمر ابن
العاص الي فلسطين وشرحبيل الي الاردن
وسار ابو عبيدة ابن الجراح الي بعلبك
فقالوا له نحن علي ما صالحتم عليه اهل دمشق
غير مخالفين فكتب لهم الامان ودخل حمص
وكتب لاهل حلب الامان ودعت المدائن
كلها الي الصلح ثم اتصل بالمسلمين قدوم عمر
ابن الخطاب فخلف ابو عبيدة ابن الجراح عياض
ابن غنم علي اصحابه وخلف يزيد ابن ابي سفيان
معوية بن ابي سفيان علي اصحابه وخلف عمر ابن
العاص ابنه عبد الله علي اصحابه
ولقوا

Mohammedanis contra ipſos opem tuliſſet anathemate percuſſerunt omnes Patriarchæ & Epiſcopi per univerſum terrarum orbem. Poſt dies autem ſeptem pervenit ad *Omarum Ebnil Chetabi* nuntius, certiorem ipſum faciens captam eſſe *Damaſcum*. Scripſit ergò *Omar Ebnol Chetabi* ad *Amrum Ebnol Aſi*, ut exercitum ſuum *Palæſtinam* abduceret; ſcripſitque, *Yazidum Ebn Abi Safyan Damaſco* præfici; *Serjabilum* fil. *Haſanæ*, *Oroddano* [regioni *Iordanis*;] *Abu Obaidæ Ebnol Iarahi*, *Hamſo*. Profectus eſt ergò *Amrus Ebnol Aſi*, *Palæſtinam*; *Sarjabil*, *Oroddanum*; *Abu Obaidæ Ebnol Iarahi*, *Baalbecum*; [cujus incolæ] ipſi dixerunt, Nos eaſdem conditiones, quas *Damaſcenis* pacti eſtis, ſine contradictione amplectimur; quare ſecuritatem ipſis ſcripto conceſſit. Tum *Hamſum* profectus eſt, cujus etiam incolæ, dixerunt, Et nos eaſdem quibus cum *Damaſcenis* pacem feciſtis conditiones amplectimur: quibus etiam [libellum] ſecuritatis ſcribens urbem ingreſſus eſt. Urbis etiam *Halebi* incolis libellum ſecuritatis ſcripſit; omnéſque paſſim urbes ut ſe deditione acciperet petierunt. Deinde, cùm ad *Mohammedanos* perveniſſet [nuntius] de *Omari Ebnil Chetab* adventu, *Abu Obaidæ Ebno'l Iarahi* comitibus ſuis *Aiyas Ebn Ganam* præfecit; *Yazid Ebn Abi Sofyan* ſuis *Mawian Ebn Abi Sofyan*; *Amrus Ebnol Aſi* ſuis filium ſuum *Abdollahum*; ipſi

Omaro Ebnil Chetabi, obviam euntes: tum omnes *Hierosolyma* profecti obsidione urbem cinxerunt. Prodiit ergò ad *Omarum Ebnil Chetabi Sophronius* Patriarcha *Hierosolymitanus*, cui securitatem concessit *Omar*, ipsíque libellum scripsit, cujus hoc exemplar est, In nomine Dei misericordis, miseratoris, *Ab Omaro Ebnil Chetabi*, urbis *Æliæ* incolis. Securos fore ipsos quod ad vitas suas, & liberos, opes, & Ecclesias suas; illas scil. nec dirutum iri, nec habitatum: testésque adhibuit. Apertâ ergò ipsi portâ urbem ingressus *Omar* cum comitibus suis, sedit in penetrali [templi] Resurrectionis. Cúmque adesset tempus precationis, dixit *Sophronio* Patriarchæ, Orare cupio. Cui Patriarcha, O Imperator fidelium eo quo es loco ora. Dixit *Omar*, Nolo hîc orare. Educto ergò ad templum *Constantini* regetem projecit in templi medio; at *Omar*, Nec hîc, inquit, orare volo. Egressúsque ad gradus qui sunt ad portam Ecclesiæ Sancti *Constantini* quà Orientem respicit, ibi solus super gradus oravit: dein considens dixit *Sophronio* Patriarchæ, Nostin' O Patriarcha, quare intra templum non oraverim? Respondit ille, Haud equidem novi, O Imperator fidelium. Dixit illi *Omar*, Si intra templum orâssem periisset tibi illud, ac è manibus tuis exiret, *Mohammedanis* post discessum meum tibi illud eripientibus; ac jam dicturi

ولقوا عمر ابن الخطاب ثم صاروا جميعا الي بيت
المقدس فحاصروها فخرج صفرونيوس بطرك بيت
المقدس الي عمر ابن الخطاب فاعطاه عمر ابن
الخطاب الامان وكتب له كتابا هذه نسختة بسم
الله الرحمن الرحيم من عمر ابن الخطاب لاهل مدينة
ايليا انهم امنون علي دمايهم واولادهم واموالهم
وكنايسهم لا تهدم ولا تسكن واشهد الشهود وفتح باب
المدينة له فدخل عمر ابن الخطاب المدينة واصحابه
فجلس في صحن القيامة فلما حضرت الصلاة قال
لصفرونيوس البطريرك اريد اصلي فقال له البطرك يا
امير المومنين صل موضعك فقال له عمر ليس اصلي
هاهنا فاخرجه البطريرك الي كنيسة قسطنطين وطرح
له حصيرا في وسط الكنيسة فقال له عمر لا ولا هاهنا اصلي
ايضا فخرج عمر الي الدرجة التي علي باب كنيسة
مار قسطنطين مما يلي الشرق فصلي وحده علي الدرجة
ثم جلس وقال لصفرونيوس البطريرك تدري يا بطرك
لم لا اصلي داخل الكنيسة قال له يا امير المومنين لا اعلم
بذلك فقال له عمر لو صليت داخل الكنيسة كادت تتلف
عليك وتخرج عن يديك وكادوا المسلمين ياخذوها منك
بعدي

بعضي ويقولون معا هاهنا صلي عمر ولكن اتيني
بقرطاس فاكتب لك سجلا فكتب عمر سجلا علي
ان لايصلي احد من المسلمين علي الدرجة الا واحد
واحد ولا تجتمع فيها صلاة ولايؤذن عليها وكتب
بذلك سجلا ودفعه الي البطرك ثم ان عمر
قال له قد وجب لي عليك حق وذمام فاعطني
موضعا ابني فيه مسجدا فقال له البطريرك
اما اعطي امير المومنين موضعا يبني فيه مسجدا
عجزوا ملوك الروم عن بناءه وهي الصخرة التي كلم
الله يعقوب عليها وسماها يعقوب باب السما
وسماها بنو اسرايل قدس القدس وهي في وسط الارض
وكان هيكلا لبني اسرايل وكانوا بنو اسرايل
يعظمونها وحيث ماكانوا ان اصلوا تكون وجوههم
اليها علي ان تكتب لي سجلا ان لا يبني في
بيت المقدس غير هذا المسجد وحده فكتب عمر
ابن الخطاب له بهذا سجلا ودفعه اليه وكانوا
الروم لما تنصروا وبنت هيلانة ام قسطنطين الكنايس
في بيت المقدس كان موضع الصخرة وحولها خراب

فترك

dicturi ſunt, Hîc oravit *Omar*. Verùm affer mihi chartam, quò tibi ſyngraphan ſcribam. Scripſit ergò *Omar* ſyngraphan [quâ juſſit] ne oraret *Mohammedanorum* aliquis ſuper gradus, niſi ſingulatim; néve ibi ad preces convenirent; neque ſuper ipſis ad preces præconis voce convocarentur: hac de re conſcriptam ſyngraphan Patriarchæ tradidit. Tum & illi dixit *Omar*, Eſt quod mihi à te fœderis jure debeatur; Locum ergò mihi concede in quo templum extruam. Cui Patriarcha, Ego, inquit, locum Imperatori fidelium concedam in quo templum extruat, (cui extruendo *Græcorum* Imperatores impares fuerunt, viz. Petram in qua Deus *Iacobum* allocutus eſt, quam appellavit *Iacobus* Portam cœli; *Iſraelitæ* autem Sanctum Sanctorum. Eſtque ipſa in terræ medio, fuitque Sacrarium *Iſraelitis*; qui magna ipſam in veneratione habent, atque ubicunque fuerint, inter orandum facies ſuas ad ipſã converſas.) hâc conditione ut mihi Syngraphan ſcribas, ne intra *Hieroſolyma* extruatur præter illud Adaratorium [*Mohammedicum.*] Scripſit ergò *Omar Ebnol Chetabi* hâc de re Syngraphan quam ipſi tradidit. Siquidem cùm *Romani* religionem Chriſtianam amplexi eſſent, ædificarétque *Helena Conſtantini* mater, *Hieroſolymis* Eccleſias; fuerunt Petræ locus ipsíque adjacentia vaſtata, ideóq; relicta.

relicta. Petræ autem pulverem injecerant adeo ut ſuper ipſam grande eſſet ſterquilinium. ideóq; ipſam neglectui habuerunt *Romani*, neque ipſi eum quem ſolebant *Iſraelitæ* honorem detulerunt, neque ſupra ipſam Eccleſiam ſtruxerunt, eò quod dictum ſit à Domino noſtro *Chriſto* in Evangelio Sancto, *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta*: nec non, *Non relinquetur hîc lapis ſuper lapidem qui non diruatur ac vaſtetur*. Hanc ob cauſam reliquerunt Chriſtiani ipſam deſertam, nullâ ſuper ipſam extructâ Eccleſiâ. *Sophronius* ergò Patriarcha *Omarum Ebnol Chetabi* manu prehenſum, ad ſterquilinium deduxit. *Omar* autem veſtis ſuæ orâ prehenſa ipſam pulvere implevit, quem in vallem *Gehennæ* projecit. *Mohammedani* ergò conſpicientes *Omarum Ebnol Chetabi* gremio ſuo pulverem geſtâſſe, ipſi ſepoſitâ morâ omnes gremiis etiam ſuis, veſtibus, clypeis, corbibus, atque urceis abſportârunt, donec mundato ac purgato loco appareret petra. Tum dicentibus nonnullis, Ædificemus templum ita ut petram ad *Keblah* ſtatuamus; dixit *Omar*, Nequaquam, verùm ita templum ſtruemus ut petram ad partem ipſius poſteriorem collocemus. Struxit ergò *Omar* templum cujus in parte poſteriore petram ſtatuit. Deinde *Bethleem* ad eam viſendam profectus, cùm adeſſet orationis tempus intra Eccleſiam

oravit

فترك ورموا علي الصخرة التراب حتي صار فوقها
مزبلة عظيمة وادما تركوها الروم ولم يعظموها كما
كادوا بنو اسرايل يعظموها ولم يبنوا عليها
كنيسة لقول سيدنا المسيح في الجبلة الطاهر ان
هونا يترك لكم بيتكم خرابا وقال ايضا انه
لا يبقا هاهنا حجر علي حجر الا يهدم ويخرب فلهذه
الجهة تركوها النصاري خرابا ولم يبنوا عليها
كنيسة واخذ صفرونيوس البطرك بيد عمر بن الخطاب
فاوقفه علي المزبلة فاخذ عمر بطرف ثوبه فملاه
ترابا ورما به في وادي جهنم فلما نظروا المسلمون
الي عمر ابن الخطاب قد حمل التراب في حجره لم
يتاخر احد من هولايك المسلمين حتي حمل التراب في
حجره وفي الثياب والاقراس وفي الزنابيل والاجانين
حتي دقوا الموضع ونظفوه واستبانت الصخرة فقال
قوم نبني المسجد ونصير الصخرة في القبلة فقال عمر لا
بل نبني المسجد ونصير الصخرة في اخر المسجد فبنا
عمر المسجد وصير الصخرة في اخر المسجد ثم ذهب عمر
الي بيت لحم لينظرها فحضرته الصلاة فصلي داخل

الكنيسة

الكنيسة عند الكنيسة القبلية وكانت الكنيسة كلها منقوشة
بالفسيفسة وكتب عمر للبطرك سجلا ان لايصلي
في هذا الموضع من المسلمين الا رجل واحد بعد واحد
ولا يجمع فيه صلاة ولا يؤذن فيه ولا يغير فيه شي
وفي عصرنا هذا خالف المسلمون سجل عمر ابن الخطاب
فقلعوا الفسيفسة من الكنيسة وكتبوا فيها ما احبوا وجعلوا
الصلاة واذنوا فيها وكذلك فعلوا في الدرجة التي
كانت علي باب كنيسة قسطنطين التي صلي
عليها عمر واخذوا نصف دهليز الكنيسة وبنوا
فيه مسجدا وسموه مسجد عمر ومات صفرونيوس
بطرك بيت المقدس وكان له وهو بطرك اربع
سنين ومن حينئذ توفي بقي بيت
المقدس بعد موته بلا بطرك تسعة وعشرين سنة وامر
عمر بن الخطاب لعمر ابن العاص ان يتجهز ويمضي
الي مصر وعهد اليه اذا اتاه كتابه وهو في
ارض الشام ان يقيم ولايبرح وان وافاه
الكتاب وهو في ارض مصر ان يمضي لوجهه ثم
رجع عمر ابن الخطاب من بيت المقدس الي المدينة وخرج

ابو

oravit ad arcum Auſtralem. Erat autem arcus totus opere teſſellato variegatus. Scripſitque *Omar* Patriarchæ ſyngrapham ne orarent loco iſto *Mahommedani* niſi ſinguli, alius poſt alium, néve ad orandum ibi coirent, neque ad preces præconis voce convocarentur; neque mutaretur in eo quicquam. At tempore hoc noſtro contra ierunt *Mahommedani Omari Ebnol Chetabi* ſcripto. Nam & ſublato opere variegato ab arcu, quicquid ipſis viſum fuit ibidem ſcripſerunt, & ad preces coiërunt, hominibus præconis voce convocatis. Idémque fecerunt etiam in gradibus qui juxta portam Eccleſiæ *Conſtantini* fuerant, ſuper quos oravit *Omar*, ſibíque ſumentes dimidium veſtibuli Eccleſiæ in ipſo Oratorium extruxerunt, quod Oratorium *Omari* vocitârunt. Porrò mortuus eſt *Sophronius* Patriarcha *Hieroſolymitanus*, poſtquam munere illo quatuor annis functus eſſet. Poſt mortem autem ipſius ex quo deceſſit manſerunt *Hieroſolyma* abſque Patriarcha, annos viginti novem. Iuſſit autem *Omar* Ebnol Chetabi *Amrum* Ebnol *Aſi* paratis copiis *Ægyptum* proficiſci; præcepítque ei ut ſi cùm ad ipſum pervenirent literæ ipſius in ditione *Syriæ* eſſet, ſubſiſteret nec ulterius pergeret; ſin ad ipſum perferrentur poſtquam *Ægypti* fines ingreſſus eſſet, progrederetur. Tum reverſus eſt *Omar* Ebnol Chetabi ab *Hieroſolymis Medinam. Abu*

Obaidah autem *Ebnol Iarahi Hamſum*; dein *Hamſo Kenaſrinum* profectus eſt. Scripſítque ad ipſum *Kenaſrini* Patricius, ſibi unius anni inducias petens, quo ad *Heraclium* Imperatorẽ accederent homines, utq; qui ibi manerent in fœdus & pactũ reciperentur. Cui cum annuiſſet *Abu Obaidah* rogavit Patricius *Abu Obaidam* ut columnã ſtatueret inter *Græcos* & *Mohammedanos* erectã, quam neq; tranſire *Mohammedanis* ad *Græcos* liceret, nec *Græcis* ad *Mohammedanos*, qua in columna effigiem *Heraclii* Imperatoris [throno] regio inſidentis pinxerant. Quod & acceptum habuit *Abu Obaidæ*. Dum autem equis conſcenſis è *Mohammedanis* quidam equitandi arte ſe exercerent, ecce *Abu* Handali *Ebn Saheli Ebn Amri* pleno impetu equo ſuo vectus, manu haſtam tenens columnam iſtam atque effigiem tranſiit, ferrúmq; quod ad inferiorem haſtæ ſuæ partem eſſet, oculo effigiei, haud datâ operâ, infigens ipſi oculũ confodit. *Patricius* ergò *Kenaſrini* accedens dixit *Abi Obaidæ*, Fraudem nobis feciſtis ô turba *Moſtemorum*, violatâ pace, atque induciis quæ inter nos erant ſolutis. Dicente *Abu Obaidâ*, & quiſnam ipſũ violavit? Reſpondit *Patricius*, ille qui Regis noſtri oculum *confixit*. Dixit *Abu Obaidah*, Quid ergò vultis? Reſponderunt, Non aliter placabimur quàm ſi Regis veſtri oculus eruatur. Dixit *Abu Obaidah*, ſtaturam meam ponite loco iſtius; deinde quid

ابو عبيدة ابن الجراح الي حمص وصار من حمص
الي قنسرين فكتب اليه بطريق قنسرين يسيله
الموادعة علي ذمة هدنة لماحف الناس بهرقل الملك
ومن اقام فيها فهو ذمة وصلح فاجابه ابو عبيدة الي
ذلك وسال البطريق اباعبيدة ان يجعلوا عاما ودا
قايما بين الروم وبين المسلمين وليس للمسلمين ان
يجوزوا ذلك العامود الي الروم ولا الروم ان يجوزوا
الي المسلمين عن ذلك العود وصوروا في ذلك
العود صورة الملك هرقل جالس في ملكه فرضي
بذلك ابو عبيدة وبينما نفر من المسلمين علي خيلهم
يتعلمون الفروسية اذ مر ابو جندل ابن سهل
بن عمر علي فرسه ملا فروجه وفي يده رمحه فمر
بذلك العامود وتلك الصورة فنصب رمحه في عين
تلك الصورة غير معتمد لذلك ففقا عين التمثال
فاقبل بطريق قنسرين فقال لابي عبيدة غدرة ردا
يا معشر المسلمين وتقضتم الصلح وقطعتم الهدنة
التي كانت بيننا وبينكم فقال ابو عبيدة ان
نقضه فقال البطريق الذي ففقا عين تمثالنا
فقال

فقال ابو عبيدة فما تريدون فقالوا لا نرضي حتي تفقا عين
ملككم فقال ابو عبيدة صوروا بدل صورتكم هذه صورتي
ثم امتنعوا بي ما احببتم وما بدا لكم قالوا لا نرضي بصورة
الا بصورة ملككم الاكبر فاجا بهم ابو عبيدة الي ذلك
فصورت الروم بمثال عمر ابن الخطاب في عمود واقبل رجل
منهم ففقا عين الصورة برمحه فقال البطريق قد انصفنا وبا
بعد هذه اقاموا علي الصلح والذمة وفتح عياض ابن
غنم الجزيرة والرقة والرها بالامان والصلح وفتح المغيرة
ابن شعبة اذربيجان بالسيف والمغيرة هو اول من سما
عمر ابن الخطاب امير المومنين لان الناس كانوا بعد موت
محمد يسموا ابا بكر خليفة رسول الله واذا كتبوا اليه
يكتبوا الي خليفة رسول الله من فلان فلما ولي عمر
ابن الخطاب كانوا يسمونه خليفة خليفة رسول الله
وكانوا مالة يكتبوا اليه الي خليفة خليفة رسول الله
من فلان فلما ولي عمر ابن الخطاب المغيرة ابن شعبة علي
البصرة كتب اليه لعبد الله عمر ابن الخطاب امير
المومنين فانكر ذلك عمر ابن الخطاب ولم يعرفه ثم انه
قال انا عبد الله وانا عمر بن الخطاب وانا
امير المومنين قد صدق المغيرة ابن شعبة فسمي
عمر

quid vobis libuerit ac visum fuerit facite. Respõderunt, non alia nobis imago placebit quàm Regis vestri maximi, in quo annuente ipsis *AbuObaidâ* cùm fecissent Græci statuam *Omari Ebnil Chetabi* accedens ex ipsis quidam hastâ oculum ipsi confixit. Tum *Patricius*, Nunc, inquit, justè nobiscum egistis. Anno igitur exacto pacem & fœdus observarunt. Cepit autem *Aiyad*, *Mesopotamiam*, *Rakkam* & *Roham*, securitate ipsis & pace pacta. *Almogirah* autem *Aderbijanum* gladio expugnavit. Primus autem fuit *Almogirah* qui *Omarum Ebnil' Chetabi*, *Amirol Mumenin*, seu, Imperatorem fidelium appellavit. Homines siquidem mortuo *Mahummede Abu Becrum*, *Chalifam*, seu vicarium Nuntii Dei vocitabant. Cúmque ad ipsum scriberent ipsius præfecti scribere solebant, Vicario nuntii Dei, à N. &c. Cùm ergò imperium obtinuisset *Omar Ebnol' Chetabi* ipsum vicarium vicarii nuntii Dei insigniverunt: & cùm ad ipsum literas darent scribebant præfecti ipsius, Vicario vicarii Nuntii Dei à N &c. At cùm *AlMogiram Ebn Shaabæ Basoræ* præfecisset, ita ille ipsi scripsit, Servo Dei, *Omaro Ebnil Chetabi*, fidelium Imperatori; quod ægrè [primò] tulit *Omar Ebnol Chetabi*, neque agnovit: Dein dixit, Ego sum servus Dei, Ego *Omar Ebnol Chetab*, Ego fidelium Imperator; verum dixit *AlMogirah Ebn Shaabæ*. Appellatus est ergò

ergò *Omar Ebnol Chetabi Amirol Mumenin*, seu Imperator fidelium: atque ex eo tempore insigniti sunt *Chalifæ* titulo, *Amirol Mumenin*. *Yazdejird* autem *Persarum* Rex auditu certior factus de adventu *Saadi Ebn AbiVVakkasi*, familiam suam ac thesauros in *Sinam* deportari jussit; copiis numero paucis, ac facultatibus modicis retentis; præfectóque *AlMadayeno Chorado AlVzdi* fratre *Rostami*, *Rostamum* misit oppugnatum *Saadum* Ebn *Abi VVakkasi*. Ille ergò *Kadesiæ* sedem figens ibi permansit, donec occideretur. Quod ubi *Yazdejirdo* nuntiatum esset, viderétque quàm erga ipsum obliqui essent populus, atq; exercitus sui, quamq; immorigeri, ac periisse exercitus sui primarios, atq; inter ipsos discordiam esse, pro certo habuit retro ire regnum suum; quare in *Persiam* profectus inde *Merau* versus per viam *Sejestani* perrexit, donec ibi interficeretur; neque unquam bellorum & dissensionum expers fuit usque dum occideretur. Regnavit autem annos viginti. *Omar* autem *Chetabi* filius ubi *Medinam* perveniisset, scriptis literis *Omarum Ebnol Asi Palestinæ* præfecturâ abdicavit, jussum collectis copiis *Ægyptum* tendere. *Moawiam* verò *Ebn Abi Sofyan* Askelano, *Cæsareæ*, & *Palestinæ* præfecit, qui *Cæsaream & Askelanum* gladio cepit, idque anno *Chalifatûs Omari Ebnil Chetabi* septimo. Tum accedenti *Othmano Ebnil Aphano* ad *Omarum*

Ebnil

عمر ابن الخطاب امير المومنين فمن ذلك الوقت سموا
الخلفا امير المومنين فاما يزدجرد ملك الفرس
لما سمع وبلغه قدوم سعد ابن ابي وقاص امر باهله
وخزاينه ان ينقلوا الي الصين واقام علي عدة
يسيرة من الجند وقليل من المال وخلف
بالمداين خراد الاوزدي اخا رستم وهرج رستم لقتال
سعد ابن ابي وقاص فنزل القادسية فمكث
بها حتي قتل فلما بلغ ذلك يزدجرد وراي ما عليه
حال رعيته وجنده من الخلاف والتنازع وهلاك افاضل
جنوده وفتنتهم علم ان ملكهم قد ادبر فسار الي
فارس ثم هرب منها الي مرو في طريق هجستان حتي
قتل هنالك ولم يزل في حرب وفتنة حتي قتل
وكان ملكه عشرون سنة فاما عمر ابن الخطاب
فلما وصل الي المدينة كتب بعزل عمر ابن العاص
عن فلسطين وامره ان يتجهز ويخرج الي مصر وولي
معاوية ابن ابي سفيان عسقلان وقيسارية
وفلسطين وفتح معاوية قيسارية وعسقلان بالسيف
وذلك في السنة السابعة من خلافة عمر ابن
الخطاب ثم ان عثمان ابن عفان دخل علي عمر

ابن الخطاب فقال له عمر كتبت الي عمر ابن العاص
امرته عن فلسطين وقيسارية وامرته ان يسير الي
مصر وقلدت معاوية ابن ابي سفيان فلسطين وقيسارية
فقال له عثمان انت تعلم يا امير المومنين ان
عمر يجري وفيه اقدام وحب الامارة واخشا ان
ان يخرج في غمر ثغا ولا جماعة فيعرض المسلمين الي
الهلكة رجاء فرصة لا يدري تكون له او عليه فندم
عمر ابن الخطاب علي كتابه الي عمر ابن العاص
اشفاقا لما قال عثمان فكتب عمر ابن الخطاب الي عمر
ابن العاص ان ادركك كتابي قبل ان تدخل عمل
مصر فارجع الي موضعك وان كنت دخلت فامض
لوجهك فادرك عمر الكتاب وهو برفح فتخوف عمر ان
هو اخذ الكتاب وفتحه ان يجد فيه الانصراف فلم ياخذ
الكتاب من الرسول ودافعه وسار كما هو حتي نزل
قرية فيما بين رفح والعريش فصال عنها فقيل له هذه من
عمل مصر فدعا بالرسول واخذ الكتاب منه وقراه علي
من معه من المسلمين وقال لهم الستم تعلمون ان
هذا القرية من عمل مصر قالوا نعم قال ان امير
المومنين عهد الي وامرني ان لحقني كتابه
ولم

Ebnil Chetabi, cùm dixiſſet *Omar*, ſcriptis ad *Amrum Ebnol Aſi* literis ipſum *Palæſtinâ* & *Caſareâ* abdicatum, *Ægyptum* adire juſſi, *Maawiâ Ebnil Sofyan Palæſtinæ & Cæſareæ* præfecto; *Othmanus*, Nôſti, (inquit) O Imperator fidelium, *Omarum* audacem eſſe, ac præcipitem, imperiiq; amantem, metuo ergò ne profectus ſine iis quibus confidere poſſit, vel ſine copiis, *Moſlemios* perditioni exponat, opportunitatem ſperans, quæ neſciat, pro ipſo an contra ipſum faciat. Pœnituit ergò *Omarum Ebnol Chetabi*, qd ad *Amrum Ebnol Aſi* ſcripſiſſet, ejus quod dixerat *Othmanus* metuens. Rurſum ergò ad ipſum ſcribens, Si pervenerint, (inquit) ad te literæ iſtæ antequam *Ægypti* ditionem ingreſſus fueris, eò undè profectus es, redeas; quòd ſi ingreſſus fueris, perge quâ cæpiſti. Aſſecutis autem literis *Amrum*, cùm *Raphachi* eſſet, metuens ille ne ſi acceptas eas aperiret inveniret in ipſis [mandatum] redeundi, literas à nuntio accipere renuens, ipſúmque repellens, eo quo erat ſtatu perrexit, donec in vico quodam inter *Raphacum* & *Ariſhum* caſtra poneret De quo cùm interrogans reſponſum tuliſſet, Eſt hic è ditione *Ægypti*; accerſito nuntio literas ab ipſo acceptas, unà cum iis qui ſecum aderant *Moſleminis*, perlegit, dixítque iis, An non nôſtis vicum hunc è ditione *Ægypti* eſſe? & reſpondentibus, Imò; Imperator (inquit) fidelium juſsit, præcepítque

pítque ut ſi aſſequerentur me literæ ipſius nondum terram *Ægyptiacam* ingreſſum, reverterer; quòd ſi eam jam ingreſſum, pergerem: Pergite ergò cum benedictione Dei & auxilio ipſius. Ferunt alii *Amrum*, cùm in *Paleſtina* eſſet, *Ægyptum* cum comitibus ſuis profectum eſſe non impetratâ veniâ, ſcripſiſſéque ad ipſum *Omarum Ebnol Chetabi* cùm adhuc citra *Ariſhum* eſſet; ipſum verò literas apud ſe retentas non legiſſe donec *Ariſhum* perveniret; ac tum eas legiſſe; in quibus ſcriptum fuit, Ab *Omaro Ebnol Chetabi* ad *Amrum Ebnol Aſi*. His præmiſſis, Profectus es tu *Ægyptum* cum iis qui tecum ſunt: in qua magna eſt è *Romanorum* copiis multitudo, cùm tecum homines ſint numero pauci, Si ergò nondum *Ægyptum* attigeris, fac redeas. Dixiſſe ergò *Omarum*, Quænam eſt hæc terra? Cúmque reſponderent; *Ægyptus*: profectum perrexiſſe. Alii autẽ *Amrum* cum exercitu ſuo juxta *Cæſaream* fuiſſe, unà cum cæteris quæ ibi eſſent copiis ipſam obſidione cingentes; atq; *Omarum Ebnol Chetabi*, qui *Iabiæ* tum fuit, clam ad ipſum literas miſiſſe. Ipſum ergò *Ægyptum* contendiſſe, eóque jubente comites ipſius profectos eſſe inſtar eorum qui à loco ad locum propinquum proficiſcuntur, dein noctu iter feciſſe. Cúmque jam longiùs profecti eſſent, ægrè tuliſſe præfectos exercitûs illud quod feciſſet, ſe ab ipſo deceptos

ولم ادخل ارض مصر ان ارجع واى لحقني وقد
دخلت الي عمل مصر ان اسير فسيروا علي
بركة الله وعودة ويقال كان عمر بفلسطين
فتقدم باصحابه الي مصر بغير اذن فكتب
اليه عمر ابن الخطاب وهو دون العريش فحبس
الكتاب ولم يقراه حتي بلغ العريش وقراه فاذا
فيه من عمر ابن الخطاب الي عمر ابن
العاص اما بعد فانك صرت الي مصر ومن معك
وبها من جموع الروم خلق كثير وادنا معك نفر
يسير فان كنت ما بلغت مصر فارجع فقال عمر
بحمد الله ايت ارض هذه فقالوا ارض مصر فتقدم
وسار ويقال كان عمر جنده علي قيسارية
مع من كان بها من الاجناد محاصرين لها وعمر
ابن خطاب ان ذاك بالجابية فكتب عمر الي عمر
سرا فسار الي مصر وامر اصحابه فتحوا كالقوم الذين
يريدون يتحولوا من منزل الي منزل قريب ثم
سار بهم ليلا فلما بعدا امرا الاجناد اذكروا
عليه فعلة الذي فعل ورواا انه

قد

قد غرر بهم فعرفوا ذلك وزعموه الي عمر ابن الخطاب
فكتب اليه عمر الي عمرو ابن العاص اما بعد فاذا
قد غررت بمن معك فان ادركك كتابي ولم تدخل
مصر فارجع وان ادركك وقد دخلتها فامض
واعلم اني منجدك فسار حتي وافا الفرما فاقام
محاصرا لها شهرا حتي فتحها ثم صار الي مصر وكانوا
الروم قد تحصنوا في الحصن وخندقوا حول الحصن
خندقا وطرحوا فيه سككا الحديد واقاموا مرابطي
الحصن سبعة اشهر يقاتلوهم قتالا شديدا فلما ابطي
الفتح عليه كتب الي عمر يستمده فامده باربعة الاف
رجل فيهم الزبير ابن العوام وعبادة ابن الصامت
ومسلمة ابن مخلد وكان عمرو معه اربعة الاف رجل
فصاروا ثمانية الاف وكان العامل علي الخراج وصر
القوقس من قبل هرقل الملك وكان يعقوبيا مبغضا للروم
الا انه لم يكن يتهيا له ان يظهر مقالة اليعقوبية
لئلا يقتلوه وكان ايضا قد اقطع اموال مصر
من وقت حصار كسري للقسطنطينية فكان
يخاف ان يقع في يد هرقل الملك فيقتله واحتال

علي

deceptos videntes. Eóq; cognito ad *Omarum Ebnol Chetabi* ipſum detuliſſe. Qui ad ipſum ſcripſit *Amro Ebnol Aſi.* His præmiſſis; Decepiſti eos qui tecum ſunt, ſi ergò pervenerint ad te literæ noſtræ antequam *Ægyptum* ingreſſus fueris, revertere: ſin poſtquam eam ingreſſus fueris ad te perlatæ fuerint; pergas; ſciáſque me opem tibi laturum. Profectus ergò *Pharmam* uſque, menſem ibi ſubſtitit, donec ipſam obſidione cinctam caperet. Dein *Meſrum* profectus, ubi *Romani* arce ſe muniverant, quam etiam vallo undique cinxerant, in quod clavos ferreos conjecerant; arcem iſtam ſeptem menſibus obſidentes, graviter ipſos oppugnârunt: at cùm differretur ejus expugnatio, ſcriptis literis ab *Omaro* opem petiit, qui & ipſi in auxilium quater mille viros miſit, è quibus erant *Al Zobair Ebnol Arami*, *Abadah Ebnol Sameti*, & *Moſallema Ebn Mokalladi*; fuerúntque *Amro* antea quatuor virorum millia, adeo ut jam octies mille evaſerint. Præfectus autem vectigali *Ægypti*, nomine *Heraclii* Imperatoris, fuit *Almokaukas*, qui & *Iacobita* fuit, *Græcos* odio habens, niſi quòd ſententiam ſuam *Iacobiticam* palàm facere ipſi viſũ non eſſet, ne ab ipſis occideretur. Quin & *Ægypti* reddítus detinuerat ex quo obſedit *Ceſra Conſtantinopolim*, adeo ut timeret in *Heraclii* Imperatoris manus incidere ne ipſum morte mulctaret. Dolo igitur

igitur erga *Romanos* uſus, dixit ipſis; Pervenit ad *Arabes* auxilium, cúmque haud ſimus iis oppugnandis, ſecuri eſſe non poſſumus ne arcem capientes nos trucident; quocirca obſtructis arcis portis, pugnâ ipſos laceſſamus; atque ex arce in inſulam egreſſi ibi ſubſiſtamus, fluvio nos munientes. Egreſſi ergò *Græci* unà cum *Mokaukaſo* & cætu primorum *Cophtitarum* ex porta auſtrali; comitante hominum turbâ qui cum *Arabibus* pugnarent conſcenſis navibus in inſulam venerunt eo loco ubi eſt hodie Excluſorium, pontémque reſciderunt: eo autem tempore fuit quo auctior fluit *Nilus*. Tum *Mokaukas* ad *Amrum Ebnol Aſi*, ac ipſius comites mittens, Vos (inquit) gens eſtis qui regionem noſtrã ingreſſi, pugnâ nos urſiſtis diúq; in terra noſtra ſubſtitiſtis. Jam autem cinxit vos *Nilus* iſte, factíque eſtis protinus captivi. Mittite ergò ad nos nomine veſtro aliquem à quo quid dicatis audiamus; forſan eò recident inter nos & vos res quò utrique velimus; atque iſti inter nos certamini finis imponetur. Cùm ergò ad *Amrum Ebnol Aſi* perveníſſent *Mokaukaſi* nuntii, miſit ille cum ipſis *Abadah Ebnol Sameti*, (Erat autem *Abadah* Niger) qui ubi ad *Mokaukaſum* ingreſſus eſſet, ille propè ſibi ſedere juſſo, Quid eſt, inquit, quod à nobis vultis? indica nobis. Cui, *Abadah*, Non eſt (inquit) inter nos ac

vos

علي الروم وقال لهم ان العرب قد جاهم نجدة ولنا
لنابهم طاقة ولا نامن ان يفتحوا القصر فيقتلونا ولكن
دسد ابواب الحصن وتصير عليها مقاتلة وتخرج
من القصر الي الجزيرة فنقيم بها ونتحصن بالبحر
فخرجوا الروم ومعهم المقوقس وجماعة من اكابر
القبط من باب القصر القبلي ودونهم تماعة
يقاتلون العرب فركبوا المراكب ولحقوا بالجزيرة
موضع الصناعة اليوم وقطعوا الجسر وكان ذلك في
وقت جري النيل ثم ارسل المقوقس الي عمر ابن
العاص واصحابه يقول لهم اذكم قوم قد دخلتم بلادنا
والحتم علي قتالنا وطال مقامكم في ارضنا
وقد احاط بكم هذا النيل وانما انتم اسارا في
الدنيا فابعثوا الينا رجلا من قبلكم نسمع كلامكم
فلعله يجري الامر فيما بيننا وبينكم علي ماتحبون
ونحب وينقطع عنا وعنكم هذا القتال فلما اتت
عمر ابن العاص رسل المقوقس وجه معهم بعبادة ابن
الصامت وكان عبادة اسود فلما دخل علي المقوقس
ان دنا مجلسه وقال له ما الذي تريدون
منا فبينه لنا فقال له عبادة انه ليس بيننا وبينكم

الا احدي ثلاثة خصال فاختار ايها شيت وبذلك
امرني الامير وبذلك امره امير المومنين اما ان
تدخلوا في ديننا في الاسلام فكنتم اخواننا
وكان لكم ما لنا وعليكم ما علينا ورجعنا
عن قتالكم ولم نستحل اذاكم ولا التعرض لكم
فان ابيتم فاذوا لنا الجزية ما فرضنا به نحن
واتم في كل عام ابدا ما بقينا وبقيتم وقاتل
منكم من ناوانا وعرض لكم في شي من
اراضيكم ودمايكم واموالكم وتقوم بذلك
منكم ان كنتم في دمتنا وكان لكم بذلك
عهدا علينا وان ابيتم فليس بيننا وبينكم الا
المحاكمة بالسيف حتي نموت عن اخرنا ونصبر
ما دربن منكم فقال المقوقس اما الدخول
في ديننا فهذا ما لا يكون وامّا الصلح
فقد رضيت بذلك لنفسي ولاصحابي القبط فابوا
الروم ان يجيبوا الي الصلح وقالوا لا نفعل
ذلك ابدا وادما فعل المقوقس هذا مكرا منه وخديعة حتي
اخرج الروم من الحصن ثم رضي بالصلح ليسلم
له ما اخذ من المال فرجع عبادة ابن
الصامت

vos nisi è tribus rebus una, quarum utram mavis elige; ita enim mihi in mandatis dedit Dux, atque idem ipse ab Imperatore fidelium mandatum accepit; nempe, ut vel religionem nostram *Islaemiticam* amplectamini, atque ita fratres nobis evadatis, idémq; pro vobis & pro nobis, idem contra vos ac contra nos faciat; [hoc pacto] à pugna vobis inferenda desistemus, neq; damnũ vobis inferri, vel ut quis in vos incursum faciat permittemus. Quod si abnuatis, Tributum nobis, quod nobis visum fuerit, quotannis pendatis perpetuum, quamdiu utrique superfuturi sumus, atque hoc pacto vos ab omnibus qui vos aggressi fuerint, vel qui quod in aliquam regionis vestræ partem, vel vitas vel facultates vestras damnũ intulerit, defendemus; atq; hoc bis præstituri sumus; cùm in fœdus à nobis recepti fueritis, atque ad idem pacto vobis obstricti erimus. Si hoc abnuatis, non supersest inter nos & vos præter gladii judicium, donec vel ad unum omnes moriamur, vel illud quod volumus consequamur. Cui *Almokaukas*, Ut religionem vestram amplectamur, hoc res est quæ fieri nequit. Quod ad fœdus autem, illud, quod ad me & comites meos *Cophtitas*, acceptum habeo: abnuerunt autem *Græci* fœderi ineundo assensum præbere, dicentes, Nunquam hoc faciemus. Hoc autem fecit *Al. Mokaukas* fraude ac dolo, ut ita *Græcos* exarce educeret:

ceret: dein pacem amplexus est, quò opes quas occupaverat sibi salvas retineret. Reversus ergò *Abadah Ebnol Sameti Amro* indicavit quid factum esset. Dein *Mohammedani* certò jam scientes paucos tantum in arce supersse, ipsam pugnâ aggressi eâ parte quâ nunc est *Sukol Hamam* [forum Balnei] machinis ac balliſtis petierunt. Tum *AlZabair* scalâ lateri arcis admotâ, eâ quæ forum istud respicit parte, ascendit, non animadvertentibus ipsis donec occupato arcis fastigio exclamaret, *Allah Achar*, seu, Deus maximus est: tum scalam certatim scandentibus hominibus, *Græci* à pugna desistentes, conscensis navigiis in insulam ad socios suos se receperunt: atq; ita *Mohammedani*, arce captâ, cædere, vincire, diripere. *Græci* igitur, viso quid fecerat *AlMokaukas*, eúmq; ipsis fraude ex arce abductis, eandē *Mohammedanis* tradidisse, ex parte ipsius metuentes navigia conscenderunt, atq; in *Ceramol Shoraik* [*Shoraiki* vinea] se in exercitûs modū composuerunt. *AlMokaukas* autē cùm *Amrum* de fœdere inter ipsos pangendo adiisset, de hoc inter ipsos convenit, ut omnibus *Mitsumum* à superiori ejus parte usque ad inferiorem incolentibus, imponerentur duo aurei à singulis pendendi tam nobilibus quàm plebeiis, *viz*: quotquot ad ætatem perveniſſent; at nec à senio confectis, nec pueris minorennibus qui annos pubertatis non attigissent,

nec

الصامت فاعلم عمر بما كان ثم ان المسلمين لما علموا
ان ليس بالقصر الا دفر يسير ذاهضوا التقال
من ناحية سوق الحمام اليوم فرموا الحصن
بالمنجنيقات والعرادات ثم ان الزبير وضع سلما
الي جانب الحصن من ناحية سوق الحمام اليوم
وصعد فلم يشعروا الا والزبير علي راس الحصن
وكبر فتحامل الناس علي السلم فخذوا الروم عن
القتال وركبوا في المراكب ولحقوا بالجزيرة
الي اصحابهم ففتحوا المسلمون الحصن فقتلوا واسروا
وغنموا فلما نظروا الروم الي ما فعل بهم المقوقس
واذ اخذهم واخرجهم من الحصن وسلم الحصن
للمسلمين خافوا من ناحيته وركبوا المراكب وعسكروا
بكرم شريك فاجتمع المقوقس مع عمر ابن العاص علي
عهد بينهم واصطلحوا علي ان يفرض علي جميع من
بمصر من اعلاها الي اسفلها من القبط دينارين
دينارين علي كل نفس شريفهم ووضيعهم من
بلغ الحلم منهم وليس علي الشيخ الفاني ولا علي
الصبي الصغير الذي لم يبلغ الحلم

ولا

ولا النها شي واحصوا عدد القبط يومين خاصة ممن
بلغ منهم الجزية فكان تجمع من احصا ستة الاف
الف انسان فكانت فريضتهم اثني عشر الف الف
دينار وفرض عليهم هذه الدينارين ودفع ذلك عن
رقابهم بالايمان المؤكدة ثم اقبل المقوقس الي عمر
ابن العاص وقال له اما الروم فاني منهم بري
وليس ديني دينهم ولا مقالتي مقالتهم اذا كنت
اخاف منهم القتل فلذلك كنت استر ديني ومقالتي
من مقالتهم واكتم ذلك واذا اسلك ان تعطيني ثلث
خصال قال عمرو وماهي قال لا تنقصني من القبط وادخلني
معهم والزمني ما يلزمهم فقد اجتمعت كلمتي كلهم
وامنتهم علي نفسي والقبط مقيمون لك علي الصلح الذي
صالحتهم اليه وعاهدتهم والثانية ان صالوك الروم
بعد اليوم مصالحتهم فلا تفعل حتي تجعلهم
نساء وعبيدا فانهم اهل لذلك واما الثالثة ان
اذا مت امرهم ان يدفنوني في كنيسة ابي يوحنس
بالاسكندرية فاجابه عمر بذلك علي ان ضمنوا له صلاح
الجهربن جميعا ويقيموا لهم الانزال والضيافة والاسواق

والجهور

nec à mulieribus poſtularetur quicquam. Numerum etiam inierunt eorum è *Cophtitis* præſertim, qui tributo pendendo obnoxii eſſent; fuerúntque qui numerati ſunt, homines ſexies millies mille, quorum cenſus duodecies millies aureorũ millia; binos autẽ aureos iſtis impoſuit, pro illis immunitatẽ ipſis pollicitus fide firmâ. Tum ad *Amrum Ebnol Aſi* accedens *Al Mokaukas*, Nihil (inquit) mihi eſt cum *Græcis*, neq; eadem mihi cum illis religio, neq; communis ſententia. Verùm metu ne ab ipſis morte mulctarer, religionem & meam de ipſorum opinione ſententiam celavi, ac clam habui. Peto autem à te ut tria mihi poſtulata concedas. Quænam (inquit *Amrus*) ſunt iſta? Reſpondit, Ne me à *Coptitis* ſepares, ſed me in eorum numero habeas, idémque mihi quod illis imponas, ſiquidem cum ipſis aſſero, atque illis in iis quæ ad me ſpectant fidem habeo. Porrò *Coptitæ* fœdus quod cum ipſis iniiſti ac pepigiſti obſervaturi ſunt. Secundum, ut ſi poſthac à te petierint *Græci*, ut cum illis pacem facias, ne illud facias donec ipſos diſperderis, & in ſervitutem redegeris. Siquidem hoc digni ſunt. Tertium, ut ſi moriar, jubeas ipſos me in Eccleſia *Abi Johannis Alexandriæ* ſepelire. Atque hæc conceſſit ei *Amrus* hoc pacto, ut in ſe ſuſciperent pontes duos reficiendos, ac diverſoria ipſis & hoſpitia, & fora ac pontes ubiq; inter

inter *Phastatum* & *Alexandriam* pararent: quod & fecerunt, prodeuntibus *Coptitarum* primoribus ad viam illis parandam; pontésque, ac fora & diversoria ipsis curanda: quin & auxilium ipsis tulerunt *Coptitæ* quâcunque in re voluerunt ad *Græcos* oppugnandos. Profectus est ergò cum suis *Amrus* donec *Græcis* universis in *Ceram Shoraic* occurreret: ubi per triduum pugnâ decertârunt; post quod in fugam versi recesserunt *Græci*: dein *S. Salstano* obviam facti novendecim diebus dimicârunt; deinde & ad *Caryun* sibi invicé occurrentes gravi prælio conflixerunt, unde in fugam conversi *Græci Alexandriam* se receperunt, atque in ipsa se muniverunt. Unde leoninos animos sumentes *Arabes*, *Alexandrinos* pugnâ lacessiverunt, atque acri certamine ipsos aggressi sunt. *Græci* autem quotidiè è portis egressi dimicârunt, adeo ut ex utroque exercitu magna occideret multitudo. Die autem quodam acriter adeo certatum est, ut *Arabes* apertâ arce *Alexandrinâ* intra ipsam gravi cum ipsis pugna conflixerint; dein in ipsos irruentes *Græci*, cæteris pulsis, *Amrum Ebnol Asi*, *Musleman Ebnol Mochalledi* & *VVardanum Amri* servum, cum alio quodam, captivos ceperunt, nescientes interim quinam essent. Quibus *Patricius*, Jam, inquit, in manibus nostris captivi estis; indicate nobis quid est quod à nobis velitis. Cui *Amrus*,

Hoc

والجسور ما بين الفسطاط والاسكندرية ففعلوا
ذلك وخرج روسا القبط فاصلحوا لهم الطريق واقاموا لهم
الجسور والاسواف والانزال وصاروا لهم القبط اعوانا على
ما اراد وا من قتال الروم فمضا عمرو بن معه حتي لقي جمع
الروم بكرم شريك فاقتتلوا ثلاثة ايام ثم ولوا الروم منهز
مين ثم التقوا بسلسطس فاقتتلوا تسعة عشر يوما ثم
التقوا بالكريون فاقتتلوا قتالا شديدا وانهزم الروم
ثم دخلوا الي الاسكندرية وتحصنوا فيها واستاهدت
العرب عند ذلك فالحت بالقتال علي اهل الاسكندرية
فقاتلوهم قتالا شديدا وكانوا الروم يخرجون من
الابواب في كل يوم يقاتلون فكان يقتل من
الفريقين خلق عظيم فيوم من الايام اشتد
القتال حتي فتحوا العرب حصن الاسكندرية فقاتلوهم
في الحصن قتالا شديدا ثم حاشت عليهم الروم حتي
اخرجوهم جميعا من الحصن واستاسروا عمر ابن
العاص ومسلمة ابن مخلد وورد ان مولي عمر ورجلا
اخر ولم يدروا الروم من هم فقال لهم البطريق انكم
قد صرتم في ايدينا اساري فعرفونا ما
الذي تريدون منا فقال لهم عمر اما
ان

ان تدخلوا في ديننا واما ان تعطوا الجزية واما لا
زال قتالكم فاما ان تفدوا او تقتلوا فقال واحد
من الروم للبطريق اذوهم ان هذا الرجل امير القوم
فاضرب عنقه يعني عن عمر ابن العاص فقطن بكلامه
وردان وكان يحسن بالرومية فجذب عمرا جذبة شديدة
ولكمه وقال له ما لك وذا الكلام بين الروسا
وليس في العسكر احد امنك ولا اقل فاتركك غيرك يتكلم
وكف انت لقلتك فقال البطريق في نفسه لو كان
هذا اميرهم ما تهيا لهذا ان يجذبه هذه الجذبة
وبلطه قال مسلمة ابن مخلد ان اميرنا قد
كان عزم علي ان ينصرف عن قتالكم
وبهذا كتب اليه امير المومنين عمر ابن الخطاب
وذلك اذ كان اراد ان يوجه اليك بعشر قواد
من اصحابه من وجوههم ممن له الراي الصحيح
حتي تتوافقوا او تختلفوا وهم علي شي تتراضون
به جميعا وتنصرف عنكم فان احببتم ذلك فاطلقونا
حتي نذهب الي اميرنا ونعلمه ما صنعتم بنا
من الجميل فيوجه اليكم بالعشرة القواد
لم ينقطع الامر فيما بيننا وبينكم علي ما
يحبون

Hoc; Vel, ut Religionem noſtram amplectamini, vel nobis tributum pendatis; aliàs nunquam vos oppugnare deſiſtemus, donec vel nos è medio tollatis, vel ipſi penitus tollamini. Dixit ergò è *Græcis* quidam *Patricio*, ſuſpicor hunc populi Imperatorem eſſe, collum ergò ipſi præcidas; *Amro* ſc. *Ebnol Aſi*. *VVardanus* autem, quid diceret animadverſo, cùm *Græcè* calleret, ipſi vi attracto colaphum inflixit, dicens; Quid tibi ut hæc loquaris inter principes, cùm non ſit in exercitu qui te inferior ſit, vel minor; Alium loqui ſine; Tu prævilitate tua te cohibe. Dixit ergò apud ſe *Patricius*, Si eſſet ille Imperator ipſorum, fieri non poſſet ut hic ipſum hoc modo traheret, ac colaphis cæderet. Dixit *Muſlemah Ebn Mochalledi*; In animo habuit Imperator noſter à vobis oppugnandis recedere, atque hunc in finem ſcripſit ad ipſum Imperator fidelium, *Omar Ebnol Chetabi*; idque quod ſtatuerat decem è ſuis Duces ad vos mittere, è præcipuis ſcil. eorum qui conſilio pollerent, quò inter vos & ipſos conveniret de re aliqua, quæ utriſque grata eſſet, adeóque à vobis reverteremur. Si ergò hoc vobis arrideat, dimittite nos quò ad Imperatorem noſtrum accedentes certiorem ipſum faciamus quantâ nos cum humanitate tractaveritis, mittátque ad vos decem Duces, atque ita compoſito inter nos & vos negotio,

eo modo qui utrisque gratus sit, à vobis recedamus. Ratus *Patricius* verum esse quod dixerat, dimisit ipsos, sperans accessuros Duces decem quos occidere posset, atque ita *Arabes* in potestatem suam redigere : abire ergò ipsos permisit. Illi verò ubi egressi essent, dixit *Moslemah Amri Ebnil Asi*, Heus *Amre*, liberavit te *Wardani* colaphus. Dein Deum Maximum celebrârunt. Nôrunt ergò *Romani Amrum* fuisse qui captivus fuerat: pœnituítque illos quòd ipsum dimisissent. Tum accedêtibus ipsis ac *Romanos* clamore evocantibus gravi certamine pugnatum est; *Romani* autem in fugam conversi, alii ad mare se recipientes navigia conscenderunt, alii per terram abierunt, ac ingressi sunt *Moslemini Alexandriam*, postquam in ipsius obsidione menses quatuordecim insumsissent. Captáque jam urbe atque fugâ dilapsis qui è *Romanis* fugerant, profectus est *Amrus Ebnol Asi* eos qui per terram fugerant quæsitum Illi autem ex ipsis qui per mare fugerant *Alexandriam* reversi, *Mosleminos* qui in ea reperti sunt occiderũt. Cúmq; eo audito reversus esset *Amrus* acri ipsum pugnâ juxta arcem exceperunt; quâ ab ipso captâ rursum ad naves confugerunt *Romani*. Scripsit ergò *Amrus Ebnol Asi* ad *Omarum Ebnil Chetabi*. Urbem cepi in qua quid sit non describam, nisi quòd in ipsa repererim palatia quater mille; balnea quater mille; *Iudæorum* qui tributum solvunt quadraginta

نحب ونحبون وقد صرف عنكم فتوهم البطريق ان
هذا الكلام حقا فخلاهم رجا ان يبادون العشرة
الفوان فيقتلهم ويتمكن حينئذ من العرب
فاطلق سبيلهم فلما خرجوا قال معلمة لعمر ابن
العاص يا عمر لقد خلصتك لكمة وردان ثم كبروا
فعلموا الروم ان عمر كان المأسور فقدموا علي
تخليتهم اياه ثم تقدموا وصاحوا بالروم واشتد
القتال فانهزموا الروم فمنهم من لحق البحر
فركب المراكب ومنهم من اخذ طريق البر ودخل
المسلمون الاسكندرية وكان مقامهم علي حصار
الاسكندرية اربعة عشر شهرا فلما فتحوا الاسكندرية
وهرب من هرب من الروم مضا عمر ابن العاص في طلب من
هرب من الروم في البر فرجع من كان هرب منهم في البحر
الي الاسكندرية فقتلوا من كان فيها من المسلمين
فبلغ ذلك عمر ابن العاص فكر راجعا وقاتلوه فقتالا
شديدا علي الحصن ثم فتحها وهرب الروم ايضا الي
المراكب فكتب عمر ابن العاص الي عمر ابن الخطاب
اني فتحت مدينة لا اصف مافيها غير اني
اصبت فيها اربعة الاف مسيد واربعة الاف
حمام

جام واربعين الف يهودى عليهم الجزية واربعماية
ملها للملوك واثني عشر الف بقال يبيعون
البقل الاخضر فاني فتحتها عنوة بغير عهد ويعلمه
ان المسلمين طلبوا قسمتها فكتب اليه عمر ابن
الخطاب يقبح رايه ويامره ان لا يتجاوزها ولايقسمها
ويترك خراجها فيها للمسلمين وقوة لهم علي جهاد
عدوهم فاقرها عمر واحصا اهلها وفرض عليهم
الخراج وكانت مصر صلحا كلها بفريضة
دينارين علي كل رجل ولايزدان علي احد منهم
شي في جزية راسه الا ان يزدان ويلزم مقدار
مايزرعه به من الارض والزرع الا اهل الاسكندرية
فانهم كانوا يودون الخراج والجزية علي
قدر مايرى من ولهم لان الاسكندرية فتحت
عنوة بغير عهد ولا عقد ولم يكون لهم صلح ولا ذمة
وفتحت الاسكندرية يوم الجمعة مستهل محرم سنة عشرين
من الهجرة وعشرين من ملك هرقل وهي السنة
الثامنة من خلافة عمر ابن الخطاب ووجه عمر ابن
العاص بعقبة ابن نافع حتي بلغ زويلية وصار مابين
برقة وزويلية للمسلمين ولم يكن يدخل برقة
يومين

millia, circos Regios quadringentos, olitores qui olera vendunt duodecies mille. Ipſam verò vi cepi, nullo inito pacto. Certiorem etiam ipſum fecit, poſcere *Moſleminos* ipſam ſibi dividendam. Cui reſcribens *Omar Ebnol Chetabi*, conſilium ipſius improbavit, juſſítque ne ipſam illis [ſpoliandam] permitteret aut divideret, verùm vectigal ipſius in ipſa *Moſleminis* relinqueret, quo ſubſidio ipſis in oppugnandis hoſtibus eſſet. Eam ergò quo erat ſtatu confirmavit *Amrus*, numeratíſque incolis tributum ipſis impoſuit. Porrò *Ægyptus* univerſa in fœdus recepta fuit, tributo binorum aureorum à ſingulis pendendo; neque cuipiam amplius pro capite ſuo ſolvendum imponebatur, (niſi ubi adjiceretur aliquid, eíque imponeretur ratione terrarum & frugum quas haberet) exceptis *Alexandriæ* incolis: Illi enim vectigal ac tributum ad arbitrium ejus qui ipſis præficiebatur pendebant. Capta eſt ſiquidem *Alexandria* vi, ſine promiſſo aut pactis conventis, nullo cum ipſis inito fœdere aut ſponſione. Capta autem eſt die Veneris menſis *Moharram* novilunio, anno *Hejræ* viceſimo, nec non Imperii *Heraclii* viceſimo, qui Chalifatûs *Omari Ebnol Chetabi* octavus fuit. Porrò miſit *Amrus Ebnol Aſi*, *Okbam Ebn Naphei Zawilam* uſque; atque ita quicquid inter *Barkam* & *Zawilam* eſt penes *Moſlemios* fuit, ac tunc temporis non

ثمانية واربعين الف يهودي عليهم الجزية واربعماية
ملها للملوك واثني عشر الف بقال يبيعون
البقل الاخضر فاني فتحتها عنوة بغير عهد ويعلمه
ان المسلمين طلبوا قسمتها فكتب اليه عمر ابن
الخطاب يقبح رايه ويامره ان لا يتجاوزها ولايقسمها
ويترك خراجها فيها للمسلمين وقوة لهم علي جهاد
عدوهم فاقرها عمر واحصا اهلها وفرض عليهم
الخراج وكانت مصر صلحا كلها بفريضة
دينارين علي كل رجل ولايزدان علي احد منهم
شيء في جزية راسه الا ان يزدان ويلزم مقدار
مايتوسع به من الارض والزرع الا اهل الاسكندرية
فانهم كانوا يودون الخراج والجزية علي
قدر مايري هم ولهم لان الاسكندرية فتحت
عنوة بغير عهد ولا عقد ولم يكون لهم صلح ولا ذمة
وفتح الاسكندرية يوم الجمعة مستهل محرم سنة عشرين
من الهجرة وعشرين من ملك هرقل وهي السنة
الثامنة من خلافة عمر ابن الخطاب ووجه عمر ابن
العاص بعقبة ابن نافع حتي بلغ زويلة وصار مابين
برقة وزويلة للمسلمين ولم يكن يدخل برقة
يومين

millia, circos Regios quadringentos, olitores qui olera vendunt duodecies mille. Ipſam verò vi cepi, nullo inito pacto. Certiorem etiam ipſum fecit, poſcere *Moſleminos* ipſam ſibi dividendam. Cui reſcribens *Omar Ebnol Chetabi*, conſilium ipſius improbavit, juſſítque ne ipſam illis [ſpoliandam] permitteret aut divideret, verùm vectigal ipſius in ipſa *Moſleminis* relinqueret, quo ſubſidio ipſis in oppugnandis hoſtibus eſſet. Eam ergò quo erat ſtatu confirmavit *Amrus*, numeratíſque incolis tributum ipſis impoſuit. Porrò *Ægyptus* univerſa in fœdus recepta fuit, tributo binorum aureorum à ſingulis pendendo; neque cuipiam amplius pro capite ſuo ſolvendum imponebatur, (niſi ubi adjiceretur aliquid, eíque imponeretur ratione terrarum & frugum quas haberet) exceptis *Alexandriæ* incolis: Illi enim vectigal ac tributum ad arbitrium ejus qui ipſis præficiebatur pendebant. Capta eſt ſiquidem *Alexandria* vi, ſine promiſſo aut pactis conventis, nullo cum ipſis inito fœdere aut ſponſione. Capta autem eſt die Veneris menſis *Moharram* novilunio, anno *Hejræ* viceſimo, nec non Imperii *Heraclii* viceſimo, qui Chalifatûs *Omari Ebnol Chetabi* octavus fuit. Porrò miſit *Amrus Ebnol Aſi*, *Okbam Ebn Naphei Zawilam* uſque; atque ita quicquid inter *Barkam* & *Zawilam* eſt penes *Moſlemios* fuit, ac tunc temporis non

non ingrediebatur *Barkam* qui tributum exigeret, verùm tempore præstituto tributum mittebant. Occupavit autem homines calamitas magna *Medinæ* præ annonæ caritate. Scripsit ergò *Omar Ebnol Chetabi* ad *Amrum Ebnol Asi* certiorem ipsum faciens quantâ premerentur homines angustiâ ac annonæ caritate. Misítque *Amrus* camelos tritico onustos, quorum primi *Medinam* pertigerunt, dum ultimi adhuc in *Ægypto* essent, serie continuâ. Scripsit ergò *Omar Ebnol Chetabi* ad *Amrum Ebnol Asi* ut fodiendum curaret alveum qui *Kolzamum* pertingeret, quo faciliùs apportaretur frumentum. Fodit ergò *Amrus* flumen illud quod sub ponte est, quod Flumen Imperatoris fidelium appellatur: per quod naves triticum, hordeum & legumina *Phustato Kolzamum* deferebant, quæ dein per mare salsum *Medinam* deferebantur. Cepit etiam *Amrus Ebnol Asi Tripolim* occidentalem anno *Hejræ* vicesimo secundo, nec non Imperii *Heraclii* vicesimo secundo, Chalifatûs *Omari Ebnol Chetabi* decimo. Extruxítque *Amrus Fustati* templum magnum. Porrò interfectus est *Omar Ebnol Chetabi Medinæ*, interficiente ipsum *Abu Luluæ* servo *Mogiræ Ebn Shaabæ*. Obiit die *Dil Hojjæ* vicesimo septimo, anno *Hejræ* vicesimo tertio, nec non imperii *Heraclii* vicesimo tertio cùm annorum esset sexaginta trium, tempore

يومئذ جابي خراج وانما كانوا يبعثون الجزية
اذا جا وقتها ووقع في الناس جهد شديد من الغلا
في المدينة فكتب عمر ابن الخطاب الي عمر ابن
العاص يعلمه بما الناس عليه من الجهد والغلا فبعث
عمر بالجمال موقرة حنطة اولها بالمدينة واخرها بمصر
قطارا واحدا فكتب عمر ابن الخطاب الي عمر ابن
العاص ان تحفر خليجا حتي يبلغ القلزم فتسهل
حولة القمح فحفر عمر الخليج الذي في القنطرة
وهو المعروف بخليج امير المومنين وكانت المراكب
تحمل القموح والشعيرات والحبوب من الفسطاط
الي القلزم في الخليج وتحمل في البحر المالح
الي المدينة وفتح عمر ابن العاص طرابلوس المغرب في
سنة اثنين وعشرين من الهجرة واثنين وعشرين من
ملك هرقل وفي عشر سنين من خلافة عمر ابن
الخطاب وبنا عمر ابن العاص بفسطاط مصر المسجد
الجامع وقتل عمر ابن الخطاب بالمدينة قتله ابو لولوه
عبد المغيره ابن شعبة في سبعة وعشرين من ذي الحجة
سنة ثلاثة وعشرين من الهجرة وثلثة وعشرين من ملك
هرقل وهو ابن ثلث وستين سنة وقت صلاة
الصبح

الصبح وكان قد جعل المشورة في ستة من اصحاب محمد
عثمان ابن عفان وعلي ابن ابي طالب وطلحة
والزبير بن العوام وعبد الرحمن ابن عوف الزهري وسعد
ابن ابي وقاص وصلي عليه صهيب الرومي ودفن في
البيت الذي دفن فيه محمد وكانت خلافته عشر
سنين وتسعة اشهر وحج عمر في خلافته تسعة حجج
وكان اذم اعسر اصلع مخضب راسه ولحيته بالحنا
وكان علي شرطته عبد الله ابن عباس وحاجبه
برفا مولاه ❊

خلافة عثمان ابن عفان

واستخلف عثمان ابن ابن عفان ابي العاص ابن
امية ابن عبد شمس وامه لمه ابنة كوبرا ابن ربيعة
بعد ثلثة ايام من وفاة عمر صلخ ذي الحجة وكانت
خلافته محتهل محرم سنة اربعة وعشرين سنة من
الهجرة وذلك في اربعة وعشرين سنة من ملك هرقل
ملك الروم فولي الخلافة اثني عشر سنة وفي ثلثة سنين
من خلافته صير جريج بطريرك علي انطاكية وكان
ماروني واصلح في القسطنطينية واقام بها نحو سنين
ولم

pore orationis matutinæ. Jam autẽ in consiliũ vocandos [de successore eligendo] statuerat sex *Moham*: comites *Othmanum Ebn Affan*, *Alim Ebn Abi Talebi*, *Talhum*, *Al Zobair Ebnol Aram*, *Abderrahman Ebn Orfi*, *Al Zahari* & *Saadum Ebn Abil VVakkas*. Oravit pro eo *Sahib Al Rumi*: Sepultus est eâdem domo in quâ sepultus fuerat *Mohammed*. Chalifatus ipsius annorum erat decem, & novem mensium. Novies Chalifatûs sui tempore peregrè religionis ergò peregrinatus est. Fuscus erat, scæva, calvus, caput & barbam Hinnâ tingens: Spiculatorum ipsi præfectus fuit *Abdallah Ebn Abbasi*, Ianitor *Barka* servus ipsius.

Chalifatus Othmani Ebn Affani.

In Chalifatum suffectus est *Othman Ebn Affani Ebn Abil Asi*, *Ebn Ommiæ*, *Ebn Abdishemsi*. Mater ipsi fuit *Ommaiah* filia *Cubaræ*, *Ebn Rabiæ*, tribus post *Omari* obitum diebus finiente *Dil Hojja*. Fuitque [initium] Chalifatûs ejus Novilunium mensis *Moharram* anni *Hejræ* vicesimo quarto, ídque anno Imperii *Heraclii* Imperatoris *Romanorum* vicesimo quarto. *Chalifatum* obtinuit annis duodecim. Anno Chalifatûs ejus tertio constitutus est *Caribus* Patriarcha *Antiochenus*, qui *Maronita* fuit. *Constantinopoli* autem [ei muneri] præfectus est,

ubi quinque annos ſubſtitit, neque *Antiochiam* pervenit. Mortuus autem eſt *Conſtantinopoli*, ibiq; ſepultus. Anno Chalifatûs ejuſdem decimo factus eſt *Macarius* Patriarcha *Antiochenus*, qui & *Maronita* fuit. Hic etiam *Conſtantinopoli* creatus, cùm ibi octo annos permanſiſſet, neque *Antiochiam* acceſſiſſet, mortuus eſt, ibíque ſepultus. Anno Chalifatûs ejuſdē nono conſtitutus eſt *Petrus* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*, qui & *Maronita* fuit. Annos ſex ſedit, dein mortuus eſt. Anno Chalifatûs ejuſdem quarto creatus eſt *Petrus* Patriarcha *Alexandrinus*, *Maronita* fuit; cùm annos novem ſediſſet mortuus eſt. Anno ejuſdem octavo mortuus eſt *Honorius* Patriarcha *Romanus*, qui etiam *Maronis* doctrinam amplexus fuit, atque per ipſum diviſa eſt Eccleſiæ ſententia. Poſt ipſius obitum electus eſt quidam nomine *Severinus*, qui *Romæ* Patriarcha conſtitutus, ubi ſex menſes ſediſſet mortuus eſt. Poſt quem electus eſt vir præſtans, nomine *Iohannes*, ad quem cùm delata eſſet iſtius dubii cauſa, Imperante tunc temporis *Conſtantinopoli Heraclio* cum fratre ſuo *Conſtantino*, ſcripſit ipſe ad illos epiſtolam in quâ dubii iſtius cauſam [expoſuit,] apologiam edens pro prædeceſſore ſuo *Honorio* Patriarchâ *Romano*. Epiſtolæ autem initium ita ſe habuit. A *Iohanne* Papâ, Patriarchâ *Romano*, ad *Heraclium* & *Conſtantinum* fratres Imperatores

ولم يجي الي انطاكية ومات بالقسطنطينية ودفن بها
وفي عشر سنين من خلافته صير مكاريوس بطرك
علي انطاكية وكان ماروني وصير بالقسطنطينية
واقام بها ثمان سنين ولم يدخل انطاكية ومات
ودفن بالقسطنطينية وفي تسع سنين من خلافته صير
بطرس بطريركا علي القسطنطينية وكان ماروني اقام
ستة سنين ومات وفي اربع سنين من خلافته
صير بطرس بطريركا علي الاسكندرية وكان
ماروني اقام تسع سنين ومات وفي ثمان سنين من
خلافته مات اذوريوس بطرك رومية وكان قد قال
بقالة مارون فتشتت راي الكنيسة علي يديه
واختير من بعد وفاته رجل يقال له ساربنوس
وصير بطرك علي رومية اقام ستة اشهر ومات واختير
من بعده رجل فاضل يقال له يحنس فلم رفع اليه سبب
هذا الشك وكان ان ذاك الملك علي القسطنطينية
هرقل واخوه قسطنطين فكتب اليهما يوحنا البطريرك
صحيفة فيها سبب هذا الشك وهو يعتذر عن المتوفي
قبله اذوريوس بطرك رومية وكان ابتدا الكتاب
هكذا من يوحنا البابا بطريرك رومية الي هرقل
وقسطنطين

وقسطنطين الملكين الاخوين الارثدكسيين علي كنيسة
المسيح الاه الحق الذي اشرق نوره في الظلمات وهو الذي
خلصنا من سلطان الظلمة بنوره المعجز نور الحق الذي
لا يخالطه ظلمة الذي بدم صليبه اصلح ما بين السما
والارض الناظر في وجه كنيسته في كل حين هو الذي
انعم عليكما ايها الملكان ان تدعوا احسن الدعوات
واشرفها في كنيسته وان تدوسوا اكمل الايمان
واقربه منه اذ وقع هاهنا امر لابد من صفته ليفهموه
اهل العدل والناظرون فيه حتي يعود الحق عاليا
كما كان قد بلغني ما عليه اهل المغرب من الاختلاف
ايضا والشكوك وتادي ذلك الي بكتاب لخينا
ادريوس بطريرك القسطنطينية وغيره ولابد من شرح
هذا الامر ليوقف علي جيسته فاول ذلك اذ كان
قبل منذ ثمانية عشر سنة كورس بطريرك الاسكندرية
كان يقول بمقالة مارون وان لسيدنا المسيح طبيعتين
ومشية واحدة وفعل واحد فسمع به صفرونيوس الذي
صار بطريركا علي بيت المقدس فناظره واقام عليه حجته
ثم صار صفرونيوس الي سرجس بطريرك القسطنطينية
فوجده يقول بقول كورس وقال له اذريوس بطريرك
رومية

ratores quibus concredita est Ecclesia *Christi* Dei veri, cujus lux in tenebris splenduit; qui nos à potestate tenebrarum luce suâ mirâ liberavit, luce verâ cui nullæ admixtæ sunt tenebræ; qui sanguine crucis suæ pacẽ fecit inter cœlum & terrã; qui Ecclesiæ faciem semper intuetur. Ille est qui vobis hanc gratiam fecit, O Imperatores, ut opiniones optimas ac nobilissimas in Ecclesiâ profiteremini, fidémque perfectissimam ac ipsi proximam amplecteremini. Accidit hîc res quæ necessariò narranda est, ut ipsam intelligant qui æquitatem colunt, atq; in ipsam inquirunt, quò veritas superior evadat; Cùm ad me pervenerit quænam sint apud Occidentis etiam incolas discrepantiæ & dubia, atque ad me perlatum sit illud unà cum fratris nostri *Honorii* Patriarchæ *Constantinopolitani*, aliorúmque literis: Necesse est ergò ut explicetur res ista, quò tota dignoscatur. Initium ipsius sic se habet, quòd ante annos circiter octodecim dicatur *Cyrus* Patriarcha *Alexandrinus Maronis* sententiam amplexus: viz: Domino *Christo* esse naturas duas, voluntatem unam, atque operationem unam. Quod cùm audivisset *Sophronius* qui Patriarcha *Hierosolymitanus* fuit, cum ipso disputans argumentis ipsum vicit: Tum *Sophronius* ad *Sergium* Patriarcham *Constantinopolitanum* profectus, cùm ipsum idem cum *Cyro* docere reperiret, atque dicere, *Honorium* etiam Patriarcham *Romanum* idem affir-

mare à *Conſtantinopoli Hieroſolyma* reverſus eſt. Cúmque Patriarcha eſſet (eum ſiquidem, propter Orthodoxiam ipſius acceptum, *Hieroſolymis* Patriarcham præfecerunt, urbis ejus incolæ) librum de fide ſcripſit, quem totius mundi incolæ acceptum habuerunt. Hoc cùm ſciviſſet *Honorius* Patriarcha *Romanus*, nec non *Sergium* Patriarcham *Conſtantinopolitanum* falſò dixiſſe ipſum *Maronitam* eſſe, librum ſcripſit in quo aſſerit, Dominum noſtrum *Chriſtum*, qui eſt princeps vitæ, natum eſſe ſine peccato. Siquidem Verbum per quod fuerunt omnia, cùm è cœlo deſcenderet aſſumpſiſſe de *Maria* virgine corpus, ac naturâ nobis ſimile factum eſſe; nequaquam autē voluntate peccati. Dicere enim *Paulum*, accepiſſe ipſum militudinem noſtrûm peccatorum; nempe corpus ſine peccato cum anima rationali, intellectuali, atque ita unam voluntatem ipſi viſum eſſe aſſumere, quæ humanitati ipſius eſſet, non ſicut nos ſcimus nobis eſſe duas voluntates contrarias, quarum voluntatum altera plantata ſit in intellectu, altera in corpore, ſíntque inter ſe contrariæ; quod univerſo generi humano contingit, cùm ſub peccato ſit, nec ſit quiſpiam à peccato rebellionis immunis: at corpori Domini noſtri *Chriſti* non fuiſſe voluntates duas contrarias, neque contradixiſſe voluntatem intellectus ipſius voluntati corporis,

رومية يقول هذه المقالة فانصرف صفرونيوس من
القسطنطينية الي بيت المقدس فاخذهن اساقفة اخذوه
اهل بيت المقدس صهروه بطرك علي بيت المقدس
وكتب كتابا في الايمان فقبلوا الكتاب اهل الدنيا
فلما علم اذوريوس بطريرك رومية بهذا وان سرجس
بطريرك القسطنطينية كذب عليه اذه ماروني كتب
كتابا يقول فيه ان سيدنا يسوع المسيح الذي هو
راس الحياة ولد بغير خطية لان الكلمة الازلية التي
بها كان كل شي لما نزلت من السما اخذت من مريم
العذري جسدا وصار مثلنا بالطبيعة واما بمشية الخطية
فلا لان بولص يقول انه اخذ شبهنا نحن الخاطئون
اعني جسدا بلا خطية بنفس ناطقة عقلية فكذلك
رضي ان ياخذ المشية الواحدة التي لناسوته ليس
مثل ما نحن نعرف ان لنا مشيتين متضادتين وهاتين
المشيتين الواحدة مغروسة في العقل والاخري في
الجسد وهما متقابلتان لبعضهما بعض وهذا يصيبن
كل الجنس الادمي لانه تحت الخطية وليس احد نقي
من خطية المعصية فاما جسد سيدنا المسيح فلم يكن
له مشيتان متضادتان ولم يقابل مشية جسده ولم

تكن خطية للذي جا باخذ خطية العالم حاشا له لا يكون
فلم تكن في سيدنا المسيح خطية ولا واحدة ولا في مولده
ولا خلطته ولكن نقول ونقر بمشية واحدة في تدبير
ناسوته المقدسة ولا نقول مشيتان متضادتان كما لعقله
واجحده وبهذا كتب اذوريوس بطريرك رومية الي
هرجس بطريرك القسطنطينية فاما نحن فنعترف
بمشيتين متضادتين للعقل والجحد الذي ان اقلبوه
الناس في ارايهم الفاسدة ظنوا ان اذوريوس بطريرك
رومية كان يقول بمشية واحدة في لاهوت سيدنا
المسيح وناسوته مع اني اسئل القايلين بهذه المقالة في
اي طبيعة يقولون المسيح الاله مشية واحدة ان
كان في لاهوته فقط وما كانت في ناسوته
مشية فليس هو اذا بانسان تام وان
قالوا في ناسوت المسيح هذه المشية فنقول لهم
كيف هو الاه تام وان قالوا طبيعتين بمشية واحدة
فذلك لا يجوز ولكن نعترف بتجسد المسيح
الواحد ولذلك لا نجحد المشيتين التي
للطبيعتين ليلا نفسد خواصهما ولكنا
نقول كل واحد من طبيعتين
للمسيح

corporis, neque fuisse peccatum illi qui venit, ut tolleret peccatum mundi; (absit, fieri non potest.) Neque fuisse Domino nostro *Christo* peccatum vel unum, neque in ipsius nativitate, neque temperamento. Verùm dicimus (inquit) ac confitemur voluntatem unam quâ dirigeretur ipsius humanitas sancta; non autem asserimus voluntates duas contrarias, quæ intellectui ipsius & corpori fuerint. Hoc scripsit *Honorius* Patriarcha *Romanus* ad *Sergium* Patriarcham *Constantinopolitanum*. Nos siquidem confitemur duas voluntates contrarias, intellectûs & corporis: quod transferentes nonnulli ad sententias suas falsas, putârunt *Honorium* Patriarchum *Romanum* asseruisse voluntatem unam in Domini nostri *Christi* divinitate & humanitate: quod qui autumant, rogarem ego, In qua natura dicunt unam esse *Christo* Deo voluntatem? si in Divinitate tantùm, tum non est in humanitate ipsius voluntas; ac proinde non est homo perfectus. Sin dixerint in humanitate *Christi* esse hanc voluntatem, dicimus ipsis, Quomodo erit Deus perfectus? Quòd si, duabus naturis esse voluntatem unam; hoc est quod fieri non potest. Verùm confitemur incarnationem *Christi* unius, ideóq; nec negamus duas voluntates quæ sunt duabus naturis, ne proprietates ipsarum corrumpamus. Verùm dicimus utrique duarum naturarum

Christi in incarnatione personæ unius, esse voluntatem; at non esse duas personas, quemadmodum [asserit] *Nestorius* maledictus. Qui autem asserunt duas esse naturas & voluntatem unam, divinitati *Christi* & humanitati ipsius, nec nō operationē unā, errant illi instar *Maronis* maledicti: & qui aiunt, unam naturam, voluntatem unam, & operationem unam; peccant, instar *Eutychii* & *Dioscori* & *Severi* hæreticorum. Atque hæc est sententia *Iacobitarum*. Verùm doctrina sana & veritas manifesta illa est quam protulerunt Doctores · viz: Esse Domino nostro *Christo* duas naturas, duas voluntates, operationes duas & personam unam: cùm impossibile sit, ut sit duabus naturis voluntas una: quòd si unam haberet voluntatem, unam etiam haberet naturam; cùm autem duas habeat naturas, duas etiam habet voluntates. Rogamus ergò vos ut jubeatis comburi chartam quæ calumnias in *Leonem* Patriarcham *Romanum* continet, nec non in Concilium *Chalcedonense*, ne legatur & ab intellectu minùs valentibus probetur, fidémq; ipsorum corrumpat.: rogamúsque Dominum nostrum *Christum* ut vos cum misericordia, clementia, atq; auxilio respiciat, subdátque imperio vestro gentes potentiâ ipsius insuperabili. Epistolam hanc cùm absolvisset *Iohannes* Patriarcha *Romanus*, ipsam misit per virum præstantem, nomine *Barsicam*, Ecclesiæ *Romanæ* Archidiaconum, qui ad *Heracli-*

المسيح في تجسد القنوم الواحد لها مشيـة ولا نقول
اقنومين مثل نسطور اللعين فاما الذين يقولون
طبيعتين ومشية واحدة فقد اخطوا مثل مارون اللعين فاما
الذين يقولون طبيعة واحدة ومشية واحدة وفعل واحد
فقد اخطوا مثل اوتيشهوس وديسقورس وهورس
الخاذيل وهذه هي مقالـة اليعقوبية فاما الصحيح
الحق البين فهو الذي قالوه المعلمين ان سيدنا المسيح
طبيعتان ومشيتان واقنوم واحد لانه محال ان تكون
مشية واحدة لذي طبيعتين فلو كان ذا مشية واحدة
لكـان ذا طبيعـة واحدة ولما كان ذا طبيعتين
كان ذا مشيتين فنسالكما ان تامرا ان تحرق
القرطاس الذي طعن فيه على لاون بطرك رومية
وعلى المجمع الخلقيدوني لملا يقرا فيقبلـه
ضعفا العقول فيفسد اماناتهم وتصل سيدنا
المسيح ان ينظر اليكما بالرحمة والرافة والمعونة
ويخضـع الامـم تحت سلطانكم بقوته التي لا
تغلب فلما كمل يوحنا بطرك رومية صحيفتـه
ختمها وبعث بها مع رجل فاضل يقال له بوهيقا
وهو راس شمامسة في كنيسة رومية فاقبل بها الى
هرقل

هرقل وقسطنطين الملكين فوجد قسطنطين الملك
قد توفي ووثبوا الوزرا والقواد علي هرقل وقتلوه لانهم
تشاموا به لان مصر والشام خرجت من ايديهم وانه
كان ماروديا وانهم ملكوا عليهم ابن اخيه
قسطنطين المتوفي وسموه قسطنطين باسم ابيه وذلك
في السنة الثامنة من خلافة عثمان وكان
قسطنطين هذا الملك حسن العبادة وان برسمقا
الرسول دفع الصحيفة التي من يوحنا بطريرك
رومية الي الملك فاخذها وقراها وعجب من فهم
البطريرك وامر ان يكتب جوابها هكذا اننا قد
قبلنا وصيتك ايها القديس الفاضل ونحن نقر وندين
بطبيعتين ومشيتين وفعلين لسيدنا المسيح واقنوم واحد
ونلعن من خالف هذا ونؤمن بما قالته السماية وثلاثون
اسقف الذين اجتمعوا في خلقدونية ونلعن من
لعنوه وقد امتثلنا ما امرت به من تحريق القرطاس
الذي طعن فيه علي لاون بطرك رومية القديمة
وعلي المجمع الخلقدوني واحرقناه بالنار ونحن
ثابتون علي تعليمك الذي
هو تعليم الحق ونسئلك ان تدعوا لنا بالسلامة
والحفظ

um & *Conſtantinum* Imperatores perferens, invenit *Conſtantinum* diem obiiſſe, nec non *Heraclium* à Conſiliariis, qui in ipſum impetum fecerant, occiſum; quòd ſc. ipſum pro inauſpicato haberent, cùm *Ægyptus* & *Syria* ipſis ereptæ eſſet, quódque *Maronita* eſſet; ipſóſque Imperio præfeciſſe fratris ejus *Conſtantini* demortui filium, quem & de nomine Patris ſui *Conſtantinum* appellârunt. Fuit autem *Conſtantinus* iſte Imperator pius, cui cùm *Barſika* nuncius Epiſtolã quæ à *Iohanne* Patriarcha *Romano* ad Imperatorem miſſa fuit tradidiſſet, ipſe acceptam perlegit, ac Patriarchæ intellectum miratus, reſcribi juſſit reſponſum, ad hunc modum. Accepimus, Sancte excellens, mandatum tuum. Nos autem confitemur ac credimus naturas duas, voluntates duas, atque operationes duas Domino *Chriſto* eſſe, ac perſonam unam, & qui his contradixerit anathematizamus. Credimus etiam illud quod aſſeruerunt Epiſcopi ſexcenti triginta qui in urbe *Chalcedonenſi* convenerunt, & anathemate devovemus illos qui illud anathemate devovent. Atque illud quod de charta comburenda, in qua calumniæ eſſent in *Leonem* Patriarcham *Romanum* ſanctum, & in concilium *Chalcedonenſe*, ratum habuimus, ipſámque igni tradidimus. Nos autem doctrinã tuam, quæ doctrina vera eſt, firmiter retinemus: rogamúſque ut nobis pacem preceris, atque

que ab omnibus malis incolumes ſervemur. *Barſika* igitur acceptis Imperatoris *Conſtantini* literis, cùm iis profectus eſt ad *Iohannem* Patriarcham *Romanum*, ad cujus literas reſponſum continebant. At cùm *Romam* appelleret invenit *Iohannem* Patriarcham mortuum eſſe. Poſt quem ſedit vir quidam egregius nomine *Theodorus*, ad quem accedens *Barſika*, certiorem eum fecit quid ipſi dixiſſet Imperator, quámque Orthodoxus eſſet, unáque ipſi literas tradidit Imperatoris *Conſtantini* ad Epiſtolam *Iohannis*, quam ad Imperatores ſcripſerat, reſponſorias: quas acceptas legit *Theodorus* Patriarcha, & Orthodoxiam ipſius miratus reſponſum ad ipſas hoc modo ſcripſit. *Ad Conſtantinum* Imperatorem fidei ſinceræ [Profeſſorem] unicum: à *Theodoro* Patriarchâ *Romano*. Gratificatus eſt. nobis Dominus Deus Omnipotens, qui Eccleſiam ſuam moderamine miſericordiæ ſuæ reſpicit in pietate tua; dedítque nobis locum te alloquendi cum gaudio & hilaritate, quò gratiam hanc palàm faciamus. Vos ſiquidem poteſtatem veſtram accepiſtis vice Apoſtolorum ſanctorum ut fidem Orthodoxam propugnetis, & Religionem veram manifeſtetis: non ut *Heraclius*, qui ob infidelitatem ſuam quódque veritatem deſeruerit, dignus non eſt qui Rex appelletur; nec ut *Sergius*, *Honorius*, *Paulus*, & *Petrus* Patriarchæ *Conſtantinopolitani*,

والحفظ من جميع الافات وان ترسيقا قبل صحيفة
الملك قسطنطين وتوجه بهما الي يوحنا بطريرك رومية
جواب صحيفته فلما انتهما انتها الي رومية وجد يوحنا
البطريرك قد توفي وجلس من بعده رجل فاضل
يسمي ثاذوورس فتقدم ترسيقا فاعلمه بقول للملك
له وحسن اماذته ودفع اليه صحيفة قسطنطين الملك
جواب صحيفة يوحنا التي كتبها الي الملكين
فقبلها ثاذوورس البطريرك وقراها وعجب من
حسن اماذة الملك وكتب جوابها هكذا الي
قسطنطين الملك المتوحد بالايمان النقي من
ثاذوورس بطريرك رومية ان قد وهب لنا الاله القادر
علي كل شي الناظر الي كنيسته بتدبير رحمته
في شان حسن عبادتك واعطانا نحن موضع ان
نرفع اليك بسرور ونشاط لنكشف هذا امعة لاذكم
قد سلمتم سلطانكم موضع السليحيين
القديسين لتذبوا عن الاماذة المستقيمة
وتوضحوا الدين الصحيح ليس مثل هرقل الذي
ليس باهل ان يدعوا ملكا لكفره وخروجه
عن الحق وسرجس واذوريوس وبولص وبطرس بطاركة

قسطنطينية المخالفين الحق الذين استوجبوا اللعن
واستحقوا ان يطرحوا من رتبة الكنيسة لفساد
مقالتهم وما طرحوا في الناس من الشكوك فاما انت
ايها الملك الفاضل فاعلم ان الاساقفة الحق الارثوذكسية
في ثمرة الفردوس وعليك ايها الملك الفاضل ان تذب عنها
وتقاتل عليها وتوضحها للناس وتعمل بمذهبها المصحح
العون لك في ذلك بجوده وختم ثاوذورس البطريرك
الصحيفة وبعث بها الي قسطنطين الملك جوابا
لصحيفته التي بعث بها الي يوحنا بطريرك رومية فلما
قدمت الصحيفة علي قسطنطين حزن علي وفاة يوحنا
وفتح الصحيفة وعجب من حسن جواب ثاوذورس
البطريرك عن يوحنا المتوفي قبله وامر بكتب
جوابها فلما قدم رسول الملك الي رومية وجد ثاوذورس
قد توفي ورتب بعده مرطنوس علي رومية وفي ايام
عثمان ابن عفان وجه قسطنطين الملك بخادم يقال
له مادويل الخصي مع جيش عظيم في البحر
واخذ الاسكندرية وكان عمر ابن العاص بمصر
فخرج اليه عمر ابن العاص واهل مصر معه من القبط وغيرهم
والمقوقس

nopolitani, qui veritati contradixerunt, atque anathemate digni ſunt, quíque de Eccleſiæ gradu dejiciantur ob ſententiarum ſuarum falſitatem, eóſque quos in hominum [animas] injecerunt ſcrupulos. Tu autem, præſtantiſſime Rex, ſcias fidem veram orthodoxam, fructum eſſe Paradiſi, tibíque incumbere ut ipſam tuearis ac propugnes, eâmque hominibus notam facias. *Chriſtum* autem Dominum precamur ut tibi in hoc pro bonitate ſuâ auxilium ferat. Epiſtolam hanc obſignatam miſit *Theodorus* Patriarcha ad *Conſtantinum* Imperatorem, ad literas quas ad *Iohannem* Patriarcham *Romanum* miſerat, reſponſum. Quæ ubi ad *Conſtantinum* pervenit dolore affectus eſt ob *Iohannis* mortem, apertis autem literis mirè placuit ipſi bonitas reſponſi quod ipſi reddiderat *Theodorus* Patriarcha vice *Iohannis*, qui ante ipſum deceſſerat; juſsítque ſcribi reſponſum. At cùm *Romam* perveniret nuntius Imperatoris, *Theodorum* etiam mortuum invenit, poſt quem *Romæ* præfectus eſt *Martius*. Porrò tempore *Othmani Ebn Affani* miſit *Conſtantinus* Imperator ſervum quendam nomine *Manuelem*, Eunuchum, cum exercitu ingenti per mare, qui *Alexandriam* cepit. Fuítque eo tempore in *Ægypto Amrus Ebnol Aſi*. Contra ipſum ergò profectus *Amrus* unà cum *Meſri* incolis *Kophtitis* aliíſque, comitante

etiam *Almokaukaſo* qui ipſos opibus, hoſpitio, & viatico inſtruxit, pugnâ ipſos gravi excepit ad portam *Alexandriæ*; quæ & per dies aliquot continuata eſt; dein in fugam converſus eſt *Manuel* Eunuchus cum omnibus qui cum ipſo fuerant *Romanis*, qui conſcenſis navibus *Conſtantinopolim* reverſi ſunt. Diebus etiam *Othmani Ebn Affani* captæ ſunt *Africa*, *Armenia*, & *Choraſan*. Præfuit *Damaſco*, nomine *Othmanis*, *Moawias Ebn Abi Soſyan*. *Maowaias* iſte cum *Cypri* incolis fœdus pepigit anno *Hejræ* viceſimo octavo, idque anno Chalifatûs *Othmani* quarto, tributo aureorum ſepties mille ducentorũ quotannis ab ipſis in perpetuum *Moſleminis* pendendo, ac tanto etiam *Romanorum* Imperatori. Porrò collegit *Othman* Alkoranum, longa longis, brevia brevibus componens: atque hoc libris ſeptem fecit, abolitis cæteris, anno *Hejræ* triceſimo ſecundo. Dein diſcordantibus cum ipſo hominibus interfectus eſt *Othman*, *Ebn Affani*. Interfecerunt ipſum *Mohommed Ebn Abi Becri*, *Ammar Ebn Yaſeri*, & *Canana Ebn Baſhari*, die *Dil Hajjæ* octavo; (vel ſecundùm aliud exemplar, decimo octavo;) anno *Hejræ* triceſimo quinto, annostum natum octoginta duos: per triduum inſepultus manſit. Fuit [ſtaturæ] quadratæ, facie pulchrâ, fuſcus, barbâ amplâ quam plicabat, dentes auro conſtringebat. Plurimum cum eo potuit

Merwan

والمقوقس معهم فحمل لهم الاموال والانزال والميرة
فقاتلوهم علي باب الاسكندرية قتالا شديدا واقاموا علي
ذلك اياما ثم انهزم مانويل الخصي وكل من معه من
الروم ودخلوا المراكب ورجعوا الي القسطنطينية وفي ايام
عثمان ابن عفان فتحت افريقية وارمينية وخراسان
وكان معاوية ابن ابي سفيان علي دمشق من قبل عثمان
ابن عفان وصالح معاوية اهل قبرص في سنة ثمانية وعشرين
من الهجرة وذلك في السنة الرابعة من خلافة عثمان ابن
عفان علي جزية سبعة الاف دينار ومايتي دينار يودونها
الي المسلمين ابدا في كل سنة والي ملك الروم مثلها
وجمع عثمان القران وصير الطوال مع الطوال والقصار
مع القصار وصير ذلك في هيع مصاحف وابطل سايز
المصاحف في سنة اثنين وثلاثين من الهجرة واختلف
الناس علي عثمان ابن عفان فقتل والذي قتله محمد ابن
ابي بكر وعمار ابن ياسر وكنانة ابن بشر لثمان ليالي
خلت من ذي الحجة وفي نسخة اخري يقول لثمانية عشر
ليلة خلت من ذي الحجة سنة خمسة وثلاثين من الهجرة
وهو ابن اثنين وثمانين سنة وبقي ثلثة ايام قبل ان يدفن
وكان مربوع حسن الوجه اسمر وافر اللحية يظفر لحيته
بمشط

مشدد الاسنان بالذهب وكان الغالب عليه مروان ابن
الحكم ودفن بالمدينة بموضع يعرف بجسر كوكب
وكان صاحب شرطته عبد الله ابن فهد العدوي
وحاجبه جدان مولاه ❊

خلافة علي ابن ابي طالب

واستخلف بعد عثمان علي ابن ابي طالب ابن
هاشم ابن عبد مناف وامه فاطمة ابنة اسد ابن هاشم ابن
عبد مناف في ذي الحجة سنة ثمنة وثلثين من الهجرة
وذلك في السنة الرابعة من ملك قسطنطين ابن قسطنطين
ثم سار الي البصرة فكانت وقعة الجمل ثم سار الي
الكوفة وخرج الي الشام فكانت وقعة صفين ورجع
فكانت وقعة الخوارج بالنهروان ورجع الي الكوفة
فقتله عبد الرحمن ابن ملجم المرادي اول العشر الاخر من
شهر رمضان سنة اربعين من الهجرة وقتل وهو ابن ثلاثة
وستين سنة وصلي عليه ابنة الحسن وكانت خلافته
اربع سنين وعشرة اشهر وكان اسمر كبير البطن واقر
اللحية كث اللحية صدري ولا يغير شيبته ودفن بالغريين
وقالوا قوم بالنوبة وقد اختلف في موضع دفنه
وكان

Merwan Ebn Hacem; ſepultus eſt *Medinæ* loco dicto *Iaſar Caucab* [pons ſtellæ:] Satellitum princeps ipſi fuit *Abdallah Ebn Phahd Adawenſis*. Janitor, *Hamdanus* ipſius ſervus.

Chalifatus *Alis Ebn Abi Talebi.*

Chalifatum poſt *Othmanum* obtinuit *Ali Ebn Abi Talebi*, (*Ebn AbdilMotallabi*, *Ebn Haſhemi*, *Ebn AbdilManaphi*; cui mater *Phatemah* filia *Aſadi*, *Ebn Haſhemi*, *Ebn AbdilManaphi*,) menſe *Dil Hajjæ* anni *Hejræ* triceſimi quinti, ídque anno Imperii *Conſtantini* filii *Conſtantini* quarto. Profecto eo *Baſram* fuit *prælium Cameli*; deinde cùm *Cufam* petens in *Syriam* tenderet commiſſum eſt prælium *Choruzienſe* in *Nahrawan*. Dein *Cufam* rediit, ubi ipſum interfecit *Abdorrahman Ebn Melhami Almazadienſis*, decem ante finitum menſem *Ramadanum* diebus, anno *Hejræ* quadrageſimo. Erat cùm occideretur annorum ſexaginta trium. Oravit pro ipſo filius ipſius *Haſan*. Fuit Chalifatus ipſius annorum quatuor & decem menſium. Fuſcus fuit, ventre prominēte, barbâ promiſſâ adeò ut totum ipſi pectus operiret. Canitiem ſuam non mutabat. Sepultus eſt in *Garriyan*, vel ſecundùm nonnullos in *Thawiah*. Controverſum enim eſt de loco ſepulturæ ipſius. Satellitum ipſi præfectus

ctus fuit *Maaka* Ebn *Kisi AlZabajensis*. Ianitor, *Kanbar* servus ipsius.

Chalifatus *Moawiæ* Ebn *Abi Sofyan*.

Profectus *Moawias* Ebn *Abi Sofyan Damasco Erakum*, ibi præstitis juramentis *Chalifa* renunciatus est. nomen ipsi fuit *Sachr* Ebn *Harbi*, Ebn *Abdi Shemsi*; mater ipsius *Henda* filia *Atbæ* Ebn *Rabiæ*, Ebn *AbdShamsi*. Inauguratus est mense *Rabiæ* prioris, anno *Hejræ* quadragesimo primo, qui fuit Imperii *Constantini* f. *Constantini* Imperatoris *Romanorum* decimus; præfuit annos novendecim & quinque menses. Anno Chalifatûs ejus secundo constitutus est *Georgius* Patriarcha *Constantinopolitanus*: qui annos decem sedit, dein mortuus est. Ejus præfecturæ anno secundo fuit Concilium sextum, fuitque tum *Romæ* Patriarcha *Martinus*. Occidentis autem præfectus nomine *Constantini* Imperatoris erat quidam nomine *Coristans*, qui cùm *Maronita* esset, *Martinum* Patriarcham *Romanum* jussit eandem profiteri sententiam, cúmque nollet, ipsum ad urbem quandam longinquam relegavit. Erat autem tunc temporis Monachus quidam Sanctus nomine *Maximus*, cui duo erant discipuli. Hic ad *Constantem* præfectum accedens ipsum ob sententiæ suæ & cultûs pravitatem

وكان صاحب شرطته معقل ابن قهي الرباجي
وحاجبه قنبر مولاه

خلافة معاوية ابن ابي سفيان

وزحف معاوية ابن ابي سفيان من الشام الي العراق
وبويع له بالخلافة واسمه صخر ابن حرب ابن امية ابن
عبد شمس وام معاوية هندا بنت عتبة ابن ربيعة ابن
عبد شمس وكانت البيعة له في ربيع الاول سنة
احد واربعين من الهجرة وذلك في عشر سنين من ملك
قسطنطين ابن قسطنطين ملك الروم فولي تسعة عشر
سنة وتسعة اشهر وفي سنتين من ولايته صير جرجيوس
بطريركا علي القسطنطينية اقام عشر سنين ومات في
سنتين من رياسته كان المجمع الحادس وكان
البطريرك برومية مرتمنوس وكان الوالي علي
المغرب من قبل قسطنطين الملك رجل يقال له قسطا
وكان ماروذا فاخذ بطريرك رومية بان يقول
بمقالته فامتنع من ذلك فنفاه الي مدينة بعيدة وكان
يومين هناك رجل راهب قديس يقال له مقسيموس
وكان له تلميذان فجا الي قسطا الوالي فوبخه
علي سماجة قوله وعبادته وقبح اعتقاده
وشدة

وشدة كفره فامر قسطا بمكسيموس فقتعت يداه ورجلاه
ونزع لسانه وذفاه الي موضع بعيد وامر باخذ تلاميذه
ففعل به كذلك والتلاميذ الاخر ضرب بالسياط وذفاكل
واحد منهما بعيد من الاخر فلما فعل قسطا بمرتينوس
البطريرك وبمكسيموس وتلاميذه ما فعل رتب
علي رومية بطرك رجل فاضل يقال له ديونس
فلما بلغ قسطنطين الملك المؤمن وفاة نارسس
بطريرك رومية وما فعل قسطا بالبطرك مرتينوس
ومكسيموس الراهب وتلاميذه وبولاية ديونس بطرك
رومية اذكر ذلك وبعث اليه صحيفة وسجل
معها يسئله في الصحيفة ان يوجه اليه من افاضل
من في مدينته من الاساقفة واوثق له
عهدا انه لايخاف شيا ولكن لكيما يعرف
قسطنطين سبب هذه الحجة المخالفة
لراي الكنيسة ومن الذي كان ابتدأوها
لكما يطرح بحجج الاباء القديسين علي من
استحق اللعنة فقدم رسول الملك الي رومية
فوجد ديونس قد توفي ورتب بعده اغاثيوس
بطريرك علي رومية فدفع الصحيفة
الي

tatem, heterodoxiam atq; gravem infidelitatem redarguit. Iusſit ergò *Conſtans Maximo* manus ac pedes amputari, linguámque extrahi, atque ipſum in locum longinquum ablegavit. Iusſit etiam diſcipulorum ipſius alterum prehendi, idémque ipſi fieri: alter flagris cæſus eſt: dein utrumque in locum ab altero longè remotum expulit. Cúmque *Martino* Patriarchæ, ac *Maximo* diſcipulíſque ipſius duobus hoc feciſſet *Conſtans*, *Romæ* Patriarcham conſtituit virum quendam eximium nomine *Diyanum*. Cùm autem certior factus eſſet *Conſtantinus* Imperator fidelis, de obitu *Theodori* Patriarchæ *Romani*, quídque feciſſet *Conſtans Martino* Patriarchæ *Maximóque* monacho & ipſius diſcipulis, conſtitutúmque eſſe *Diyanum* Patriarcham *Romanum*, ægrè hæc tulit, ſcripſítque ad ipſum literas cum diplomate, rogans ut è præſtantiſſimis, qui adaltare ipſius [communicarent,] Epiſcopis ad ipſum mitteret, fidem ipſi faciens ne timeret quicquam, verùm [eſſe hoc] quò ſciret *Conſtantinus* cauſã prætextus iſtius ſententiæ quæ Eccleſiæ contraria eſſet, & quis initiũ ipſi dederat; ut in concilio Patrum ſanctorum anathema diceretur in illum qui eo dignus eſſet. Perveniens autem legatus Imperatoris *Romam*, *Diyanum* obiiſſe reperit. Et Patriarcham poſt ipſum *Romæ* conſtitutũ eſſe *Agabium*: cui cùm literas tradidiſſet,

ille quotquot aderant Episcopos convocavit, qui numero erant centum viginti quatuor, cum tribus Diaconis, ex iis qui ad altare ipsius communicarẽt, eósque unà cum legatis Imperatoris misit. Cùm ergò *Constantinopolim* pervenissent Episcopi, ad *Constantinum* Imperatorem ingressi, ipsi salutem ac benedictionem comprecati sunt. *Constantinus* autem Imperator Episcopos centum sexaginta octo convocavit, ita ut jam numero essent ducenti nonaginta duo, at rejectis tribus Diaconis, qui ab *Agabio* Patriarchâ *Romano* missi fuerant, manserunt Episcopi ducenti octoginta novem: atque ita in diptycho recensentur. Bonitate ergò auxilii Divini, ac mansuetudinis *Constantini* Imperatoris fidelis præstantiâ, peractum est hoc negotium quo in unius voluntatis assertores statutum est; quos anathemate percussérunt: fuitque hujus Concilii sexti præses *Georgius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, & *Theophanes* Patriarcha *Antiochenus*: utpote qui in ipso hoc Concilio Patriarcha renuntiatus est, cùm *Macarius*, qui ante ipsum fuit, in eo anathemate percussus est. *Alexandriæ* autem & *Hierosolymis* Patriarcha tunc temporis non fuit, utrâque sede vacante: Anathema ergò dixerunt in *Macarium*, *Macedonium* & *Georgium*, Patriarchas *Antiochenos*, *Stephanúmque Macarii* discipulum; Nec nõ *Cyrum*, & *Petrum*, Patriarchas *Alexandrinos*, &

الي اغابيوس البطرك فجمع اغابيوس من حضر
من الاساقفة وكان عددهمماية واربعة وعشرين
اسقف وثلاثة شمامسة من اهل مذبحه وجه بهم مع
رسل الملك فلما وصلوا الاساقفة الي القسطنطينية دخلوا
الي قسطنطين الملك وسلموا عليه وباركوه وجمع قسطنطين
ماية وثمانية وستين اسقف وكان جملتهم مايتين ومائتين
وتسعين رجلا فاسقطوا الثلاثة الشمامسة المرسلين من
قبل اغابيوس بطرك رومية فبقي مايتان وتسعة وثمانين
اسقف وكذلك يذكرون في الدبتيخة فبحسن
معونة الله وشرف دعة قسطنطين الملك المومن بقيت
هذه القضية التي كفدت علي اصحاب المشيئة الواحدة
وثبتوا اللعنة عليهم وكان رييس هذا المجمع
السادس جرجيوس بطريرك القسطنطينية وثاوفانس
بطريرك انطاكية لانه في ذلك المجمع صير بطرك لان
مكاريوس الذي كان قبله لعن في هذا
المجمع فاما الاسكندرية وبيت المقدس فلم يكن فيهما في
ذلك الوقت بطريرك وكان الكرسيين خاليين فلعنوا
مكاريوس ومكندونيوس وجرجيج بطاركة انطاكية واصطفان
تلميذ مقاريوس ولعنوا كورس وبطرس بطاركة الاسكندرية
ولعنوا

ولعنوا اذريدوس بطريرك رومية ولعنوا سرجيوس وكورس
وبولس وبطرس بطاركة القسطنطينية ولعنوا فاون ورسن
اسقف فاران وبلوخروهموس الذي سمي هيمون
الساحر لانه كان قسيسا سريانيا مخالفا فادعي
برمه ان المسيح ترايا له في النوم فاخبره ان هولاي
اصحاب المشيه الواحدة علي راي الحق فقدم الي
القسطنطينية بعدما دفن علي المخالفين القضية
فاخبر بهذا والتمس ان يقوم بحجة لاصحاب المشيه
الواحدة فلعنوه مع اصحابه وطرحوا ارايه الكافرة
وسمته الجماعة هيمون الساحر فلما فرغوا من
لعن اصحاب المشيه الواحدة جلسوا فصححوا الامانة
المستقيمة الارثوذكسية النقية التي بلا عيب وقالوا
انا نومن بان الواحد من الثالوث الابن الوحيد
الذي هو الكلمة الازلية الدايم المستوي مع
الاب الاله في قنوم واحد ووجه واحد يعرف تاما
بناسوته تاما بلاهوته في الجوهر الذي هو ربنا يسوع
المسيح بطبيعتين تامتين وفعلين ومشيتين في قنوم
واحد وشهدوا كما شهد مجمع الخلقيدوني ان
الاله الابن في اخر الازمان اتخذ من العذري السيدة
مرتمريم

& *Honorium* Patriarcham *Romanum*, *Theodorúmque Paulum*, & *Petrum* Patriarchas *Conſtantinopolitanos*: quinetiam in *Theodorum*, *Parani* Epiſcopum, & *Ilochronium* qui *Simon magus* cognominatus eſt. Fuit hic ſiquidem Sacerdos *Syrus* Heterodoxus, qui autumavit *Chriſtum* ipſi in ſomno apparentē indicâſſe, iſtorum qui unam voluntatē aſſererentē, verā eſſe ſententiā. *Conſtantinopolim* ergò accedens poſtquam contra Heterodoxos ſtatutum eſſet decretum, hæc narrans conatus eſt tueri ſententiam *Monothelitarum*; quare ipſum anathemate devoverunt unà cum ſociis ipſius, & ſententiam ejus falſam rejecerunt, appellarúntque ipſum homines *Simonem Magum*. Cúmque jam anathemate *Monothelitas* feriendi finem feciſſent, confederunt, ut fidei Symbolum rectum, Orthodoxum, ſincerum, inculpatū, ipſi componerent; dixerúntque, Credimus unam è[perſonis] Trinitatis eſſe filium unicū, qui eſt Verbum antiquum, æternum, patri æqualis, Deus in perſona una & hypoſtaſi una; qui agnoſcitur perfectus eſſe quod ad humanitatem ſuam, & perfectus quod ad divinitatem, in eâ ſubſtantiâ quæ eſt Dominus noſter *Ieſus Chriſtus*, duas habens naturas perfectas, duas operationes, & duas voluntates in perſona una. Idémque profeſſi ſunt cum Concilio *Chalcedonenſi*, viz: Deum filium ultimis temporibus aſſumſiſſe ex virgine, Domina *Maria*

Mariâ Sanctâ corpus humanum cum animâ rationali, intellectivâ: ídque ex misericordiâ Dei in homines propitii: neque hoc pacto contigisse ipsi confusionem, nec corruptionem, nec separationem, nec divisionem; sed esse ipsum unum, faciens, quæ hominem facere decet in naturâ ipsius, & quæ Deum facere decet in natura ipsius; qui est filius unicus, Verbum sempiternum, incorporatum, quod reverâ factum est caro; sicut dicit Evangelium Sanctum; ita interim ut non recedat à gloriâ suâ æternâ, neque ipsam mutet, verùm sit cum duabus operationibus, duabus voluntatibus, & duabus naturis, Deus & homo, quibus perficitur sermo verus: & utramque naturam operari cum communione alterius, duabus voluntatibus minimè inter se contrariis, aut pugnantibus, alterâ aliud amplectente; verùm manere voluntatem humanam in voluntate divinâ omnipotente. Quòd nisi verbum Dei, cùm descenderet, assumpsisset hominem undíque perfectum, fuisset salus nostra imago & phantasia. Quomodo autem conveniret beneficentiam præstanti, qui est Medicus sapiens, revera sanitatem dans, (secundùm illud quod dicit *Malachias* Propheta, orietur Sol justitiæ, cujus nomen timebunt, qui sanabit ipsos, gestabitque ipsos alis suis,) illud assumere in quo creaturæ antiqui

tus

مرتمريم القديسة جهدا اجتهاديا بنفس ناطقة عقلية
وذلك برحمة الله محب البشر ولم يلحقه ذلك اختلاط
ولا نقصان ولا فرقة ولا فصل ولكن هو واحد يعمل ما
يشبه الانسان ان يعمله في طبيعته وما يشبه
الاله ان يعمله في طبيعته الذي هو الابن الوحيد
الكلمة الازلية المتجهدة التي صارت بالحقيقة
لحما كما يقول الانجيل المقدس من غير
ان تنتقل من مجدها الازلي وليس بمتغيرة
لكنها بفعلين ومشيتين وطبيعتين الاه وانسان
الذي بهما يكمل قول الحق وكل واحدة
من الطبيعتين تعمل مع شركة صاحبتها بمشيتين
غير متضادتين ولا متضارعتين ليس لبعضهم بغض ولكن
تبقا المشية الانسية في المشية الالهية القادرة علي كل شي
ولولا ان كلمة الله حقيقة نزلت اخذت الانسان
غير ناقص لكان خلاصنا اذا شبحا وخيالا وكيف
يستقيم لصانع الفضل الذي هو الطبيب الحكيم
الشافي بالحقيقة كما يقول مالاخينا البتي
اذ يشرق شمس العدل للذين يخافون اسمه
وشفاهم وحملهم علي جناحيه ان ياخذ هذا الذي

كانت فيه هزيمة المخلوق قديما ان تكون
الخطية الاولي في الانسان باستطاعته ومشيته وسلطانه
فكيف لايكون بالاضطرار ان اورانا السيد الذي
بهرة الاب الابن الذي هوالحر وحده غيرعبد ولكن عبد
ذاته لاجل خلاصنا واعطانا الغلبة علي الذين يتكلمون
ويقولون ان ادم بالاضطرار اخطا وكانت خطيته من
غيرمشيته ولم يكن في خلقته استطاعة حرية تحفظ بها
سقطته ويلزمون في قولهم هذا الخالق العيب والنقص
تعالي الله عن ذلك علوا كبيرا ويعذرون ادم في خطاه
واصحاب هذا الراي خاصة وكل من يوافقهم فانه
بقدر قولهم هذا يلزم كل جنس الناس الخطا بالاضطرار
ونحن نقول ان ادم كان قادرا ان يحفظ وصية خالقه
وكان ايضا قادرا ان يرد مشورة الامراة لكنه لم يشا
ذلك بل قبل الطعام من الشجرة ومن يد الامراة
كما قبلت ايضا الامراة مشورة الحية ليس باضطرار
الطبيعة لكن باسترخا العقل وهو المشية من
المخلوقين بدينا اعني ادم وحوا الذي قبلوا امنة
الضربة الموجعة اخذوا به ايضا الشفا لان ربنا يسوع المسيح
اخذ امراضنا واوجاعنا كما قال اشعيا النبي رايناه
فلم

tus noxa fuit, ut esset peccatum primum in homine penès arbitrium, voluntatem, & potestatem suam. Ac quomodo non esset hoc necessarium, cùm docuerit nos Dominus, qui est in sinu patris, filius qui solus est liber, non servus, verùm seipsum servum fecit propter salutem nostram, dederitque nobis victoriam in illos qui loquentes dicant *Adamum* necessariò peccâsse; ac fuisse peccatum absq; voluntate ipsius, neque fuisse in natura ipsius potestatem liberam, quâ à lapsu cavere posset. Quo ipsorum dicto crimen & defectum impingunt Creatori, qui longè suprà hæc est, atque *Adamum* in peccando excusant. Jam verò vi sententiæ eorum præcipuè qui hoc asserunt, omniúmque qui iis assensum prebent, necessariò competit peccatũ toti hominum generi. Nos autem dicimus in potestate *Adami* fuisse ut Creatoris mandatum servaret, nec non ut consilium mulieris rejiceret; verùm non ita voluisse, sed cibum ex arbore & è manu mulieris accepisse: quemadmodum & mulier consilium serpentis secuta est, non necessitate naturæ, sed imbecillitate intellectûs: fuítque hoc primâ voluntate creaturarum viz. *Adami* & *Evæ*, unde acceperunt plagam dolorificam, atque unde etiam medelam. Siquidem Dominus noster *Iesus Christus* morbos nostros & dolores nostros suscepit, sicut dixit *Isaias* propheta, Aspeximus eum nec

بن عبد الله ابن سهو الحميري ابن الرعيني واقام الحج
للناس صالح ابن المنصور وقال قوم اقام الحج محمد
ابن يحي ابن محمد ابن علي ابن العباس فدعي للمهدي
وورد علي المهدي وهو ببغداد مشارة مولي المنصور بالخبر
فبويع له ببغداد في اخر ذي الحجة في سنة
ثمانية وخمسين وماية ومات قسطنطين ابن
لاون ملك الروم وملك بعده ابنه لاون ابن
قسطنطين ابن لاون وكانت خلافة المهدي
عشر سنين وشهر وستة عشر يوما وتوفي في المحرم
سنة سبعة وستين ومايه للهجرة وله ثمانية وثلثون
سنة وكانت وفاته بقرية يقال لها الرن من ارض
ماسبذان ودفن بها وكان المهدي حسن
الوجه حسن الجسم حسن الخلق في عينه اليمني
كتة بيضة وكان علي شرطة
نصر

Chalifatus *AlMohdii.*

Mortuo *Meccæ Almanſuro* fidem obſtrinxerunt *Saleho Ebnol Manſur*, & *Iſa Ebn Muſa*, *AlMohdio Ebn Mohammed, Ebn Abdollah, Ebn Mohammed, Ebn Ali, Ebn Abdollahi*, *Ebnol Abbaſi*; cui mater erat *Ommo Muſa*, filia *AlManſuri, Ebn Abdollahi, Ebn Sahwi Hamyarenſis*, *Ebn Al Roaini.* Peregrinationis ergò [ritus] hominibus perfecit *Saleh Ebn AlManſuri* filius: vel referentibus quibuſdam, *Mohammed, Ebn Yahya, Ebn Mohammed*, *Ebn Ali, Ebn Abdollahi*, *Ebnol Abbaſi*: & ad *AlMohdii* obſequium invitavit. Nuntium autem ad *AlMohdium*, qui *Bagdadi* tunc erat, pertulit *Monarah AlManſuri* ſervus. Præſtita ergò ſunt illi juramenta *Bagdadi*, ultimo *DilHajjæ*, anno centeſimo quinquageſimo octavo. Porrò mortuus eſt *Conſtantinus Leonis* filius *Romanorum* Imperator, ſuccedente ipſi in Imperio filio ipſius *Leone*, filio *Conſtantini*, filii *Leonis*. Fuit autem *AlMohdii* Chalifatus annorum decem cum menſe & ſexdecim diebus. Obiit menſe *Moharram* anni *Hejræ* centeſimi ſexageſimi ſeptimi, cùm annorum eſſet triginta novem, idque in vico dicto *AlRud* è terra *Maſabdan*, ubi & ſepultus eſt. Fuit idem facie, corpore, & ſaturâ pulchris, in oculo dextro albuginem

habens. Satellitibus ipſius præfectus fuit *Naſr Ebn Noſair, Ebn Malec, Chozaenſis*; eóque mortuo *Hamzah Ebn Malec Ebn Abdollahi, Ebn Malec.* Ianitor ipſius *AlRabius* libertus ipſius: dein *AlHoſaia Ebn Raſhed* libertus ipſius.

Chalifatus *Muſæ AlHadi.*

Mortuo *AlMohdio* in *AlRud* regionis *Maſabdan* oppido, ſuffectus eſt *Muſa Ebnol Mohdi*, cui mater concubina, nomine *Alchizaran*, filia *Atæ* innatus *Iorſæ* è regione *Yaman*. Fuit autem *Muſa*: *AlHadi* in regione *Iorjan* bello *Madar Hormazo* Domino *Tabareſtani* inferendo occupatus. Iuramentum ergò fidelitatis, ergà fratrem ſuum ab iis qui aderant *Haſhemidis*, ducibúſq; ſuis exegit *Harun Mohdii* filius, miſſo *Salmatol Waſiph Mohdii* liberto, qui veredis præfectus erat quò nunciũ ad *Muſam* perferret. reverſúſque eſt *Harun Ebnol Mohdi* cum ducibus *Bagdadum*, donec adveniret *Muſa AlHadi*: fuit Chalifatus ipſius menſium quatuordecim. Obiit autem *Muſa AlHadi* extra *Bagdadum* loco quem *Isabad* vocant; ibidémque ſepultus, cùm annorum eſſet viginti quinque: pulcher fuit, eques, corpore valens. Satellitibus ipſius præfectus fuit *Abdollah Ebn Hazem, Ebn Hozaimah, Tamimenſis*: Deinde ipſo abdicato *Abdollah Ebn Malec, Chozaenſis.* Ianitor

نصر ابن نصير ابن مالك الخزاعي ثم مات نصر فولي
شرطته حمزة ابن عبدالله ابن مالك وحاجبه الربيع
مولاه والحسين ابن راشد مولاه ❊

خلافة موسي الهادي

ولما توفي المهدي بالرذ من ارض ماسبذان
كان موسي ابن المهدي وامه ام ولد يقال لها
الخيزران وقيل عطا مولده جرس من ارض الديلم وكان
موسي الهادي بارض جرجان فحارب مدار هرمز
صاحب طبرستان فاخذ هارون ابن المهدي البيعة
لاخيه موسي علي من حضر من الهاشميين
والقواد وكتب صلة الوصيف مولي المهدي وكان
علي البريد الي موسي بالخبر فانصرف هارون ابن
المهدي والقواد الي بغداد حتي قدم موسي الهادي
وكانت خلافته اربعة عشر شهرا وتوفي موسي
الهادي خارج بغداد بموضع يقال له عيسباذ ودفن
بها وكان ابن خمسة وعشرين سنة وكان
جميلا فارسا شديد البدن وكان علي شرطته
عبد الله ابن حازم ابن خزيمة التميمي ثم عزل
وولي عبدالله ابن مالك الخزاعي وحاجبه
الربيع

الربيع ثم توفي الربيع فحجبه الفضل ابن الربيع

خلافة هارون الرشيد

وبويع لهارون الرشيد ابن المهدي وامه الخيزران بالخلافة في الليلة التي توفي فيها موسي الهادي وهي ليلة الجمعة لاربعة عشر ليلة خلت من شهر ربيع الاول سنة سبعين وماية وولد له المامون في تلك الليلة وقلد الامور ليحيي ابن خالد ابن برمك وحج في خلافته تسع حجج وغزا بلاد الروم ثمان غزوات وسخط علي البرامكة في صفر هنة سبع وثمانين وماية للهجرة وكانت خلافته ثلثة وعشرين سنة وشهرين وهنة عشر يوما ومات لاون ابن قسطنطين ابن لاون ملك الروم وملك بعده علي الروم نقفور ابن هطيراق وطلب الهدنة من الرشيد فهادنه الرشيد ثلثة شنين وكان موسي بن عيسي الهاشمي عاملا علي مصر من قبل الرشيد فزاد موسي ابن عيسي في المسجد الجامع بمصر في موخره البنيان الذي هو اليوم وعزل الرشيد موسي ابن

عيسي

ianitor ipſius Al*Rabius*; tum eo mortuo munere illo functus eſt Al*Fadlus Ebnol Rabii.*

Chalifatus *Haruni* Al*Raſhidi.*

Tum præſtito ipſi juramento fidelitatis evectus eſt Al*Raſhid*, Al*Mohdii* filius, cui mater fuit Al*Chaizaran*, ad Chalifatum eâdem nocte quâ obiit Mu*ſa* Al*Hadi*, nempe die *Veneris* decimo quarto menſis *Rabii* prioris, anno centeſimo ſeptuageſimo, quâ etiam nocte natus eſt ipſi filius Al*Mamun*. Hic rerum gerendarum curam commiſit *Yahyæ Ebn Chaled*, *Ebn Bormac*: novies in Chalifatu ſuo peregrinationem obiit: octies *Romanorum* ditiones bello aggreſſus eſt. Tum in *Bormacidas* iram concepit menſe *Safar* anni *Hejræ* centeſimi octogeſimi ſeptimi. Fuit Chalifatus ipſius annorũ viginti trium cum duobus mẽſibus & diebus ſexdecim. Porrò mortuus eſt *Leo Conſtantini* filius *Romanorum* Imperator, ſuccedente ipſi in Imperio *Nicephoro Stiraki* filio, qui cùm inducias ab *Al*Ra*ſhido* peteret, ipſe cum eo ad triennium inducias fecit. *Ægypto*, nomine *Al*Ra*ſhidi*, præfuit Mu*ſa* *Ebn Iſa Haſhemida*; qui templi magni, quod Me*ſri* eſt, partem poſteriorem ædificiis auxit, eo quo nunc ſe habet modo. *Al*Ra*ſhid* autem cùm Mu*ſam* *Ebn Iſæ* loco abdicâſſet

ſet *Abdollahum* Ebnol Mohdii præfecit. Porrò dono dedit *Abdollabus AlRaſhido* puellam ex *Yamanenſibus*, qui inferiorem terræ *Ægyptiacæ* partem [incolunt,] quam cùm formâ excellens & formoſa eſſet, valdè amavit *AlRaſhid*, eadem cum morbo gravi laboraret, nec prodeſſet ipſi ulla medendi ratio quam adhibuerunt medici, *AlRaſhido* dixerunt; Ad *Abdollahum* deputatum *Ægypti* tuum mittas, quò ad te aliquem è medicis *Ægyptiacis* mittat: talis ſiquidem huic puellæ medendæ magis idoneus erit quàm Medici *Erakenſes*. Miſit ergò *AlRaſhid* ad *Abdollahũ* Ebn *AlMohdi*, ut medicorũ *Ægyptiacorum* peritiſſimũ exquirens eum ad ipſũ mitteret, atq; inſuper quomodo ſe haberet, atq; affecta eſſet puella, ipſi indicavit. Accerſens ergò *Abdollahus Balatianum* Patriarcham *Alexandriæ*, *Melchitam*, qui rei medicæ peritus fuit, quomodo ſe haberet puella, qualique morbo affecta, ipſi indicavit, & ad *AlRaſhidum* miſit. Qui ergò ſecum tortas *Ægyptiacas* duras & muriam aſſumens, ubi *Bagdadum* perveniſſet, ad puellam ingreſſus ipſi tortam ruſticã, & muriam comedendã dedit. Unde ad temperamentum ſuum primũ rediit, recedente ab ipſa morbo: quare ab eo tempore ex *Ægypto* ad penarium regium portari ſolent tortæ aſperæ & muria. *AlRaſhid* autem *Balatianum* Patriarcham multis nummis donavit. Scriptis etiam literis

عيسي وولي عبد الله ابن المهدي فاهدي عبد الله
الرشيد جارية من اهل اليمن باسفل ارض
مصر وكانت حسنة جميلة فاحبها الرشيد حبا شديدا
فاعتلت علة غليظة فعالجوها الاطبا فلم تنتفع بشي
من العلاج فقالوا للرشيد ابعث الي عبد الله
عاملك بمصر يوجه اليك باحد اطبا مصر فانهم
ابصر بعلاج هذه الجارية من اطبا العراق فبعث
الرشيد الي عبد الله ابن المهدي ان يختار احذق
اطبا مصر ويوجه به اليه ثم اعلمه بخبر الجارية
وامرها فدعا عبد الله بلطهان بطرك الاسكندرية
الملكي وكان حاذقا بالطب فاعلمه بخبر
الجارية وعلتها وحمله الي الرشيد وحمل معه
من كعك مصر الخشن والصفر فلما دخل الي
بغداد ودخل الي الجارية اطعمها الكعك الريفي
والصفر فرجعت الي طبعها الاول وزال عنها
الوجع فصار منذ ذلك الوقت يحمل الي مصر الي
خزانة السلطان الكعك الخشن والصفر
ووهب الرشيد لبلطهان البطرك مالا جزيلا وكتب

له منشورا بكل كيفية في جلب اليعقوبية عما
اخذوها وتغلبوا عليها ان ترد اليهم فرجع بلطمان
البطرك الي مصر واسترد الكنايس ومات بلطمان
البطرك وله بطرك ستة واربعين سنة وصير بعده
اسطات بطريركا علي الاسكندرية وذلك في ستة
عشر سنة من خلافة الرشيد وكان اسطات صاحب
كتان اصاب في البيت الذي يدق فيه الكتان
كنزا فترهب في دير القصير فصير رييس الدير وبنا في
دير القصير كنيسة الابسطولين وبنا ايضا قلاية الاسقفة
وصير بعد ذلك بطريركا علي الاسكندرية اقام اربع
سنين ومات وصير بعده خرسطوفورس بطريرك علي
الاسكندرية وذلك في عشرين سنة من خلافة
الرشيد وفلج خرسطوفورس البطريرك وكان
يجعل علي الايادي وصير اسقف يقال له بطرس
وكان يصلح الاساقفة علي الكرهي بدله فاقام
خرسطوفورس اثنين سنة ومات وفي ثمان سنين
من خلافة الرشيد صير ثاودوريطس بطريركا علي
انطاكية اقام سبعة عشر سنة ومات وفي خلافة
الرشيد انكسفت الشمس بعد صلاة العصر حتي
ظهرت

literis mandatoriis [quibus] omnes Eccleſias in regione *Iacobitarum* quas [*Melchitis*] ablatas poſſederant, reddi [juſſit.] Reverſus ergò *Balatianus* in *Ægyptum* Eccleſias repetiit: mortuúſque eſt cum munere Patriarchali functus eſſet annis quadraginta ſex: Conſtitutus eſt poſt ipſum Patriarcha *Alexandrinus Euſtatius*, ídque anno Chalifatûs *Al-Rashidi* decimo ſexto. Fuerat autem *Euſtatius* iſte linarius, qui cùm in domo in quâ linũ contundere ſolebant, theſaurum inveniſſet, Monachatum in monaſterio *AlKoſairi* amplexus eſt, factúſque Monaſterii præfectus in eo Eccleſiam duorum Apoſtolorum extruxit; Epiſcopo etiam cubiculum fabricavit, ac poſteà *Alexandriæ* Patriarcha conſtitutus eſt; ubi cùm quatuor annos ſediſſet, mortuus eſt. Succeſsítque ipſi in eodem patriarchatu *Chriſtophorus*: ídque anno Chalifatûs *AlRashidi* viceſimo. Deinde paralyſi correptus eſt *Chriſtophorus* Patriarcha, adeo ut hominum manibus geſtaretur; quare quidam nomine *Petrus* Epiſcopus conſtitutus, cathedræ patriarchali inſidens ipſius vice Epiſcopos ordinavit. Sedit autem *Chriſtophorus* annos triginta duos, dein mortuus eſt. Porrò anno Chalifatûs *AlRaſhidi* octavo conſtitutus eſt *Theodoritus* Patriarcha *Antiochenus*, qui annos ſeptemdecim ſedit, dein mortuus eſt. Chalifatum etiam tenente *AlRaſhido* Eclypſim paſſus

est Sol post preces pomeridianas, adeò ut apparerent stellæ; quare Deum cujus nomen glorioſum est, inclamârunt homines, eique supplicârunt. Quinetiam contra *AlRaſhidum* in *Chorasano* prodiens *Rapheus* Ebn *Lithi* eam occupavit: quamobrem cùm *Chorasanum* tenderet *AlRaſhid*, *Georjani* morbo correptus, *Tuſum* se recepit, *AlMamune* cum exercitu magno *Merawum* misso. Obiitque *AlRaſhid* menſe *Iomadâ* posteriori anni centesimi nonagesimi tertii, annos habens quadraginta sex. Sepultus est *Tuſi* in urbe *AlTiran*. Iuramentum autem fidelitatis præstiterunt qui aderant ex ipsius filiis, domesticis, ac ducibus, *Mohammedi* Ebn Zobaidæ filio ipsius, reversúsque est *AlPhadlus* Ebnol *Rabii* cum hominibus *Bagdadum*. Fuit *AlRaſhid* staturâ perfectâ, facie venustâ, barbâ nigrâ, comâ spissiori, quam, cùm peregrinaretur, radebat. Satellitibus ipsius præfuit *AlKajem* Ebn *Naſri*, Ebn *Maleci*, tum *Hamzah* Ebn *Hazemi*, Ebn *Obaidillahi*, Ebn *Maleci*; deinde *Haphedh* Ebn *Omari* Ebnol *Shojairi*. Ianitor ipsius fuit *Bashar* Ebn *Maimun*, Ebn *Mohammed*, Ebn *Chaled*, Ebn *Barmaci*. Tum rediit *AlPhadl* Ebnol *Rabii* ad Ianitoris munus.

Chalifatus

ظهرت الكواكب وصاح الناس وابتهلوا الي
الله جل اسمه وخرج علي الرشيد بخراسان
رافع ابن الليث وغلب عليها فشخص
الرشيد الي خراسان واعتل
بجرجان وصار الي طوس فاشفى المامون
في جيش كبير الي مرو وتوفي الرشيد في جمادي
الاخر سنة ثلاثة وتسعين وماية وهو ابن
ستة واربعين سنة ودفن بطرس
في مدينة التيران وبايع من كان
معه من ولده واهل بيته وقواده لمحمد ابن
زبيدة ابنه وانصرف الفضل ابن الربيع بالناس الي
بغداد وكان الرشيد تام القامة حسن الوجه احور
اللحية له وفرة اذا حج حلقها وكان علي شرطته
القاسم ابن نصر ابن مالك ثم حمزة ابن حازم ابن
عبيد الله ابن مالك ثم حفص ابن عمر ابن الشجري
وكان حاجبه بشر ابن ميمون ابن محمد بن
خالد ابن برمك ثم رد الفضل ابن ربيع الي
حجبته

خلافة

خلافة محمد الامين

ورد خبر الرشيد الي بغداد يوم الاربعا لاثني عشر ليلة بقت من جمادي الاخر فحشد الناس وصعد محمد ابنه المنبر ودعاه وبايع الناس له بالخلافة في هذا اليوم وفيه الحال بينه وبين المامون واسم ام محمد الامين ام جعفر بنت ابي جعفر المنصور ووجه محمد الامين الي خراسان بعلي ابن عيسي ابن ماهان لمحاربة المامون ووجه المامون من مرو بطاهر ابن الحسين ابن صعب البوشنجي وقتل طاهر لعلي ابن عيسي وهزم جيوش محمد الامين وصار الي بغداد ولحقه هزيمة ابن اعين وحميد ابن عبد الحميد الطوسي وسلم علي المامون بالخلافة بخراسان سنة مئة وتسعين ومايه فا تصلت الفتن ببغداد وقتل محمد الامين بها يوم السبت لخمس بقين من المحرم سنة ثمان وتسعين ومايه وكانت خلافته الي ان قتل اربع سنين وثمانية اشهر وستة ايام وقتل وهو ثمانية وعشرين سنة ومات

Chalifatus *Mohammedis* AlAmini.

Perlatum eſt nuntium mortis *AlRashidi Bagdadum* die *Mercurii*, qui duodecimus fuit ante finitum menſem *Iomadæ* poſteriorem. Cùm conveniſſet ergò populus, filius ejus *Mohammed* aſcenſo ſuggeſto illud publicavit. Ipſúmque eodem Chalifam ſalutârunt homines. Orta eſt autem inter ipſum & *AlMamunem* diſſenſio. Mater *Mohammedis AlAmini* nomine erat *Ommo Iaafar*, filia *Abi Iaafar AlManſoris*. Miſit ergò *Mohammed AlAmin* in *Choraſani* regionem *Alim* Ebn *Iſæ*, Ebn *Mahan*, bellum *AlMamamuni* illatum; *Mamun* verò *Marwâ* miſit *Tdhaherum Ebnol Hoſain* Ebn *Saab AlBuſſenjenſem*, qui *Ali* Ebn *Iſæ* cæſo, *Mohammedis AlAmini* copias in fugam vertit; *Bagdadúmque* profectus adjungentibus ſe ei *Hazimah* Ebn *Ayoni*, & *Homaido* Ebn *Abdil' Hamid Tuſenſi*. Salutatúſque eſt *AlMamun* Chalifa *Choraſani* anno centeſimo nonageſimo ſexto, ac pertingente diſſenſione *Bagdadum* uſque, occiſus eſt ibi *Mohammed* AlAmin die Sabbati, quinto ante finitum menſem *AlMoharram* anno centeſimo nonageſimo octavo. Fuit Chalifatus ipſius uſque ad cædem ipſius annorum quatuor cum octo menſibus ac ſex diebus. Annos tunc natus fuit viginti octo. Porrò mortuus

tuus est *Nicephorus Estabraki* filius *Romanorum* Imperator, imperante post ipsum *Romanis Estabrako Nicephori*, filii *Estabraki*, filio. Anno Chalifatûs *Mohammedis AlAmini* tertio constitutus est *Thomas* (cui cognomen *Tamrikus*) Patriarcha *Hierosolymitanus*; ubi annos decem sedit. Fuit *Mohammed* AlAmin facie pulchrâ, corpore integro, colore candido, pinguis, corpore robusto, digitis elegantibus. Sepultum est corpus ipsius *Bagdadi*, caput autem *Chorasanum* perlatum. Satellitibus ipsius præfuit, *Ali* Ebn *Isæ*, Ebn *Mahan*. Janitor ipsius, *AlFadlus* Ebnol *Rabiæ*; maximâ apud ipsum gratiâ pollebat *AlFadlus* Ebnol *Rabiæ*.

Chalifatus *AlMamunis*.

Præstitis juramentis Chalifa renunciatus est *Al-Mamun* in *Chorasan* (éstque ipse *Abdollah*, Ebn *Harun* AlRaschidi, Ebn *Mohammed* AlMohdi, Ebn *Abdollah*, Ebn *Harun*, Ebnol *Mansur*, cui mater fuit *Marajel* AlBadeisensis,) anno centesimo nonagesimo sexto. Interfectus est autem *Mohammed* Al-Amin, frater AlMamunis *Bagdadi* sub fine mensis AlMoharram, anno centesimo nonagesimo octavo occupante *Tdhabero* urbis partem orientalem, *Hozaimâ* occidentalem, atque *Homaido* Ebn Abdil-Hamid *Tusensi* quatuor ab eadem parasangis sedente.

ومات تقفور ابن استبراق ملك الروم وملك بعده علي
الروم اسطبراق ابن تقفور ابن اسطبراق وفي ثلاثة سنين
من خلافة محمد الامين صير توما ويعرف بتمريق بطريركا
علي بيت المقدس اقام عشر سنين وكان محمد الامين
حسن الوجه قام الجسم ابيض اللون تمينا شديد
البدن حسن البنان ودفن جسمه بغداد وحمل راسه
الي خراسان وكان علي شرطته علي ابن عيسي
ابن ماهان وحاجبه الفضل ابن الربيع وكان
الغالب علية الفضل ابن الربيع ❖

خلافة المامون

وبويع المامون بالخلافة بخراسان وهو عبد الله
ابن هارون الرشيد ابن محمد المهدي ابن
عبد الله ابن هرون ابن المنصور وامة مراجل البادغيسية
سنة ستة وتسعين وماية وقتل محمد الامين
اخو المامون ببغداد في اخر المحرم سنة ثمانية
وتسعين ومايه وظاهر ابن الحسين
ببغداد في الجانب الشرقي وهزيمة في الجانب الغربي
وحميد ابن عبد الحميد الطوهي مقيم علي اربع فراسخ

من بغداد وقلد الحسين ابن سهل العراق وقد تمت
له ممالك العراق وغيرها والبلدان كلها مفتتنة
وفي كل بلد متقلد من الغرسيين [al. علويين] وغيرهم
وشخص المامون من خراسان وقدم الي بغداد في
صفر سنة اربع ومايتين وقلد شرطة طاهر ابن
الحسين واعطا الناس جميعا الامان وظفر بابراهيم
ابن المهدي المعروف بابن شكلة وكان قد دعا
لنفسه وسما بامير المومنين فوجه الجهوش
الي البلدان ففتحت الامصار كلها وسمع
كل متغلب فاطاع وانقطعت الفتن وقال
ابو اسحق ابراهيم ابن المهدي المعروف بابن
شكلة ان المكاتبة لم تزل جارية بين
الناس من فلان ابن فلان الي فلان ابن فلان ومن
ابي فلان الي ابي فلان ولابي فلان من ابي فلان
ولابي فلان من فلان ابن فلان وليس في شي من
العنوانات دعا الي ان قتل محمد الامين فذكر ان
صاحب بريد مدينة السلام اتفذ اليه كتابا من
ذي الرياستين الفضل ابن السهل عنوانه
الي ابي اسحق ابقاه الله تعالي من ابي العباس قال
ابو اسحق

dente. Præfectúſque eſt *Al Hoſain Ebn Sahl Erako*, in cujus poteſtatē venerunt *Eraki* ditiones unáq; aliæ. Fuerunt autem regiones omnes diſidiis plenæ, cùm in ſingulis eſſent qui ſibi imperium vendicarent tam ev *Ali* prognatis quàm aliis. Diſcedens autem *Al Mamun* è *Choraſano Bagdadum* pervenit, menſe *Saphar* anni ducenteſimi quarti, Satellitibus ſuis præfecto *Tdhahero Ebnol Hoſain*, hominéſque ad unum omnes ſecuros eſſe juſſit. Superavit etiam *Abrahimum Ebnol Mohdi*, qui *Ebn Shaklab* audiit, qui imperium ſibi vendicaverat, atque Imperator fidelium appellatus fuerat. In cæteras etiam regiones cùm copias mitteret, ſubjugatæ ſunt ditiones omnes, eóque audito manus dederunt quotquot ſibi poteſtatem arripuerant, & ſeditionibus finis impoſitus eſt. Dixit *Abu Iſaac Abrahim Ebn ol Mohdi*, qui *Ebn Shaclab* appellatus eſt. Non deſierunt epiſtolæ inter homines [hâc formâ inſcribi, Ab *N.*] *Ebn N.* ad *N. Ebn N.* aut ab *Abi N.* ad *Abi N* aut ad *Abi N.* ab *Abi N.* aut ad *Abi N.* ab *N Ebn N.* ſine ullâ in titulis comprecatione, uſque ad cædem *Mohammedis Al Amini*; meminítque Curſorum *Bagdadi* præfectum literas ad ipſum à *Dil Riyaſataini* [duos principatus habente] *Al Phadlo* curâſſe ſic inſcriptas. *Abi Iſaaco* quem conſeruet Deus excelſus ab *Abi Abbaſo*. Quarum (inquit *Abu Iſaac*)

ubi inſcriptionem viderem, ipſas ad Patruum meũ *Solimanũ* miſi, quò ipſi ut novũ quid oſtẽderẽ cúmque ad ipſum perveniſſent literæ meæ, attulit mihi ianitor ipſius alias à *Dil-Riyaſatain* ad ipſum miſſas, eodémque modo quo quas ad me dederat, inſcriptas. Atque ex eo tempore in inſcriptionibus literarum ſuarum comprecationes adhibere conſueverunt. Porrò in *Ægypto* fuit *Mohammed Ebnol Sarii*, *Ebnol Hacemi*, qui rebellis factus, ſéque ab *AlMamunis* obſequio ſubducens, *Ægyptum* occupavit, quam & ante ipſum occupaverat pater ipſius *AlSarius*: miſit ergò *AlMamun*, *Obaidallahum Ebn Tdhoheri* in *Ægyptum*; qui eò perveniens *Ebnol Sarium* ſalutavit, utpote qui eo tempore quo *Ægyptum* ingreſſus eſt *Obaidallah*, præfectus fuerat. Hic ergò *Ægyptum* ingreſſus collectas opes *Bagdadum* ad *AlMamunem* abduxit. Idémque, copiâ per literas ab *AlMamune* ſcriptas ipſi conceſſâ, templum commune quod *Meſri* eſt, [palatio] *Dariſ Ramli* toto auxit, excepta, quam reliquit, monetariorum domo. Porrò vacillavit *Hieroſolymis* Eccleſiæ Reſurrectionis teſtudo, adeo ut parum abeſſet quin decideret. Accidit autem in *Palæſtina* atq; *Hieroſolymis* fames gravis, cum locuſtarum multitudine, adeo ut fame perirent homines, fugeréntque *Moſlemii Hieroſolymis* præ annonæ caritate, neque eorum ibidem aliqui ſupereſſent paucis

ابو اسحق فلما راى العنوان وجهه بالكتاب
الي مي سليمان لاطرفه به فلما وصل كتابي اليه
وافاني حاجبه بكتاب ذي الرياستين اليه
مثلما كاتبني به فصار الناس يستعملون من ذلك
الوقت الدعا في عنوان كتبهم وكان بمصر محمد
ابن السري ابن الحكم فعصي وخلع يده من المامون
وغلب علي مصر وكان ابوه السري ابن الحكم
من قبله قد غلب علي مصر فانفذ المامون عبيد الله
ابن ظاهر الي مصر فلما قدم الي مصر اعطا عبيد الله
لابن السري السلام لانه كان الوالي في وقت دخول
عبيد الله ابن ظاهر فدخل مصر وجبا الاموال وحملها
الي بغداد الي المامون وزاد عبيد الله في المسجد
الجامع بمصر بكتاب المامون بالاذن له فيه دار
الرمل كلها الا ما بقا منها من دار الضرب وكانت
قبة كنيسة القيامة ببيت المقدس قد اعتلت
وكادت تسقط وقطع بقسطنطين وبنى
المقدس جوع شديد وجراد كثير فمات الناس
من الجوع وهرب المسلمون من بيت المقدس من
الجوع ولم يبق فيها من المسلمين الا نفر يسير
فاستغنم

فاستغنم توما بطريرك بيت المقدس المعروف بطريق
خلو المدينة من المصلين فوجه الي قبرص
فقطع خمسين جذع من ارز وصنوبر وحملها
الي بيت المقدس وكان رجل يقال له بكام
من اهل بورة من ارض مصر كثير المال
فوجه بكام الي توما بطريرك بيت المقدس
بمال كثير يستعين به علي اصلاح القبة
ويسأله ان لا يأخذ من احد من الناس شيا وان
احتاج الي زيادة مال وجه اليه وكان توما
البطريرك يهدم من القبة شيا شيا ويدخل تلك
الجذوع ويبني عليها فراي توما البطريرك فيما يري
النايم كان قد خرج من عمود من الاعمدة التي تحمل
قبة القيامة اربعين رجلا وكادوا يمسكون
القبة ليلا تقع والعمود هو الذي تحت البيت
فانتبه وقال هولاي الاربعين الذين يحملون
القبة هم الاربعين شاهد فادخل في القبة اربعين
جذعا كل جذع يحتضنه رجلا عدد اربعين شاهد
والعمود هو الذي يحمل الاثقل في جانب
المذبح في الخط الجذوبي فاذا كان عيد الاربعين
شاهد

paucis admodum exceptis. *Thomas* ergò Patriarcha (qui *Tamrik* audit) opportunitatem hanc, quæ *Moſlemiis* vacua eſſet urbs, lucratus, *Cyprum* mittens cædi curavit cedrorum & abietum quinquaginta truncos, eóſque *Hieroſolyma* adduci. Fuítque vir quidam ex *Butahi* in *Ægypto* incolis nomine *Bocam* opibus abundans. Hic ad *Thomam* Patriarcham *Hieroſolymitanum* magnam pecuniæ vim mittens, quâ teſtudinem inſtauraret, juſſit à nemine mortalium quicquam accipere: quòd ſi pluribus adhuc pecuniis opus haberet, ſe ad ipſum eſſe miſſurum. *Thomas* ergò Patriarcha teſtudinem paulatim diruens, lignis iſtis intromiſſis ſuperſtruxit. Vidit autem in inſomnio, è columna quadam ex iis quibus ſuſtentabatur teſtudo [templi] Reſurrectionis prodeuntes, quadraginta viros qui teſtudinem ſuſtinerent, ne caderet, [è] columna ſc. quæ domui ſuppoſita eſt: experrectus ergò dixit, Sunt quadraginta illi qui teſtudinem ſuſtinent, quadraginta martyres: quadraginta ergò tigna in teſtudinem immiſit, quorum unumquódq; ſinu complecteretur homo ad numerum quadraginta martyrum. Eſtque columna iſta quæ ſita eſt è regione pulpiti ſecus altare ad latus auſtrale, juxta quam, quoties fuerit feſtum quadraginta martyrum, feſtum iis celebrant. Cúmque jam perfeciſſet *Thomas* Patriarcha inſtaurationem

tionem teſtudinis [immiſſis] tignis, eámque & ſuperiùs & inferiùs incruſtâſſet, ædificavit ſupra teſtudinem iſtam è lignis, & aliam, eo inter ipſas relicto ſpatio quo incedere quis poſſit. Cùm ergò ex *Ægypto* reverteretur *Obaid Allah Ebn Tdhaher Bagdadum* tendens, querelam ad ipſum detulerunt *Moſlemii*, *Chriſtianos* tranſgreſſos, illud quod non liceret ipſis feciſſe, teſtudinem Eccleſiæ Reſurrectionis diruentes; eámque cùm parva eſſet, augentes, adeò ut quàm antea fuerat major evaderet, & teſtudinem Petræ altitudine ſuperaret. *Obaidallah* ergò accerſitum *Thomam* Patriarcham, aliósque cum eo multos, in carcerem conjecit hanc in rem inquiſiturus, ut ſi verum comperiretur illud cujus inſimulati ſunt, flagris ipſos cæderet. Ad quos ergò carcere incluſos noctu accedens ſenex quidã *Mohammedita*, *Thomæ* Patriarchæ ſic dixit, Ego edocturus ſum te argumentũ, quo & tu & comites tui evaſuri eſtis, auxiliante Deo, nec non & teſtudo; eo pacto, ſi mihi ſpõdeas daturũ te mihi mille aureos, mihíq; & liberis meis, liberorúmq; liberis, donec deficiant, in perpetuum exhibitum iri demenſum ex hujus teſtudinis redditibus, quemadmodum Sacerdotibus & Diaconis. Promiſit ergò ipſi *Thomas* Patriarcha omnia quæ petiit, idémque ſcripto ſuo ipſi teſtatus eſt. Dixit igitur illi, Ubi te accerſiverint ac teſtimonia contra te protulerint,

ſic

شاهد عيدوا لهم بحدا ذلك العمود فلما تم توما
البطريرك اصلاح القبة بالجدوع ولزجها من فوق
ومن تحت بنا فوق القبة الخشب قبة اخري يكون
بينهما قدر ما يمشي فيه انسان ورصص فوقها
بالرصاص فلما رجع عبيد الله ابن ظاهر من مصر يريد
بغداد رفعوا اليه المسلمون ان النصارى فعلوا
وفعلوا ما لا يجب لهم وهدموا قبة كنيسة
القيامة وكانت قبة صغيرة فزادوا فيها وصيروها
اكبر مما كانت حتي جاز طولها قبة الصخرة
فاشخص عبيد الله ابن ظاهر توما البطريرك
وجماعة معه فحبسهم ليسئل هذا الامر فان صح
ما رفع عليهم ضربهم بالسياط فجا اليهم شيخ مسلم
وهم في الحبس بالليل فقال لتوما البطريرك
اذا اعلمك حجة تتخلص بها انت واصحابك
بعون الله مع القبة علي ان تضمن لي انك تعطني
الف دينار وتجري علي وعلي ولدي الي
انقضايهم ابدا ارزاقا من مستغل هذه القبة كما
تجري الارزاق علي القسا والشمامسة فضمن له توما
البطريرك كلما سال وكتب له خطة بذلك فقال له

اذا احضروك وشهدوا عليك فقل اصلح الله الامير انما
استرم موضع من القبة فرممته ولم اهدم شيا ولا زدت شيا
وهولا الذين يشهدون انما شهدوا علي ان القبة
كانت اصغر مما هي واني زدت فيها فهسالهم الامير
كم كان سمك القبة الصغيرة التي هدمتها علي
ما زعموا وكم سمك هذه القبة التي بنيتها وزدت فيها ليعلم
الامير كم بين السمكين من الزيادة التي
زدتها فانهم لا يعرفون ذلك ابدا فلما كان
من الغد احضر توما البطريرك واصحابه وحضروا
المهلبين وشهدوا علي زيادة القبة فاحتج توما
البطريرك عليهم بتلك الحجة فقال لهم عبيد الله ابن
ظاهر قد دعا الي الحق ونحن قيمة علية عرفوني كم سمك
القبة قبل ان تهدم وكم سمكها الساعة فقالوا نحن ننظر
في هذا فخرجوا وادخل المجلس وخرج عبيد الله ابن
ظاهر الي دمشق ورجع توما البطريرك الي بيت المقدس
مع اصحابه فرحين ودفع توما البطريرك الي ذلك
الشيخ المهلبي الف دينار ولم يزل يجري علية
الارزاق وعلي ولده من بعده وعلي ولد ولده
حتي لم يبق منهم الا بنت فقطع عنها الارزاق
ايضا

ſic dicas. Servet Deus Imperatorem, Certè reparatione opus habuit locus quidam in teſtudine, egóq; eum inſtauravi, ita ut nihil interim diruerim nihil addiderim. Illi autem qui teſtimonium perhibent contra me teſtantur teſtudinem minorem fuiſſe quam nunc eſt, méq; ei addidiſſe, interroget ergò ipſos Imperator, quanta fuerit teſtudinis parvæ quam, uti autumant, dirui, craſſities quantáque hujus quam extruxi atque ampliorem feci, quo ſciat Imperator quantum ſit inter utramque à me additum. Neque enim unquam hoc ſcire poſſunt. Die ergò craſtino accerſitis *Thomâ* Patriarchâ & comitibus ipſius, aderant etiam *Moſlemii*, qui teſtati ſunt auctam fuiſſe teſtudinem. contra quos eo uſus eſt argumento *Thomas*. Dixit igitur ipſis *Obaidollah Ebn Tdhaheri*, verum eſt quod prætendit, quod & nos ipſi confirmabimus. Indicate mihi quanta erat teſtudinis antequam diruta fuit, craſſities? quantáq; hoc tempore? Reſpondentibus ipſis, Nos hoc explorabimus, diſſolutus eſt coñſeſſus, profectúſque eſt *Obaidallah Ebn Tdaher Damaſcum*: *Thomas* autem Patriarcha, & comites ipſius *Hieroſolyma* reverſi gaudio affecti. Dedit ergò *Thomas* Patriarcha ſeni iſti *Mohammedano* mille aureos; nec deſierunt exhiberi ipſi demenſa, & poſt ipſum liberis ipſius, nec non liberorum liberis, donec haud ſupereſſet ex ipſis

quiſpiam unâ exceptâ filiâ, quam demenſo iſto privavit *Elias* Ebn *Manſur* Patriarcha *Hieroſolymitanus*. Mortuo autem *Thoma* Patriarchâ, præfectus eſt poſt ipſum diſcipulus ipſius, nomine *Baſilah*, *Hieroſolymis* Patriarcha: ídque anno Chalifatûs *AlMamunis* ſeptimo; Cathedram autem occupavit *Baſilah* annos viginti quinque, dein obiit. Anno primo Chalifatus *AlMamunis* conſtitutus *Iob* Patriarcha *Antiochenus*, qui annos triginta unum ſedit. Reverſus autem *Obaidollah* Ebn *Tdhaheri*, *Bagdadum*, ad *Almamunem*, quomodo ſe haberent res in *Ægypto*, quídque ibi egiſſet quo eam in ordinem redigeret, ipſi indicauit. Poſt hæc tumultuati ſunt *AlBimaidæ*, ut *Cophtiticè* dicuntur, cujus interpretatio eſt Progenies quadragenorum, ſiquidem *Romani* cùm *Ægypto* diſcederent occupante eam religione *Mohummedica*, relicti ſunt ex ipſis viri quadraginta, qui liberis ibi genitis multiplicati ſunt; atque in inferiore teriæ *Ægyptiacæ* parte progenie aucti, appellati ſunt *Bimai*, i. Quadraginta virorum progenies. Hi igitur rebelles facti vectigal & tributum pendere noluerunt, quod cùm *AlMamuni* nuntiatum eſſet, miſit ille *Almotaſemum* copiis inſtructum in *Ægyptum*, quem pugnâ exceperunt *AlBimaidæ*, ut & ipſe illos; quos & magnâ ipſorum ſtrage editâ in fugam dedit, fæminaſque ipſorum, & liberos *Bagdadum* captivos abduxit. quò

ايليا ابن منصور بطريرك بيت المقدس ومات قبرص
البطريرك وصير بعده تلميذه وكان اسمه
بسيلة علي بيت المقدس بطريركا وذلك في السنة
السابعة من خلافة المامون فاقام بسيلة علي الكرسي
خمسة وعشرون سنة ومات وفي اول سنة من خلافة
المامون صمرايوب بطريرك علي انطاكية اقام
احد وثلاثين سنة ورجع عبيد الله ابن طاهر
الي بغداد الي المامون فاخبره بخبر مصر وما
عمل فيها حتي اصلحها ثم بعد ذلك ثار اهل
البهما بالقبطية وتفسيرها نسل اربعين وذلك ان
الروم لما خرجوا من مصر في دخول الاسلام تخلف
منهم اربعون رجلا فتناسلوا وكثروا وتوالدوا
باسفل ارض مصر فسموا البهما اي
نسل الاربعين فعصوا ولم يعطوا جزية
ولا خراجا فبلغ المامون الخبر فبعث بالمعتصم ومعه
جند الي مصر فقاتلوه البهما فقاتلهم وقتل منهم
مقتلة عظيمة وهزمهم وسبا ذهاهم
وصبيانهم وحملهم الي بغداد ورجع المعتصم

بغداد

بغداد اصلح مصر الي بغداد ثم ان المامون شخص
الي مصر وكان معه المعتصم فدخل المامون الي
مصر ليلة الجمعة لسبع خلون من المحرم سنة
اربعة عشر ومايتين للهجرة وخرج في اول يوم
من صفر الي البيما وانصرف عنهم ودخل الي
مصر والفسطاط يوم السبت لاربعة عشر ليلة خلت
من صفر وشخص المامون من مصر في شهر ربيع
الاول من هذه السنة وماه خل المامون الي مصر
بنا له قبة علي جبل المقطم فنزل فيها وكانت
تسما قبة الهوي وكان مع المامون فراشين نصاري
فبعدت عليهم الكنايس التي في القصر فاستاذنوا
المامون في بنا كنيسة يصلون فيها تكون بالقرب من
قبة الهوي فاذن لهم بذلك فبنوا كنيسة يصلون فيها
وتسما كنيسة مرتمريم التي في القنطرة المعروفة اليوم
بكنيسة الروم وكانت قبل ذلك تسما كنيسة
الفراشين ويقال انهم انما بنوها من فضلات بنيان
قبة الهوي بنوا المامون بصعيد مصر مقياسا يقاس
فيه زيادة النيل في مرتفع يقال له شورات بقرية
يقال لها بنبنوده واصلح مقياسا في ايامهم فدخل
علي

reverſus eſt poſtquam *Ægyptum* in ordinem redegerat. Tum & ipſe *AlMamun* comitante *AlMotaſemo* in *Ægyptum* profectus eſt, eámque ingreſſus die *Veneris*, menſis *AlMabarram* nono, anno *Hejræ* ducenteſimo decimo ſeptimo, ac primo menſis *Saphar* ad *AlBimaidas* profectus eſt; dein ab ipſis reverſus *Metſram* & *Phuſtatum* ingreſſus eſt die Sabbati, menſis *Saphar* decimo quarto, atque ex *Ægypto* diſceſſit menſe *AlRabia* priori ejuſdem anni. Cùm autem in *Ægyptum* veniſſet *AlMamun*, turrim ſibi extruxit in monte *AlMokattam*, in quâ ſedit, appellatáque eſt *Kobbatol Hawa* [Turris deſiderii.] Aderant autem *AlMamuni* cubicularii duo *Chriſtiani*, à quibus, cùm longè abeſſent Eccleſiæ quæ in palatio erant, copiam ab *AlMamune* impetrârunt Eccleſiam in qua orare poterant, ædificandi, quæ à *Kobbati Hawa* propè abeſſet: quod illo ipſis concedente, extruxerunt Eccleſiam *Sanctæ Mariæ*, quæ juxta pontem eſt, atque hodie appellatur Eccleſia *Romanorum*, cùm antea vocaretur Eccleſia duorum cubiculariorum. Fertur ipſos eam extruxiſſe reliquiis ædificii *Kobbatil Hawa*. Extruxit etiam *AlMamun* in *Said* regione *Ægyptiaca* columnam, quâ dignoſcatur *Nili* incrementum, loco qui *Shurat* appellatur in vico *Babanudah* dicto. Inſtauravit idem menſuram in *Achmim*. Ad *AlMa-*

munem

munem autem accedens, *Bocamus Chriſtianus* è *Buræ* incolis, ille qui nummos miſit ad inſtaurandam Eccleſiam Reſurrectionis, ab illo petiit ut *Buræ* præficeretur (dives autem admodum fuit.) cui *AlMamun* Religionem (inquit) *Mohammedicam* amplectere, eríſque mihi ſervus, ac te præficiam, reſpondet *Bocanus*, Imperatori fidelium ſervorum *Mohammedanorum* myrias eſt, annon erit unus ſervus *Chriſtianus*? Ridens ergò *AlMamun* ipſi præfecturam *Buræ*, & locorum adjacentium commiſit. Condidit ergò *Buræ* multas Eccleſias pulchras; Iuxta januam autem ædium ipſius erat templum [*Mohammedicum*] commune. Dixit ergò *Buræ* incolis *Mohammedanis*, Ædificabo vobis templum commune aliud, ſi templum hoc, quod juxta januam domus meæ eſt, diruueritis. Cui *Moſlemii*, Extrue templum aliud. nos [interim] hoc in templo orabimus; at cùm templum illud abſolveris, in eo orabimus, atque hoc diruemus. Extruxit ergò templum magnum, pulchrum; quod cùm abſolviſſet, dixit, Solvite mihi quod promiſiſtis, ac templum quod ad januam meam eſt, diruite: cui illi, Haud permiſſum eſt nobis religione noſtrâ, ut templum in quo oravimus, ad preces convocavimus, & convenimus, diruamus, nequaquam hoc permittit religio noſtra: eo ergò quo ſe habuit ſtatu relictum eſt templum;

علي المامون بكام النصراني من اهل بورة الذي
كان بعث بالمال في بنيان قبة القيامة فخطب
من المامون عمالة بورة وكان كثير المال فقال
له المامون اسلم فتكون مولاي واوليك
فقال بكام لامير المومنين عشرة الاف مولي
مسلم فلا يكون له مولي واحد نصراني فضحك
منه المامون وولاه عمالة بورة وما حولها
فبنا ببورة كنايس كثيرة حسانا وكان علي
باب داره مسجد الجامع فقال لاهل بورة
من المسلمين انا ابني لكم مسجدا جامعا
غير هذا واهدموا هذا المسجد من علي باب داري
فقالوا له المامون ابني مسجدا غير هذا ونحن
نصلي في هذا المسجد فاذا فرغت من بنيان
ذلك المسجد صلينا فيه وهدمنا هذا المسجد
فبنا مسجدا كبيرا حسنا فلما فرغ منه قال
لهم افوا لي بما اوعدتموني واهدموا المسجد الذي
علي باب داري فقالوا له لا يجوز لنا في ديننا
ان نهدم مسجدا قد صلينا فيه واذنا وسمعنا هذا
لا يجوز في ديننا فبقي المسجد علي حاله

فصار في بورة مسجدان يجتمع فيهما وكان
المسلمون يصلون تمة في هذا وتمة في ذاك وكان
بكار اذا كان يوم الجمعة يلبس السواد ويتقلد
بالسيف والمنطقة ويركب بردون وبين يديه
اصحابه فاذا بلغ المسجد وقف ودخل خليفته
وكان مسلما يصلي بالناس ويخطب باسم الخليفة
ويخرج اليه ولم تزل النصارى يلبسون السواد
ويركبون الخيل في ايام المتوكل ورجع
المامون الي بغداد فغلب قسطنطين لقفور ابن اسطبراق
وقهره وملك قسطنطين علي الروم وغزا المامون
ثلثة غزوات وكان اخرها سنة ثمانية عشر
ومايتين واعتل لما صار الي البذندون وتوفي
وحمل ودفن في مدينة طرسوس وكانت خلافته
منذ بويع له بخراسان اثنين وعشرين سنة وتوفي
وهو ابن ثمانية واربعين سنة في رجب سنة
ثمانية عشر ومايتين وكان ابيض في بياضه
صفرة حسن الوجه طويل اللحية قد شابت لحيته
شيبا كثيرا وكان علي شرطته زهير ابن مسعده
الضبي ثم هاجر ابن الحصين وغلب علي الشرطة
اسحق

templum; atque ita *Buræ* duo fuerunt templa in quibusconvenirent; quorum in hoc unâ die *Veneris*, in illo alterâ orabant. *Bocamus* verò, cùm adesset dies *Veneris* vestibus nigris indutus, gladióque ac balteo cinctus equo vehebatur comitibus suis stipatus, cúmque ad templum veniſſet ibi subsistebat, ingrediente deputato ipsius, qui *Mohammedanus* fuit, ut cùm populo oraret, & Chalifæ nomine memorato concionem haberet; ac tum ad ipsum egrediente. Neque desierunt *Christiani* vestes nigras induere, ac equis vehi, usque ad tempus *AlMotawacceli*. Reversúsq; est *AlMamun Bagdadum*. *Constantinus* autem, *Nicephorum Estabraki* filium superatum cùm in potestatem suam redegisset, *Romanis* imperavit. Porrò *AlMamun*, tres in hostes expeditiones suscepit, quarum ultima fuit anno ducentesimo decimo octavo, & cùm *Albadandunum* perveniſſet ibi ægrotavit, diémque obiit. Gestatus est ergò ac in urbe *Tarso* sepultus. Chalifatus ejus ex quo in *Choraſan* Chalifa salutatus est annorum fuit viginti duorum: obiit annos natus quadraginta octo, mense *Rajeb*, anno ducentesimo vicesimo octavo. Candidus erat admixtâ flavedine, facie venustâ, barbâ promiſſâ ac multũ canescente. Satellitibus ipsius præfectus fuit *Zobair Ebn Maſaiyeb Dobbenſis*. Deinde *Tdhaber Ebnol Hoſain*; in eos etiam potestatem habuit

buit *Iſaac Ebn Abrahim*. Ianitor ipſius fuit cùm in *Choraſano* eſſet, *AlHoſain Ebn Abi Said*, tum *Ali Ebn Abi Salehi Saheb AlMoſallæ*. Plurimum apud eum potuit, initio Chalifatûs ipſius, *Dul Riyaſatain Al. Phadlus Ebn Sahali*. Tum poſt eum multi, è quibus, *AlHoſain Ebn Sahali*, *Omar Ebn Saidi*, & *Ahmed Ebn Abi Chaledi*.

Chalifatus *AlMotaſemi*.

Chalifa renunciatus eſt *AlMotaſem*, qui idem eſt *Abu Iſaac Mohammed Ebn Haruni 'lRaſhidi*, (cui mater concubina nomine *Maredah*) *Tarſi*, propendentibus è ducibus *AlMamunis* nonnullis ad hoc ut *Al Abbaſum AlMamunis* filium ad Chalifatum proveherent, at cúm ad obſequium illius ſe fide datâ obſtrinxerat *AlAbbus*, idem etiam præſtiterunt reliqui duces; perlatáque eſt inauguratio *Bagdadum*, ubi fidem ei pollicitus eſt *Abu Iſaac Abrahim Ebnol Hoſain*, *Ebn Moſaabi* qui tunc temporis *Bagdadi* fuit, nec non quicunque *Bagdadi* erant *Haſhemidæ* ac duces. Ad obſequium etiam ejus ſe obſtrinxit *Abdollah Ebn Tdhaheri* in *Choraſano*, eúmque *AlMotaſemum* appellavit. Pervenit autem *AlMotaſem Bagdadum* initio menſis *Ramadani*, anno ducenteſimo decimo octavo, à qua non diſceſſit uſque ad annum ducenteſimum

triceſimum

اسحق ابن ابراهيم وحاجبه وهو بخراسان الحسين
ابن ابي سعيد ثم علي ابن ابي صالح صاحب المصلي
وكان الغالب عليه في صدر خلافته ذو الرياستين
الفضل ابن سهل ثم من بعده جماعة منهم الحسين ابن
سهل وعمر ابن سعيد واحمد ابن ابي خالد

خلافة المعتصم

وبويع المعتصم وهو ابو اسحق محمد ابن هارون
الرشيد وامه ام ولد يقال لها ماردة
بطرسوس وكان بعض قواد المامون يميل الي
بيعة العباس ابن المامون فبايع العباس ابن
المامون وبايع ساير القواد ووردت البيعة الي بغداد
فبايع له ابو اسحق ابراهيم ابن الحسين ابن مصعب
وهو يرمين ببغداد ومن ببغداد من الهاشميين والقواد
وبايع له عبد الله ابن طاهر بخراسان وسماه
المعتصم وقدم المعتصم الي بغداد مستهل شهر
رمضان سنة ثمانية عشر ومايتين فلم يزل
مقيما بها الي سنة اثنين وعشرين ومايتين

ثم

ثم رحل الي سرمن راي فاحتاط بها ونزلها بعساكره
ووجه بافشين كندرا ابن كاوس الي بابك
الجرمي ففتح مدينته واسره وحمله وحمل اصحابه
وكان الفتح في شهر رمضان سنة اثنين وعشرين
ومايتين ووجه بوجيف ابن عنبسة الي الزط الذين
كانوا في البطايح فاسرهم وحملهم وكان
المازيار متغلبا علي طبرستان فوجه عبد الله
ابن طاهر بعدة الحسن ابن الحسين فاسره وحمله
الي المعتصم وقفل المعتصم الي بلاد الروم غازيا
وحمل معه ايوب بطرك انطاكية فحاصر مدينة
انكرة وكان ايوب البطرك يكلم الروم بالرومية
ويقول لهم اطيعوا السلطان وادوا له الجزية
اخير مما تقتلون وتسبون وكانوا الروم
يشتمونه بالحجارة ففتح المعتصم مدينة انكرة
واحرقها بالنار ثم سار الي موريه فحاصرها مدة
شهر وفي نسخة اخري عدة فكان في كل يوم
ايوب البطريرك يتقدم الي الحصن وحده
فيخاطب الروم بالرومية ويخوفهم ويسالهم
ان يعطوه الجزية ليصرف عنهم
المعتصم

triceſimum ſecundum. Tum *Sarmanraiam* profectus eam muro cinxit, ibíque cum exercitibus ſuis ſedem fixit; miſſo *Aphſhino Condarao Ebn Cauſi*, contra *Tabacum Iormenſem*: cujus urbe expugnatâ ipſum vinctum cum ſociis ſuis abduxit. Fuit expugnatio iſta menſe *Ramadano* anni ducenteſimi viceſimi ſecundi. Miſit etiam *Ajifum Ebn Anbaſa* contra *AlZottos*, qui in *AlBatayeh* [paludibus inter *VVaſet* & *Baſram*] fuerunt, quos captivos ſecum abduxit. *AlMaziad* etiam vi occupavit *Tabareſtanum*. Miſit ergò *Abdollahum Ebn Tdhaheri* cum patruo ſuo *AlHaſen Ebnol Hoſain*, qui ipſum compedibus vinctum ad *AlMotaſemum* adduxit. Intravit etiam *AlMotaſem Romanorum* regiones ipſas expugnatum, ſecúmque abduxit *Iobum Antiochiæ* Patriarcham, & obſidione cinxit urbem *Ancyram*; ubi *Iobus* Patriarcha *Romanos* linguâ *Romanâ* allocutus, Obedite, inquit, Regi, ipſíq; tributum pendite. Melius hoc eſt quàm ut occidamini, & captivi fiatis, *Romani* ergò convitiis ipſum & lapidibus petierunt. *AlMotaſem* autem captam urbem *Ancyram* incendit. Tum *Amuriam* profectus, ipſam etiam menſis ſpatio (vel ſecundùm aliud exemplar, pluribus menſibus) obſedit. *Iobus* autem Patriarcha quotidiè ad arcem ſolus accedens *Romanos* linguâ *Romanâ* allocutus, metum illis incutere ac rogare, ut tributum *AlMotaſemo*

taſemo darent quò ab ipſis recederet; at illi & convitia & lapides in ipſum jacere. Neque ita facere deſtiterunt, donec Al*Motaſem* captâ *Amuriâ* multos in ipſa trucidaret; ídque menſe *Ramadano* anno ducenteſimo viceſimo tertio. Reverſúſque eſt Al*Motaſem* poſtquam *Amuriam* cepiſſet; atque inter redeundum mortuus eſt Al*Abbas* Al*Mamunis* filius. Iram etiam in Al*Aphſhin* concepit anno ducenteſimo viceſimo quinto. Porrò mortuus eſt *Conſtantinus Romanorum* Imperator, quibus poſt ipſum imperavit *Theophilus*. Anno Chalifatûs *Al-Motaſemi* quarto conſtitutus eſt *Sophronius* Patriarcha *Alexandrinus*, qui annos tredecim ſedit; Philoſophus fuit ac ſapiens. Anno Chalifatus ejuſdem ſeptimo conſtitutus eſt *Iohannes* Patriarcha *Hieroſolymitanus*; contra quẽ inſurgentes *Hieroſolymitani* de ipſo omnia mala dixerunt: quare ab ipſis metuens, ſcriptóque ipſis obſignato, cathedram reliquit. Porrò, obiit Al*Motaſem* menſe *Rabiâ* priori, anno ducenteſimo viceſimo ſeptimo, cùm Chalifatu functus eſſet annis octo & menſibus octo. Obiit autem annos natus quadraginta octo. Sepultus eſt *Sarramanraiæ*. Fuit corpore decoro, facie pulchrâ, pectore lato, robuſtus, barbâ promiſſâ quæque canitiem non contraxerat. Satellitibus ipſius præfuit *Iſaac Ebn Abrahim*. Ianitor ipſius fuit *Simaus Turca*, libertus ipſius; nec non

VVaſiphus

المعتصم وكادوا يشتمونه ويرمونه بالحجارة فلم تزل
هذه حالهم حتي فتح المعتصم عمورية وقتل فيها خلقا
كثير وسبا منها سبيا كثيرا وذلك في شهر رمضان
سنة ثلاثة وعشرين ومايتين وانصرف المعتصم بعد ان
فتح عمورية فمات في انصرافه العباس ابن المامون
وسخط علي الافشين سنة خمسة وعشرين
ومايتين ومات قسطنطين ملك الروم وملك بعده
توفيل علي الروم وفي اربع سنين من خلافة المعتصم
صير صفرونيوس بطريركا علي الاسكندرية اقام ثلاثة
عشر سنة وكان فيلسوفا حكيما وفي هبع
سنين من خلافة المعتصم صيريوحنا بطركا علي بيت
المقدس وقالوا فيه كل قبيح واده فرع منهم وكتب
منهم خطة وكتبها عن الكرشي وتوفي المعتصم في شهر ربيع
الاول سنة سبعة وعشرين ومايتين كانت
خلافته ثمان سنين وثمانية اشهر وتوفي وهو ابن
ثمانية واربعين سنة ودفن في سرمن راي وكان
المعتصم حسن الجسم جميل الوجه عريض الصدر
شديد البدن طويل اللحية لم تشيب لحيته وعلي
شرطته اسحق ابن ابراهيم وحاجبه سيما التركي مولاه
ووصيف

ووصيف التركي مولاه وبغا التركي وعلي حجبة العامة محمد ابن عاصم الكعكي ويعقوب ابن ابراهيم وعتاب ابن عتاب ومحمد ابن حماد ابن دعتش والغالب عليه احمد ابن ابي داوود قاضي القضاة ومحمد ابن حماد ابن عبد الملك الزيات الكاتب

خلافة الواثق

وبويع الواثق وهو ابن هارون ابن المعتصم واسم امه ولد يقال لها قراطيس في اليوم الذي توفي فيه المعتصم فاقر الامور على ما كانت في ايام المعتصم وبنا القصر المعروف بالهاروني واشتغل الله وكان الواثق يقول بخلق القران والذي حمل له هذا القول احمد ابن ابي داوود ومحمد ابن عبد الملك الزيات وكان وزيره وكتب الواثق الى جميع الامصار ان توخذ المسلمين بان يقولوا بخلق القران وان يكتب على المساجد فغلظ ذلك وعظم على المسلمين واذكروه اشد الانكار وكل من انكر هذه القول ولم يقبله ويقول به منهم من ضرب بالسياط ومنهم من حبس ومنهم من قتل وكانت خلافته خمس

VVaſiphus Turca libertus ipſius, & *Bagaus Turca.* Ianitores ordinarii *Mohammed Ebn Aſem Hanacenſis, Iacob Ebn Abrahim, Atab Ebn Atabi,* & *Mohammed Ebn Hammad Ebn Dankaſhi.* Plurimum apud eum potuerunt *Ahmed Ebn Abi Dawoud* Iudex ſummus, & *Mohammed Ebn Hammad, Ebn AbdilMalec AlZiyat* [olearius] Scriba.

Chalifatus *AlVVatheki.*

Inauguratus eſt *AlVVathek,* (viz. *Harun Ebnol Motaſemi,* cui mater concubina nomine *Karatis,*) eodem die quo obiit *AlMotaſem.* Hic res eodem ſtatu ſtabilivit quo fuerant tempore *AlMotaſemi,* & conditâ arce quam *AlHaruni* vocant, eò ſe recepit. Aſſeruit *AlVVathek* creatum eſſe *Alcoranum,* quam ſententiam ipſi commendatam reddiderunt *Ahmed Ebn Abi Dawoud,* & *Mohammed Ebn AbdilMelec AlZaiyat,* qui conſiliarius ipſius fuit. Scripſit ergò *AlVVathek* in omnes paſſim provincias, ut cogerentur *Moſlemii* creatum *Alcoranum* profiteri, idémque templis inſcribi. Quod cùm ipſis grave admodum ac durum videretur, prorſus ipſum abnuerunt. Eorum autem qui ſententiam iſtam abnuerent, neque amplecti ac profiteri vellent, alii flagris cæſi ſunt, alii in carcerem conjecti, alii trucidati. Fuit Chalifatus ipſius an-

norum quinque, menſium ſeptem, & dierum tredecim. Porrò obiit *Theophilus Romanorum* Imperator, ipſi in Regno ſuccedente filio ipſius *Michaele*. Anno Chalifatûs *Al Watheki* ſecundo, conſtitutus eſt *Sergius*, (fil. *Manſoris* illius, qui *Moſlemis* in capienda *Damaſco* opem tulit, ideóque in omnibus regionibus anathemate devotus fuit,) Patriarcha *Hieroſolymitanus*, ubi cùm annos ſexdecim ſediſſet, mortuus eſt. Anno Chalifatus ejuſdem ſexto conſtitutus eſt *Nicolaus* Patriarcha *Antiochenus*, qui annos viginti tres ſedit, dein obiit. Mortuus eſt autem *Al Wathek* die *Mercurii*, ſex ante finitum menſem *Dil Hajjah* diebus, anno ducenteſimo triceſimo ſecundo, annos habens triginta quatuor. Fuit ſtaturæ quadratæ, corpore eleganti, lato pectore, barbâ ſpiſsâ, in oculo albuginem habens. Satellitum ipſius præfectus fuit *Iſaac Ebn Abrahim*; Ianitor *Itah*, *Turca*, libertus ipſius: dein *Baga Turca* ſervus ipſius; *Waſiph Turca*, libertus ipſius; *Mahommed Ebn Hammad Ebn Danſhaki*, & *Mohammed Ebn Aſam*, *Jabalenſis*: Ianitoris etiam ordinarii munere functi ſunt, *Iacob Ebn Abrahim Kauſarah*, & *Atab Ebn Atab*. Maximâ apud ipſum gratiâ pollebant, *Ahmed Ebn Abi Dawoud*; & *Mohammed Ebn Abdil Malec Alzaiyat*.

Chalifa-

خمس سنين وسبعة اشهر وثلثة عشر يوما ومات توفيل ملك
الروم وملك بعده ابنه ميخاييل ابن توفيل وفي السنة
الثانية من خلافة الواثق صير هرجس ابن منصور
الذي كان اعان المسلمين علي فتح دمشق
ولعن في اقطار الدنيا بطريركه علي بيت المقدس اقام
ستة عشر سنة ومات وفي ستة سنين من خلافته
صير ديقولاوس بطريركا علي انطاكية اقام ثلثة
وعشرين سنة ومات وتو في الواثق يوم الاربعا لعشر
ايام بقيت من ذي الحجة سنة اثنين وثلثين
ومايتين وهو ابن اربعة وثلثين سنة وكان
الواثق مربوعا حسن الجسم عريض الصدر اكحل
اللحية وفي عينه كحلة بيضة وكان علي شرطة
اسحق ابن ابراهيم وحاجبه ايتاخ التركي مولاه
وبغا التركي مولاه ووصيف التركي مولاه ومحمد
ابن حماد ابن دنقش ومحمد ابن عاصم الجبلي وعلي
حجابة العامة ايضا يعقوب ابن ابراهيم وقوصرة وعتاب
ابن عتاب والغالب علية احمد ابن ابي داوود
ومحمد ابن عبد الملك الزيات

خلافة

خلافة جعفر المتوكل

وبويع جعفر المتوكل وهو ابن المعتصم وامه ام ولد يقال لها شجاع الخوارزمية في اليوم الذي توفي فيه الواثق واطلق من كان محبوسا بقيد خلق القرآن وسخط على محمد ابن عبد الملك وزير المعتصم وانكر على المعتصم والواثق وعلى عمر ابن الفرج الرخجي وعلى ايتاخ التركي وعلى احمد ابن ابي داوود قاضي القضاة وبايع لثلثة من اولاد محمد المنتصر بالله وابراهيم المؤيد بالله وابي عبد الله المعتز بالله فولاه العهد في اول السنة ستة ستة وثلاثون ومايتين واستقامة الامور وصلحت البلدان وامنت السبل وانتهى الى المتوكل ان المقياس الذي في الجزيرة بفسطاط مصر الذي يقاس فيه النيل الذي كان امر ببنائه سليمان ابن عبد الملك ابن مروان قد فسد فوجه بهندس من العراق اختاره محمد ابن موسى المنجم فقدم الى مصر وعلى معونتها يزيد ابن عبد الله ابن باذان ابن فرخ وعلى الخراج سليمان

Chalifatus *Iaafari Almotawacceli.*

Inauguratus eſt *Iaafar Almotawaccel*, *Motaſemi* filius, (qui matrem habuit concubinam *Shajaam Chowarezmienſem*,) eodem die quo è vita diſceſſit *Alwathek*. Hic illos qui ob quæſtionẽ de Creatione *AlKorani* in carcerẽ conjecti fuerant dimiſſit, atq; iratus eſt *Mohammedi Ebn Abdil Maleco*, *Almotaſemi* conſiliario: malèque ſenſit de *Almotaſemo* & *Alwatheko*, necnon de *Omaro Ebn Alpharajo Zajajenſi*, & *Itaho Turca*, & *Ahmede Ebn Abi Dawoud* judice ſummo. Atq; homines ad trium è filiis ipſius obſequium ſe obſtringere fecit, viz. *Mohammedis Almotaſemi billahi*, *Abrahami Almoayad billahi*, & *Abi Abdollabi Almotazzi billahi*, quem teſtamenti executorem fecit initio anni ducenteſimi viceſimi ſexti; atque ita compoſitæ ſunt res, provinciæ in ordinem redactæ, viæque ſecuræ factæ. Nuntiatum eſt autem *Almotawaccalo*, columnam illam in inſula *Phoſtati Ægyptiacæ* quâ menſurari ſolebat *Nilus*, quam extrui juſſit *Soliman Ebn Abdil Malec Ebn Merdwan*, vitium contraxiſſe: Geometram ergò à *Mohammede Ebn Muſa* Aſtrologo delectũ ab *Eraco* miſit, qui in *Ægyptum* iret; & ad opem ipſi hac in re ferendam *Yazidum Ebn Abdollahi Ebn Badan Ebn Pharabi*, & ad ſumptus faciendos *Soli-*

manum

manum Ebn Wahab. Hic ergò menſuram in *Iizah Ægyptiaca* fabricavit anno ducenteſimo quadrageſimo quinto, quæ menſura nova appellata eſt, nec ulli ampliùs uſui adhibita eſt vetus. Condidit etiam *Almotawaccel* urbem quam *Alſaaphariam* appellavit. Idem *Bachtiſhuæ* medico iratus in omnes provincias ſcripſit, ut compellerentur *Chriſtiani* zonaria induere, & veſtibus ſuis pannorum ſegmenta aſſuere, à parte anteriori alterum, alterum à poſteriori; atq; equis vehi prohiberentur, & in ſellis ſuis haberét funes, ac ſtapedibus ligneis uterentur, ædiúmque ipſorum portis appingerentur diabolorum imagines, (vel, ſecundùm aliud exemplar, porcorum & ſimiorum:) quod magni *Chriſtianis* detrimenti doloríſque & anxietatis cauſa fuit. Porrò obiit *Michael Theophili* filius *Romanorum* Imperator, ſuccedente ipſi *Theophilo Romanorum* Imperatore; qui ex Eccleſiis Imagines amovens eaſdem delevit, necnon fregit, jubens ut nulla omnino in aliqua Eccleſia eſſet imago. Cauſa autem quæ ipſum impulit ad imagines ex Eccleſiis tollendas, hæc fuit, quòd ipſi à Conſiliario ipſius quodam narratum eſſet, eſſe in loco quodam in ditione *Romanorum* Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* ſacram, ínq; ipſa imaginem è cujus uberibus, cùm celebraretur feſtum illius, lactis gutta ſtillaret. Quod cùm *Theophilo* haud credibile videretur, in rem inquirens invenit

سليمان ابن وهب فبنا مقياسا بجيزة مصر في
سنة خمسة واربعين ومايتين وسمي المقياس الجديد
وقد بطل العتيق وبنا المتوكل مدينة وسماها
الجعفرية وسخط علي بختيشوع المتطبب وكتب
الي جميع البلدان ان ياخذوا النصاري بلباس الغيار
والرقاع في الدراريع رقعة من قدام ورقعة
من خلف وان يمنعوا من ركوب الخيل وان
تصير في هروجهم اكر ويركبون بركب خشب
وتصور علي ابواب دورهم صور الشياطين وفي دهنة
الخنازير والقرود فقال النصاري من هذا اذا شديد
وحزن وغم ومات ميخاييل ابن توفيل ملك الروم وملك
بعده ابنه توفيل ملك الروم فمحا الصور من
الكنايس ومحاها وكسرها وامر ان لا يكون
في كنيسة صورة البتة وكان الصبي الذي
دعاه الي تنحية الصور من الكنايس ان بعض
وزراه اخبره ان في موضع من ارض الروم كنيسة لمرتميم
فيها صورة اذا كان يوم عيدها يخرج من ثدي
الصورة قطرة لبن فاذكر ذلك توفيل الملك
وبحث عن ذلك الامر فوجد قيم الكنيسة

قد نقب في الحايط من خلف الصورة وادخل الثقب
الي ذي الصورة وصير فيه ابنوبة رصاص صغيرة
دقيقة ولطخ الموضع بالطين والجير لئلا يبين فاذا كان
يوم عيد مرتمريم كان يصب في ذلك الثقب لبنا وكانت
تخرج نقطة صغيرة مي ذي تلك الصورة وكان الخلق
يجون الي تلك الكنيسة فاكتفى الاقلوم بهذا
السبب مالاعظيما فبعث توفيل الملك وهدم تلك
الصورة والموضع اصلحه وامر الا يكون في الكنايس
صورة البتة وضرب عنق اقلوم الكنهنة ونحا الصور
من الكنايس وقال ان الصور مقام الاصنام
فمن هجن للصورة فهو كمن قد هجن للاصنام ووقع
اختلاف بين الروم في امر الصور حتي كفر بعضهم
من بعض فقال بعضهم من هجن للصورة فقد كفر
وقال اخرون من لم يهجن للصورة قد كفر فسمع
بذلك صغروديوس بطريرك الاسكندرية فكتب
مومرا يثبت فيه الهجون للصور واحتج فيه بان
قال ان الله جل ثناوه وقد سمت اسماوه امر موسي ان
يصور في قبة الزمان صورة الشاروبيم من ذهب وينصبهما
داخل الهيكل واحتج وقال وسليمان ابن داوود لما عمل
الهيكل

invenit ædituum, facto in pariete, à tergo imaginis, foramine quod uſque ad ubera pertingeret, eíque tubulo plumbeo tenui ac gracili immiſſo, locum luto ac calce ne appareret obduxiſſe, cúmque adeſſet feſtum Sanctæ *Mariæ*, foramini iſti lac infundere ſolitum, cujus guttula è mamma imaginis deſtillaret: quare peregrinationes ad eccleſiam iſtam inſtituentibus hominibus, multum pecuniæ lucratus eſt hac de cauſa Ædituus. Mittens ergò *Theophilus* Imperator imagine iſtâ dirutâ locum refecit, juſſítque nullas omnino in Eccleſiis imagines retineri. Ædituum autem Eccleſiæ iſtius capite truncavit & ex eccleſiis imagines ſuſtulit, dicens, imagines inſtar idolorum eſſe; & qui imaginem coluerit, perinde eſſe ac ſi idola coleret. Hinc ortum eſt inter *Romanos* diſsidium in iis quæ ad imagines ſpectant, adeo ut alii alios infidelitatis damnarent, dicentibus aliis, Qui imaginem coluerit infidelitatis reus eſt; aliis, Qui eas nõ coluerit, infidelis eſt. Quod cùm audiſſet *Sopbronius* Patriarcha *Alexandrinus* orationem longam ſcripſit in qua imaginum cultum defendit, hoc in ea argumento uſus, dicens; Deus, cujus fama glorioſa, & nomen ſanctum, *Moſi* præcepit ut in tabernaculo temporis, imagines Cherubinorum aureas formaret, quas intra Sanctuarium ſtatueret, deinde, Quòd

Salomo Davidis filius cùm Templum extrueret in ipſo imagines Cherubinorum aureas repoſuerit. Dicens inſuper, Cùm perlatæ fuerint à Rege literæ ad præfectum ipſius aliquem ſigillo regio ſignatæ, dictúmque fuerit id ſcienti, Eſt hoc ſigillum Regis: Hæ ipſius literæ: annon aſſurgens ſtabit donec literas manu acceptas oſculatus fuerit, eaſdémque capiti & oculis ſuis admoverit? neque interim ideo aſſurgit aut literas oſculatur, quòd chartam veneretur, aut ceram chartæ obductam, aut atramentum intra chartam, aut quòd literis aſſurgat eáſque veneretur. Non, per vitam meam, ob rerũ iſtarum aliquã; verùm indè hoc eſt quòd Regem veneretur, ejúſque nomen; cùm ipſius ſint literæ iſtæ. Hâc igitur ex parte decet nos imaginem iſtam deoſculari ac venerari, non quod ita eam oſculamur ac idola coli ſoleant, verùm hoc fit quòd veneratione atque honore proſequimur nomen martyris iſtius, cujus imago coloribus iſtis depingitur. Atque hanc epiſtolam ad Regem *Theophilum* miſit, quâ acceptâ lætatus eſt ille, atque ab eo quo imagines proſecutus erat odio converſus eſt. Fuit etiam *Abu Korræ* inter eos qui imaginum cultum defenderunt, eáque de re librum ſcripſit, quem appellavit, Sermones de cultu imaginum. Obiit autem *Sophronius* Patriarcha *Alexandrinus* hydropiſi affectus, (ob quam cùm

الهيكل وبناه جعل فيه صورة الشاروبيم من ذهب
وقال اذا ورد كتاب من الملك الي بعض عماله مختوم
بخاتم الملك وقيل للعالم هذا خاتم الملك وكتابه
اليس يقوم قايما حتي ياخذ الكتاب بيده ويقبله
ويضعه علي راسه وعينيه فلهذا قيامه وتقبيله للكتاب
تعظيما للقرطاس اوللطين المختوم علي القرطاس
اوللمداد الذي داخل القرطاس اوكان قيامه
وتعظيمه للكتاب لا لعرى ليس لواحد من هذه
الخصال انما هو تعظيما منه للملك ولاسم الملك
ان كان كتابه فقد وجب علينا من هذه الجهة
ان نقبل هذا الصورة ونسجد لها ان كان ليس
تقبيلنا لها وسجودنا كسجودنا للاصنام انما هو
تعظيما منا واكراما لاسم ذلك الشهيد الذي صورت
صورته تلك بتلك الاصباغ وانفذ الكتاب الي دوقيل
الملك فقبله الملك وفرح به وانصرف بما كان عليه
من انكار الصور وكان ابو قرة ممن ثبت ايضا
السجود للصور ووضع في ذلك كتابا وهماه مهامر
السجود للصور ومات صغرودوس بطريرك الاسكندرية
من الاستسقا عرض له وشرب لبن اللقاح ولم ينتفع
به

به في سنة ثلثة وثلثين ومايتين وصير بعده ميخايل
بطريركا علي الاسكندرية اقام اربعة وعشرين سنة وهو
من بني بكام من اهل بورة وكانت خلافة المتوكل
اربعة عشر سنة وتسعة اشهر وتسعة ايام وفي عشر
سنين من خلافة المتوكل صير صلوبن ابن زرقون
بطريركا علي بيت المقدس اقام خمس سنين ومات وقتل
المتوكل في قصرة في المدينة التي احدثها وسماها
الجعفرية وكان قتله ليلة الثلثا خلون من
شوال سنة سبعة واربعين ومايتين وهو ابن اربعة
واربعين سنة ودفن بالجعفرية وكان المتوكل اسمر رقيق
البشرة يضرب لونه الي صفرة حسن الوجه خفيف
العارضين كبير العينين وكان علي شرطته اسحق
ابن ابراهيم وتوفي وصار محمد ابن اسحق وتوفي وقدم
محمد ابن عبد الله ابن طاهر من خراسان فتولي
الشرطة وكان حاجبه وصيف التركي وصير سعيد
ابن صالح بعده وبغا التركي وحاجبه للعامة يعقوب
ابن ابراهيم ثم قوصرة وعتاب ابن عتاب وكان الغالب
علي الفتح ابن خاقان وعبد الله ابن يحيي ابن
خاقان الكاتب

خلافة

cùm lac mandragoræ bibiſſet, nihil ei profuit) anno ducenteſimo triceſimo tertio, conſtituto poſtipſum Patriarchâ *Alexandrino Michaele*, qui annos viginti quatuor ſedit. Fuit ille è filiis *Bacami*, *Burenſis*. Porrò fuit Chalifatus *AlMotawacceli* annorum quatuordecim, novem menſium, & novem dierum. Anno Chalifatus ejus decimo conſtitutus eſt *Salmun Zarkuni* filius Patriarcha *Hieroſolymitanus*, ubi annos quinque ſedit, dein mortuus eſt. Interfectus eſt autem *AlMotawaccel* in palatio ſuo in urbe quam condiderat, *Alaafariâ* appellatâ. Fuit cædes ipſius die *Martis* menſis *Shawali* tertio; anno ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo, cùm annorum eſſet quadraginta quatuor: ſepultúſque eſt *Iaafariæ*. Fuit fuſcus, colore ad flavedinem vergente, facie venuſtâ, myſtacibus raris, oculis grandioribus. Satellitum ipſius præfectus fuit *Iſaac Ebn Abrahim*; eóque mortuo accedens *Mohammed Ebn Abdollahi*, *Ebn Tdhaber*, è *Choraſano*, iiſdem præfectus eſt. Ianitor ipſius *Waſif Turca*; ac poſt ipſum *Said Ebn Saleh*; nec non *Bagaus Turca*. Ianitor ordinarius *Iacob Ebn Abrahim*; deinde *Kauſarah*, & *Atab Ebn Atab*. Plurimum apud eum poterat *AlPhatah Ebn Chakan*, & *Obaid Allah Ebn Yahyæ Ebn Chakan* Secretarius.

Chalifatus

Chalifatus *AlMontaſeri Billahi.*

Inauguratus eſt *AlMontaſar Billahi Mohammed Ebnol Motawacceli*, (cui mater fuit concubina, nomine *Habaſhiah*) eodem die quo occiſus eſt *Al-Motawaccel*: quinto poſtquam Chalifa renunciatus eſt die è *Iaafaria* ſe *Sarramanraiam* contulit, diruítque *Iaafariam* & *AlIauſakum* deſeruit. Fratres etiam ſuos *Abu Abdollahum AlMotaz billahi*, & *AbrahimumAlMoayad billahi* hæreditatis jure exuit, eâ de re literis paſſim in provincias miſſis. Fuit Chalifatus ipſius, anni, ſex menſium, & trium dierum. Obiit annos natus viginti octo. Sepultúſque eſt *Sarramanraiæ*; ſepulchrum ejus opere albario ornavit mater ipſius; quo non antea cuipiam Chalifarum ſepulchrum obducta fuit. Fuit *AlMontaſer* ſtaturæ quadratæ, corpore decoro, fuſcus, pinguis. Satellitum ipſius præfectus fuit *Mohammed Ebn Abdollah Ebn Tdhaher*. Ianitor *Abu Naſer Turca*; nec non *Ahmed Ebn Chaſab.*

Chalifatus *AlMoſtaini.*

Convenientes *Turcarum* Duces ad eligendum quem Chalifam renuntiarent, abnuerunt ex *Al-Motawacceli* filiis cuipiã obſequium paciſci. Cecidit ergò

خلافة المنتصر بالله

وبويع المنتصر بالله محمد ابن المتوكل وامه ام ولد يقال لها حبشية في الليل التي قتل فيها المتوكل واعتقل بعد ان استخلف بخمسة ايام من الجعفرية الي هرمن راي واخرب الجعفرية وترك الجوهق وخلع اخوته ابا عبد الله المعتز بالله وابراهيم المويد بالله من ولاية العهد وكتب الي الافاق بذلك وكانت خلافته سنة وستة اشهر وثلثة ايام وتوفي وهو ابن ثمانية وعشرين سنة ودفن بهرمن راي وشيدت امه قبره ولم تشيد قبر خليفة قبله وكان المنتصر مربوعا حسن الجسم اسمر سمينا وكان علي شرطته محمد ابن عبد الله ابن طاهر وحاجبه ابوناصر التركي واحمد ابن الخصيب

خلافة المستعين

فاجتمع قواد الاتراك علي اختيار من يبايعون له بالخلافة وكرهوا ان يبايعوا لولد المتوكل ووقع اختيارهم

اختيارهم علي احمد ابن محمد المعتصم وامه ام ولد
يقال لها مخارق فبايعوه بالخلافة وسموه المستعين بالله
واتصل شغب الجند واضطراب الموالي فهرب المستعين
في حراقة ومعه وصيف وبغا التركيين الي بغداد
وجلس الموالي والجند الذين يهرمن راي اباعبد الله
ابن المعتز ابن المتوكل وامه ام ولد يقال لها
قبيحة فبايعوا له بالخلافة في مستهل المحرم
سنة احد وخمسين ومايتين وكانت الفتنة
والحرب بين اصحاب المستعين والمعتز وابي
احمد ابن المتوكل صاحب تدبير الحروب المعتز
فلم يزالوا في الحروب الي مستهل المحرم سنة
اثنين وخمسين ومايتين ثم خلع المستعين نفسه
وكان الصلح وكتب المستعين له باخباره
ذلك وكتب المعتز له الامان واشهد فيه والحذر
الي واسط العراق وكانت خلافته الي ان خلع
نفسه ثلث سنين وثمانية اشهر وفي اول سنة
من خلافة المستعين صير اناوذروس ويعرف
بالمقلاتي بطريركا علي بيت المقدس اقام تسعة
عشر سنة ومات وكان المستعين سيئا
حسن

ergò electio ipſorum in *Ahmedem* Ebn *Mohammedis AlMotaſami*, cui mater concubina fuit nomine *Machareck*; quem, Chalifam fide ipſi datâ conſtitutum, *Almoſtain billahi* nominârunt. Tum orto in exercitu diſſidio, atque inter libertos tumultu, fugit *Almoſtain* in navicula, comitantibus ipſum *Waſipho* & *Bogao Turcis*, *Bagdadum*. Servi autem & exercitus, qui *Sarramanraiæ* fuerunt, *Abn Abdallah Ebnol' Motazzi Ebnol Motawacceli*, cui mater fuit concubina nomine *Kabihab*, throno collocantes Chalifam ſalutârunt, initio menſis *Moharram* anni ducenteſimi quinquageſimi. Fuítque contentio & bellum inter *Almoſtaini* & *Almotazzi* aſſeclas. Res autem bellicas *Almotazzi* nomine adminiſtrabat *Abu Ahmed Ebnol Motawaccel*, neque ceſſârunt bella exercere uſque ad initium menſis *AlMoharram* anni ducenteſimi quinquageſimi ſecundi: tũ enim loco ſe abdicante *Almoſtaino*, facta eſt pax, ſcriptis teſtante *AlMoſtaino* ſe hoc ſponte facere, & ſecuritatis libellum illi ſcribente *AlMotazzo* adhibitis teſtibus. Deinde *VVaſetum Eraki* urbem deſcendit. Fuit Chalifatus ipſius, donec ſe ipſum Imperio abdicavit, annorum trium cum octo menſibus. Primo Chalifatûs ipſius anno conſtitutus eſt *Theodorus* (qui *AlMoklati* audit) Patriarcha *Hieroſolymitanus*, qui annos novendecim ſedit, dein mortuus eſt. Fuit autem *AlMoſtainus* pinguis,

corpore venuſto, barbâ nigrâ; Satellitum ipſius præfectus fuit *Mohammed Ebn AbdolMaleci, Ebn Tdhaheri.* Ianitores ipſius, *VVaſif* & *Boga*, Turcæ.

Chalifatus *AlMotazzi.*

Omnes qui *Sarramatraiæ*, fuerunt tam *Turcæ* quàm alii, *AlMotazzam* Chalifam fide datâ inaugurârunt, menſe *AlMoharram* anni ducenteſimi quinquageſimi primi, cùm eſſet *AlMoſtain Bagdadi*, ac provinciæ turbatæ, majori hominum parte *AlMoſtaino* adhærentibus. At cùm ſe imperio abdicaverat *AlMoſtain*, initio menſis *AlMoharram*, anni ducenteſimi quinquageſimi ſecundi, hoc audito homines obſecuti ſunt. *Almotazzus* autem cùm ſucceſſionis jus *Abrahimo AlMoayad billahi* reſtituiſſet, eodem rurſus ipſum exuit, qui deinde mortuus eſt: quod cùm ægrè ferret *Abu Ahmed* fratri ſuo accidiſſe, ipſum *Baſoram* relegavit *AlMotazzus*: interfecti ſunt etiam *VVaſiphus* & *Boga*. Mortuúſq; eſt *MohammedEbnAbdollahi, EbnTdhaheri* Satellitum præfectus. *AlMoſtainum* autem *VVaſeto* accerſitum, cùm ſalutâſſet *Said Ebn Saleh* Ianitor, ipſum interfecit. Porrò mortuus eſt *Theophilus Michaelis* f. *Theophili* filius *Romaonrum* Imperator, ſuccedente ipſi in Imperio filio ipſius *Michaele*, filii *Theophili* filio. Fuit autem dux quidam nomine

حسن الجسم اسود اللحية وكان على شرطته
محمد ابن عبد الله ابن ظاهر وحاجباه وصيف
وبغا التركيان

خلافة المعتز

وكان جميع من بسرمزراي من الاتراك وغيرهم
قد بايعوا المعتز بالخلافة في المحرم سنة احد وخمسين
ومايتين والمستعين ببغداد والبلدان
مضطربة واكثر الناس مع المستعين فلما خلع
نفسه المستعين في مستهل المحرم سنة اثنين
وخمسين ومايتين سمعوا الناس واطاعوا وكان
المعتز قد رد ولاية العهد الي ابراهيم المؤيد بالله
ثم خلعه ومات فتذكر ابو احمد ما حدث هذا
باخيه فنفاه المعتز الي البصرة وقتل وصيف وبغا
ومات محمد ابن عبد الله ابن ظاهر صاحب الشرطة
واشخص المستعين من واسط فسلم الله سعيد ابن
صالح الحاجب فقتله ومات توفيل بن ميخاييل
ابن توفيل ملك الروم وملك بعده ابنه ميخاييل ابن
ثاوفيل ابن ميخاييل وكان قايد يقال
له

له باهيل قد قدمه وامره علي جميع قواده واصحابه فخرج ميخاييل الملك ذات يوم يتنزه في الجزيرة التي حذا القسطنطينية في وسط البحر الذي بينها وبنطس فشد عليه باهيل القايد فقتله داخل الكنيسة التي في الجزيرة وغلب علي الذين في الجزيرة وعلي الملك ولم يكن باهيل من اهل بيت الملك لان جنسه مقدوني فقيل له لم استحليت قتل الملك فقال ان ميخاييل عشق امراة وامرني بتزوجها وان لا اقربها فتكون الامراة لي بالاسم ويكون هو المضاجع لها لمخافة من زوجته ان تدري به ولانه ايضا لا يجوز له ان يتزوج علي زوجته ففعلت ذلك ثم ندمت وخفت من الله فاستحليت قتله فاقام باهيل ملك علي الروم

خلافة المعتز والمهتدي وبعض خلافة المعتمد

وولي المعتز باكباك التركي مصر واستخلف باكباك احمد ابن ابن طلون ووجه به الي مصر وكان باكباك قد

nomine *Basilius* quem accersitum omnibus ducibus ac comitibus suis præfecerat. Die autem quodam, cùm se oblectandi gratiâ prodiisset *Michael* Imperator in insulam quandam, quæ è regione *Constantinopoli* sita est in mari quod *Pontus* appellatur, irruens in ipsum *Basilius* Dux, intra Ecclesiam quæ in insula est, interfecit; nec non & eos qui in insula erant, & imperium, in potestatem suam redegit, cùm non esset ipse è stirpe Regiâ, utpote qui genere *Siciliota* fuit. Cúmque ipsi dictum esset, Quid est quòd Imperatorem occidere fas tibi duxisti? Respondit, *Michael* cùm mulierem deperiret, me eam ducere jussit, ad ipsam tamen non accedere; ut nomine mihi esset mulier ista, ille verò cum ipsâ cubaret; metu scil. uxoris suæ, ne ipsa illud resciret, & quòd non liceret ipsi aliam ultra uxorem suam ducere: quod cùm fecissem, postea pœnitentiâ ductus, Deum timui: cæde ergò ipsum tollere fas duxi: retinuítque *Basilius* Imperium in *Romanos*.

Chalifatus *AlMotazzi* & *AlMohtadi*, & pars Chalifatûs *AlMotamedi*.

Præfecit *AlMotazzus*, *Bacbacum Turcam Ægypto*, qui *Ahmedem Ebn Tolun* deputatum sibi constituens, ipsum in *Ægyptum* misit. *Bacbacus* verò

Ahmedi

Ahmedi Ebn Toluni filiam ſuam in uxorem dederat. Ingreſſus eſt autem Ahmed Ebn Tolun Ægyptum menſe Ramadano anno ducenteſimo quinquageſimo quarto. Turbatæ ſunt autem res inter AlMotazzum & libertos. Obiítque AlMotazzus die Martii tertio ante finitum menſem Rajeb, anno ducenteſimo quinquageſimo quinto. Fuit Chalifatus ipſius poſt AlMoſtaini abdicationem annorum trium cum menſibus novem, diebus octo. Erat, cùm moreretur, annorum viginti duorum. Sepultus eſt SarraManraiæ: ſepulchrum ejus opere albario ornavit mater ipſius juxta ſepulchrum AlMontaſari. Fuit AlMotazzus candidus, facie pulchrâ, comâ eleganti, corpore decoro, adeò ut haud ipſi par formâ & pulchritudine reperiretur. Satellitibus ipſius præfectus fuit, Mohammed Ebn Abdillahi, Ebn Tdhaheri: Dein, eo mortuo, Obaidallah Ebn Abdillahi, Ebn Tdaheri: Tum iiſdem præpoſitus eſt Soliman Ebn Abdillahi Ebn Tdhaheri, qui [munus] illud obtinuit, quod deinde Obaidallahi Ebn Abdillahi, Ebn Tdhaheri redditum eſt. Ianitores ipſius fuerunt VVaſiph & Boga: deinde Salehus in locum patris ſui ſuffectus eſt; & in locum Bogai, Bachac Turca.

Chalifatus

قد زوج ابنته لاحمد ابن طولون فدخل احمد ابن
طولون الي مصر في شهر رمضان سنة اربعة وخمسين
ومايتين فاضطرب امر المعتز والموالي وتوفي المعتز
يوم الثلثا لثلث ايام بقين من رجب سنة
خمسة وخمسين ومايتين وكانت خلافته
بعد خلع المستعين ثلث سنين وتسعة اشهر
وثمانية ايام ومات وهو ابن اثنين وعشرين
سنة ودفن بسرمن راي وشهدت امه قبره عند قبر
المنتصر وكان المعتز ابيض حسن الوجه
حسن الشعر حسن الجسم لم ير مثله في
حسن الوجه والجمال وكان علي شرطته
محمد ابن عبد الله ابن طاهر ثم توفا وصارت
الشرطة الي عبيد الله ابن عبد الله ابن طاهر
ثم قدم سليمان ابن عبد الله ابن طاهر فصارت
اليه ثم ردت الي عبيد الله ابن عبد الله ابن طاهر
وكان حاجبه وصيف وبغا ثم صار صالح بن وصيف
مكان ابيه وباكباك التركي مكان بغا

خلافة المهتدي

وبويع المهتدي وهو محمد ابن هارون الواثق بالله ابن المعتصم بالله وامه ام ولد يقال لها قرب وكانت البيعة له يوم الثلثا لثلثة ايام بقين من رجب سنة خمسة وخمسين ومايتين وكانت خلافته سنة واحدة وقتل وهو ابن تسعة وثلثين سنة ودفن بسرمن راي وكان المهتدي مربوعا حسن الجسم والوجه ملتف اللحية اسودها وكان علي شرطته عبيد الله ابن عبد الله وحاجبه صالح ابن وصيف ثم قتل صالح وصار تكين التركي

خلافة المعتمد بالله

وبويع المعتمد بالله وهو احمد ابن جعفر المتوكل وامه ام ولد يقال لها قيان في رجب سنة خمسة وخمسين ومايتين واستوزر عبد الله ابن يحيي ابن خاقان وزير المتوكل واتصلت الحروب والفتن وزاد فساد البلدان والامصار وكثر المتغلبون في جميع الدنيا وكانت ايام خلافته كلها ايام الفتن متصلة

Chalifatus *Almohtadi.*

Inauguratus eſt *Almohtadi*, viz. *Mohammed Ebn Harun Alwathek billahi, Ebnol' Motaſam billahi*, cui mater fuit concubina nomine *Korb*; Fuit inauguratio ipſius die *Martis*, tertio ante finitum menſem *Rajeb*, anno ducenteſimo quinquageſimo quinto. Erat Chalifatus ipſius anni unius. Trucidatus eſt cùm annorum eſſet triginta novem: ſepultus eſt *Sarramanraiæ*. Fuit ſtaturâ mediâ, facie pulchrâ, corpore eleganti, barbâ implexâ, & nigrâ. Satellitum ipſius præfectus fuit *Obaidollahi Ebn Abdillahi*. Ianitor *Saleh Ebn Waſiph*; tum, occiſo *Saleho*, *Tacin* Turca.

Chalifatus *Almotammed billahi.*

Inauguratus eſt *Almotammed billahi*, (nempe, *Ahmed Ebn Iaafari Almotawacceli*, cui mater concubina fuit nomine *Kiyaſ*) menſe *Rajeb*, anno ducenteſimo quinquageſimo ſexto. Conſiliarium ſuum conſtituit *Abdollahum Ebn Yahyæ Ebn Chakan*, qui *Motawacceli* conſiliarius fuerat. Continuatis autem bellis & diſſidiis turbatæ ſunt regiones & provinciæ; & ubique terrarum multi ſibi imperium vendicârunt, adeò ut totum Chalifatûs ipſius tempus diſſidiis perpetuis & bellis continuis

plenum fuerit. Rerum gerendarum curam habuit *Abu Ahmed Almowaffek billahi*, *Almotammedi* frater. *Almotammed* verò homines filio ſuo *Iaafaro*, ut ſucceſſori ſuo, fidem dare adegit, ipſi nomen *Almophawed Elallahi* imponens; ac poſt eum *Abu Ahmedi Ebnil Motawaccel* fratri ſuo; quem *Almowaffec billahi* appellavit. *Abu Ahmed* autem ipſe bella gerere, atque in provincias proficiſci, ſéque curis ac laboribus exercere, dum *Almotammed* voluptatibus & luſui indulgeret; contra quem rebellavit, *Baſoræ*, *Ali Ebn Mohammed*, *Ebn Ahmed*, *Ebn Ali*, *Ebn Yazid*, *Ebn Ali*, *Ebnol' Hoſain*, *Ebn Ali*, *Ebn Abi Taleb*, die *Lunæ*, duobus ante finitum menſem *Ramadan* diebus; ac cæſis omnibus *Baſoræ* incolis, opes ipſorum diripuit, mulieres & liberos captivos abduxit, mulieribus, pueris, & puellis & opibus *Nabechi* arbitrio permiſſis, ac vaſtatâ *Baſorâ*, territoria & ditiones ejus occupavit. Contra quem *Baſoram* profectus eſt *Abu Ahmed Almowaffec*; neq; inter eos bella geri deſierunt quatuordecim annis. Cæſus eſt autem *Alienſis* iſte *Baſoræ* ád fluvium *Abi Sofyan*, ponè fluvium *Abil Chaſib*, illum nempe juxta quem urbem ſuam, quam *Almochtarah* vocitavit, condiderat, die *Mercurii* prope veſperam, menſis *Safar* quarto, anno ducenteſimo ſeptuageſimo. Totum autem tempus ex quo, inſurgente ipſo, erectum eſt vexillum ipſius uſq; ad diem

متصلة الحروب وكان القايم بالامر ابو احمد الموفق
بالله اخو المعتمد وكان المعتمد قد بايع لابنه جعفر
بالعهد وسماه المفوض الي الله وبعده لابي ابن المتوكل
احمد اخيه وسماه الموفق بالله وكان ابن احمد
يباشر الحروب بنفسه ويشخص الي البلدان ويتعب
وينصب والمعتمد متشاغل باللذات والملاهي وخرج
عليه في البصرة علي ابن محمد ابن احمد ابن علي
ابن يزيد ابن علي ابن ابي طالب يوم الاثنين
للهلتين بقيتا من شهر رمضان سنة ستة وخمسين
ومايتين فقتل اهل البصرة كلهم واستباح اموالهم
وسبا نساءهم وصبيانهم واباح النسا والصبيان
والبنات والاموال للنابخ وخرب البصرة وغلب علي
دواحيها وامالها فخرج اليه ابو احمد الموفق الي
البصرة فلم يزل الحرب بينهم اربعة عشر سنة وقتل
العلوي بالبصرة في نهر ابي سفيان في مؤخر نهر
ابي الخصيب النهر الذي بنا عليه مدينته الذي
تسما المختارة يوم الاربعا في اخر النهار لاربع خلون
من صفر سنة سبعين ومايتين وكان تمع مدة
ايامه من يوم قام ورفعت رايته الي اليوم
الذي

الذي قتل فيه اربعة عشر سنة واربعة اشهر وستة
ايام وكان احمد ابن طولون قد غلب علي مصر
والشام وفتح انطاكية وابو احمد الموفق مشغول
عنه بحرب العلوي بالبصرة وفي اول سنة من خلافة
المعتمد صير اسطفانوس بطريرك علي انطاكية
اقام يوما واحدا وفي ذلك اليوم قدس ومات وصير
بعده قدوس بطريرك علي انطاكية اقام احدي وعشرين
سنة ومات وفي عشر سنين من خلافة صير ايليا
ابن منصور الذي كان اعان المهتدين علي فتح دمشق
ولعن في جمع الدنيا بطرك علي بيت المقدس اقام تسعة
وعشرين سنة ومات وتوفي ميخاييل ابن بكام بطرك
الاسكندرية في سنة ستة وخمسين ومايتين ودفن في
مدينة بورة وصير بعده ميخاييل من اهل مدينة رومية
وفي تسعة عشر بطرك علي الاسكندرية في السنة الثالثة من
خلافة المعتمد وهي سنة ثمان وخمسين ومايتين واقام اربع
وثلثين سنة ومات وذلك في سنة اثنين وتسعين
ومايتين ودفن بالاسكندرية ومات باسهل
ملك الروم وملك بعده ابنه لاون وكان حكيما
فيلسوفا وفي ثمان سنين من خلافة المعتمد ولد

صعيد

diem quo occiſus eſt, anni ſunt quatuordecim, quatuor menſes & ſex dies. Quin & *Mohammed Ebn Tolun Ægyptum & Damaſcum* occupavit, captâ etiam *Antiochiâ*, à quo detentus fuit *Ahmed Almowaffec* bellum contra *Alienſem Baſoræ* gerendo. Anno Chalifatus *Almotammedi* primo conſtitutus eſt *Stephanus* Patriarcha *Antiochenus*, qui uno tantùm die ſedit, eodem & conſecratus & mortuus, conſtituto poſt ipſum *Taduſo* ibidem Patriarchâ, qui annos viginti ſedit, dein mortuus eſt. Anno Chalifatûs ejuſdem decimo conſtitutus eſt *Elias, Manſuri* (qui *Moſleminis* in capiendâ *Damaſco* opem tulit, ideóque per totum mundum diris devotus eſt,) filius, patriarcha *Hieroſolymitanus*; ubi cùm annos viginti novẽ ſediſſet, mortuus eſt. Porrò obiit *Michael Bacami* fil: Patriarcha *Alexandrinus* anno ducenteſimo quinquageſimo ſexto, atque in urbe *Burah* ſepultus eſt. Conſtitutus eſt poſt ipſum *Michael* natione *Romanus* (vel ſecũdũ aliud exẽplar *Azzenſis*) Patriarcha *Alexandrinus* anno Chalifatus *Almotammedi* tertio, qui eſt ducenteſimus quinquageſimus octavus: annos triginta quatuor ſedit, dein obiit. viz anno ducenteſimo nonageſimo ſecundo, atque *Alexandriæ* ſepultus. Mortuus eſt etiam *Baſilius Romanorum* Imperator, ſuccedente ipſi filio ipſius *Leone*, qui ſapiens fuit & Philoſophus. Porrò anno Chalifatus *Almotammedi* octavo, natus eſt

Said

Said Ebn Batrik, Medicus, die Dominico, tertio ante finitum menſem Dil Hajjæ anno [Hejræ] ducenteſimo ſexageſimo tertio Lunari. Ab Hejrâ igitur ad ipſius natalem anni ſunt ducenti quinquaginta quatuor Solares, (iis autem in hiſtoria tempora computat.) A Diocletiano verò ad ejuſdem Saidi Ebn Batriki medici natalem anni quingenti ſexaginta octo, (vel ſecundùm aliud exemplar quingenti nonaginta duo.) A Domino noſtro Ieſu Chriſto ad eundem natum octingenti ſexaginta octo. Ab Alexandro mille centum octoginta novem. A captivitate Babylonicâ mille quadringenti quinquaginta. A Davide mille nongenti viginti ſeptem. Ab exitu Iſraelitarum ex Ægypto bis mille quingenti triginta tres. Ab Abrahamo ter mille quadraginta. A Phaleko ter mille quingenti octoginta unus. A Diluvio quater mille centum duodecim. Ab Adamo ſexies mille trecenti ſexaginta octo. Cúmq; annos jam ſexaginta natus eſſet, conſtitutus fuit Patriarcha Alexandrinus, atque Anba Eutychius appellatus. Ahmed autem Ebn Tolun captâ Antiochiâ, in Ægyptum reverſus eſt, ubi templũ commune extruxit illud quod piſcinæ imminet, nec non Noſocomium. Canalem etiam fabricavit in quo fluit aqua à piſcina quæ Al Habaſh [Abyſſinarũ] appellatur ad Amaaphe. Morbo autem correptus, eo quo mortuus eſt, viz. alvi profluvio, juſſit tum

سعيد ابن بطريق المتطبب يوم الاحد لثلثة ليال بقين من
ذي الحجة وذلك في سنة ثلثة وستين ومايتين قمرية
ومن الهجرة الي مولده مايتان واربعة وخمسون سنة شمسية
وبها يورخ التاريخ ومن ديوكليتيانوس الي مولد سعيد
ابن بطريق المتطبب خمسماية وثمانية وستون سنة وفي
نسخة خمسماية واثنين وتسعين سنة ومن سيدايسوع
المسيح الي مولد سعيد ابن بطريق المتطبب ثمانماية وثمانية
وستون سنة ومن الاسكندر الي مولده الف ومايتان وتسعة
وثمانون سنة ومن سبي بابل الي مولده الف واربعماية
وخمسين سنة ومن داوود الي مولده الف وتسعماية وسبعة
وعشرون سنة ومن خروج بني اسرايل من مصر الي
مولده الفين وخمسماية وثلثة وثلثون سنة ومن ابراهيم
الي مولده ثلثة الاف واربعين سنة ومن فالق الي
مولده ثلثة الاف وخمسماية واحد وثمانون سنة ومن
الطوفان الي مولده اربعة الاف ومايتان واثني عشر سنة ومن
ادم الي مولده ستة وثلثماية وثمانية وستين سنة وبعد
ستين سنة من مولده صير بطريركا علي الاسكندرية
وهمي ابيا افتيشهوس واما حمد ابن طولون فلما فتح انطاكية
رجع الي مصر وبنا بمصر المسجد الجامع المظل علي البركة

وبنا المبيمارستان وبنا مصنعا يجري فيه الماء من البركة
المعروفة بالحبش الي المعافر ومرض احمد ابن طولون
المرض الذي مات منه وهو زلق الامعاء واخذ المسلمين
والنصاري واليهود بالصعود الي الجبل المعروف بالمقطم
يدعوا له ففعلوا ذلك وصعدوا الي الجبل احزابا احزابا
وكانوا يدعون له ومات من تلك العلة ليلة الاحد لعشرة
ليالي بقين من ذي القعدة سنة سبعين ومايتين ودفن
في المقطم واجتمع قواده فقتلوا ابنه العباس وهو الاكبر
وامروا عليهم ابنه الاصغر خمارويه ابن احمد ابن طولون
وهو ابن عشرين سنة فقاد الجيوش الي الشام وخرج
اليه ابو العباس ابن الموفق وكان الحرب بينهم في
الطواحين من عمل فلسطين فانهزم خمارويه ابن احمد ابن
طولون ورجع وحده الي مصر وقد قطع خمس دواب في
طريقه وقتل من اصحابه خلق عظيم وظفر ابو العباس
بجميع ما كان في عسكر خمارويه ابن احمد وكان
لخمارويه ابن احمد كمين لم يعلم بالهزيمة فلما طلعت
رايات الكمين فنظر اليها ابو العباس واصحابه خلوا عن
كل شي ظفروا به وانهزموا فقتل منهم في الهزيمة
خلق عظيم وتراجع اصحاب خمارويه فاجتمع
العسكر ورجع الي مصر فاقاموا مع خمارويه

cùm *Mosleminos* tum *Christianos* & *Iudæos*, monte, qui *Almokattam* appellatur, conscenso, preces pro ipso fundere: quod & fecerunt, montem in classes suas distributi ascendentes, atque pro eo orantes. Mortuus est autem morbo isto die Dominico decimo ante finitum mensem *Dilkaada* anno ducentesimo septuagesimo. Sepultúsq; est in *Almokattam*. Convenientes ergó duces, filio ipsius *Al Abbaso*, qui natu maximus fuit, occiso, sibi filiũ ipsius natu minorẽ *Chamarawaihum Ebn Ahmed Ebn Tolun* præfecerunt, annos habentẽ viginti. Hic cùm in *Syriã Damascenam* copias duxisset, atq; in occursum ipsi prodiisset *Abu Al Abbas Ebnol Mowaffak*, commissũ est inter ipsos prælium in *Al Tawahain* è ditione *Palæstinæ*, ubi in fugam versus *Chamarawaihus Ebn Ahmed Ebn Tolun* solus in *Ægyptum* reversus est, lassatis in via quinque jumentis, magna autem sociorum ejus strages edita est, potito *Abul Abbaso* omnibus quæ exercitui ejus fuerunt. Fuerunt autem *Chamarawaiho* milites in insidiis positi qui fugæ cæterorum nescii erant. Horum ubi signa apparuerunt iis conspectis *Abul Abbas* & ipsius comites, omnibus quæ consequuti fuerant relictis, in fugam se dederunt atque inter fugiendum multi ex iis cæsi: quare redeuntibus *Chamarawaihi* sociis collectæ sunt item copiæ atque in *Ægyptum* reversæ, cum *Chamarawaiho* substiterunt. Rediit

autem *Abul Abbas Bagdadum* fugiens, atque à patre ſuo *Almowaffeko* ob illud quod fecerat culpatus eſt. Fuit autem *Chamarawaiho Damaſci* copiæ multæ. Porrò Anno Chalifatûs *AlMotammedi* decimo octavo, qui *Hejræ* ducenteſimus ſeptuageſimus fuit, accidit in *Ægypto* terræ motus ingens, adeo ut multæ corruerent ædes, & magna hominum multitudo periret. Eodem anno venit frumenti menſura [*Macuc*] nummo aureo, mortuíque ſunt homines fame præ annonæ caritate, adeo ut lini ſemen comederent, implerentúrque *Meſri* plateæ mortuis, quos camelis avehebant, octo ſingulis camelis impoſitos, magnáque ipſis foveâ effoſſâ in ipſam eos conjicerent. Tum *Chamorawaih* audito *Mohammedem Ebn Diudad* (qui idem *Abulſaj* dicitur) *Damaſcum* cum exercitu grandi perveniſſe, copiis ſuis collectis obviam ipſi profectus eſt, commiſſúmq; eſt inter ipſos prælium grave loco dicto, *Bathniâ*, ditionis *Damaſcenæ*; atque in fugam datus *Mohammed Ebnol Diudad*, cæſis ipſius comitibus, quorum pleríque ſecuritatem petierunt perrexítque *Chamarawaih* donec ad *Euphratem* perveniret, ingreſſíque ſunt comites ipſius *AlRaccam*, in eâdem ementes ac vendentes, adeo ut ab eo metueret *AlMowaffek*. Reverſus eſt autem *Chomarawaihus* in *Ægyptum*, imperium jam obtinens ab *Euphrate* uſque ad regionem *Nubiæ*, in ſingulis,

ورجع ابو العباس ابن الموفق الي بغداد منهزما فلامه
ابوه الموفق علي ما عمل وكان لخمارويه بالشام جيش
كثير وفي جمادية عشر سنة من خلافة المعتمد وفي سنة
ثلثة وسبعين ومايتين كادت بمصر رجفة عظيمة
وسقطت دور كثيرة ومات فيها خلق عظيم وبلغ فيها
القمح في تلك السنة مكوك بدينار فمات
الناس من الجهد بالجوع حتي كادوا ياكلون
بر الكتان حتي امتلئت اسواق مصر موتي
وكادوا يحملونهم علي الجمال علي كل تل
جماعة موتي ويحفرون لهم حفرة عظيمة ويلقونهم
فيها ثم بلغ خمارويه ان محمد ابن ديوداد وهو
ابو الساج قد وافا الي الشام مع جيش عظيم يريد
مصر فجمع خمارويه جيوشا له وخرج اليه فكانت
وقعة عظيمة بينهم في موضع يقال له البذنة من
عمل دمشق وانهزم محمد ابن الديرداد وهو ابن
الساج وقتل اصحابه واستامن اكثرهم وصار خمارويه
حتي بلغ الفرات ودخل اصحابه الي الرقة
واشتروا نعمها وباعوا ففزع منه الموفق ورجع خمارويه
الي مصر وقد ملك من الفرات الي بلد النوبة واستخلف
في

في كل بلد رجل من اصحابه وذلك في سنة ستة وسبعين ومايتين ومات الموفق في صفر سنة ثمانية وسبعين ومايتين فقام ابنه ابو العباس مقامه وصارت ولاية العهد له وخلع جعفر ابن المعتمد من ولاية العهد وتولي التدبير ابو العباس ابن الموفق وسمي المعتضد ومات المعتمد ببغداد يوم الاحد لاحد عشر ليلة بقيت من رجب سنة تسعة وسبعين ومايتين وكانت خلافته ثلثة وعشرون سنة وستة ايام وتو في وهو ابن ستة واربعين سنة ونقل الي سر من راي ودفن بها

خلافة المعتضد

وبويع المعتضد بالله ابو العباس وهو احمد ابن ابي احمد الموفق بالله ابن جعفر المتوكل علي الله وامه ام ولد يقال لها ضرار وكانت البيعة له في اليوم الذي توفي فيه المعتمد لاحد عشر ليلة بقيت من رجب سنة تسعة وسبعين ومايتين فسكنت الفتن وصلحت البلدان وارتفعت الحروب وسالم كل مخالف ورخصت الاسعار وبعث المعتضد

الي

gulis provinciis deputatum è comitibus ſuis aliquem conſtituens; ídq; anno ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto. Obiit autem *Almowaffek* menſe *Safar*, anno ducenteſimo ſeptuageſimo octavo, vices eas ſupplente filio ipſius *Abul Abbaſo*, qui & in Chalifatu ſucceſſor renunciatus eſt, abdicato *Iaafaro Ebnol Motammed* eâ dignitate. Rebus ergô gerendis præfectus eſt *Abul Abbas Ebnol Mowaffek*, atque appellatus *AlMotadad*. Obiítque *AlMotammed Bagdadi* die Dominico, undecimo ante finitum menſem *Rajeb*, anno ducenteſimo ſeptuageſimo nono. Fuit Chalifatus ipſius annorum viginti trium & ſex dierum. Annorum, cùm moreretur, fuit quadraginta ſex: portatúſque *Sarramanraiam*, ibi ſepultus eſt.

Chalifatus Al*Motadedi*.

Inauguratus eſt *AlMotaded billahi Abul Abbas* (qui idem *Ahmed Ebn Abi Ahmed AlMowaffek billahi Ebn Iaafar Almotwaccel alallahi*, cui mater concubina fuit nomine *Darar*) eodem die, quo obiit *AlMotammed*, undecimo ante finitum menſem *Rajeb*, ducenteſimo ſeptuageſimo nono, ceſſarúntque lites, ac pax in provinciis facta eſt, ſublatis bellis, pacémque amplectente omni rebelle, & vili pretio expoſitæ ſunt res venales. Miſitque *AlMotaded*

ded ad Chamarawaihum Ebn Ahmed Ebn Tolun, filiam ipsius sibi in uxorem petens, quam ipsi concedens Chamarawaih ad ipsum eam deducendam curavit, multásque simul opes, servos & ancillas; atque ita pace inter ipsos factâ in ordinem redactæ sunt res. Chamarawaihus autem ex Ægypto in Syriã profectus, Damasci sedem fixit, atque ibi extra urbem sub Monasterio Marran, juxta fluvium Thaurah, arcem condidit in qua habitavit. Interfectúsque est Chamarawaihus, in hac quam Damasci condidit arce, die Dominico, tertio ante finitum mensem Dilkaada, anno ducentesimo octogesimo secundo: cædem ipsius procurârunt è famulorum ipsius præcipuis sex, quorum nomina T'dhaher, Sabur, Lula, Natif, Shafio pocillator, & Ganayem: quorum interfectorum capita Ægyptum portata sunt, corpora autem Damasci patibulo affixa. Chamarawaihus in arca Damasco in Ægyptum perlatus in monte Almokattam sepultus est. Turbata est autem Ægyptus ob Chamarawaihum ejúsq; mortem. Præfectus est post ipsum Iaish Chamarawaihi filius, qui Damasco in Ægyptum reversus, cùm ibi octo menses sedisset, turbatis inter ipsum ac duces rebus, ipsum adorti trucidârunt, præfectúsq; est ejus loco frater ipsius Harun Ebn Chamarawaihi, annos natus decem; ídq; mense Rajeb anno ducentesimo octogesimo tertio. Quin & literas ad Haronem dedit

الي خمارويه ابن احمد ابن طولون فخطب منه ابنته
فزوجه اياها خمارويه وحملها اليه وحمل معها مالا عظيما
وغلمان وجوار وصلح ما بينهما واستقامت الامور
والاحوال وخرج خمارويه ابن احمد ابن طولون من
مصر الي الشام فاقام بدمشق وبنا خارج دمشق تحت
دير مران علي نهر ثورة قصرا وسكن فيه وقتل
خمارويه في هذا القصر الذي بناه بدمشق ليلة
الاحد لثلثة ليال بقين من ذي القعدة سنة اثنين
وثمانين ومايتين وتولي قتله ستة خدم من خاصته
يقال لهم ظاهر وهابور ولولو وقطف وشفيع
الشرابي وغلامهم وقتلوا هولاي الخدم وحملت
روسهم الي مصر وصلبت ابدانهم بدمشق وحمل
خمارويه في تابوت من دمشق الي مصر ودفن في
جبل المقطم واضطرب امر مصر من خمارويه وموته
وتولي بعده جيش ابن خمارويه ورجع جيش من
دمشق الي مصر فاقام ثمانية اشهر واضطرب امره
مع القواد فشدوا عليه فقتلوه وتولي موضعه اخوه
هارون ابن خمارويه وهو ابن عشر سنين وذلك في رجب
سنة ثلثة وثمانين ومايتين وكتب المعتضد الي هارون

ابن خمارويه كما يقدم ثم امر مصر وهارون ابن عشر
سنين وكان الغالب علي امره ابو جعفر ابن محمد ابن
ابا التركي حدث بمصر ليلة الخميس لليلتين بقيا من ربيع
الاول وكان عيد النصاري الذي يعمدونه لصعود سيدنا
المسيح الي السما في سنة اربعة وثمانين وماتين هبت
رياح صعبة شديدة من وقت العشا الي نصف الليل وفي
نصف الليل كانت ظلمة شديدة جدا حتي لم يكن احد
ينظر الي اصبعه اذا صيرها بين عينيه وهاجت رياح غليظة
اصعب من الاولي وطرحت منازل كثيرة وكانت تطرح
علي روس الناس في منازلهم رمل احمر وكان يري الناس
في اربعة اركان السما اعمدة نار تلتهب فلم يزل هذا الي
قرب الصبح ثم كسر الريح قليلا وصارت السما حمرة جدا
كلهيب النار مع ريح باردة وكانت الارض والجبال والاشجار
والناس ولباسهم وكل ما يري احمر من شدة حمرة السما فاقامت
الحمرة هاهنا ثم تغيرت الحمرة الي الصفرة الي نصف
النهار ثم ذهبت الصفرة وصارت السما سودا ذلك اليوم
كله الي الغدي الي نصف النهار قبل ان يحل الهوا
ولم تظهر الشمس يوما ونصفا من وقت هاجت الرياح الي
ان انحلت السحابة السودا وفي سنة ثمانية
وثمانين

dit *Al Motaded*, quibus ipſi *Ægypti* præfecturam contulit. Rebus ipſis adminiſtrandis præfuit *Abu Iaafar, Ebn Mohammed, Ebn Abæ, Turca.* Porrò, mirũ quid, in *Ægypto* contigit die *Iovis* duobus ante finitũ menſẽ *Rabiã* priorẽ diebus, qui *Chriſtianorum* feſtũ erat quod ob aſcenſum Domini noſtri *Chriſti* in cœlos celebrant, anno ducenteſimo octogeſimo quarto. Flantibus ventis admodum vehementibus à veſpera uſque ad mediam noctem, circa mediam noctem factæ ſunt tenebræ valdè graves, adeò ut non poſſet quis digitum ſuum inter oculos poſitum cernere, tum concitati ſunt venti graves prioribus vehementiores, quibus dejectæ ſunt domus multæ; injecta eſt etiam hominum intra domus ſuas capitibus arena rubra, viderúntque in quatuor cœli plagis columnas ignis flammantes, neque ita ſe habere deſiit donec appropinquaret mane. Tum remittente paululum vento rubuit admodum cœlum inſtar flammæ ignis, cum vento frigido: quin & terra, montes, arbores, homines, nec non veſtes ipſorum, & quicquid ubiq; cerneres, rubeſcere præ ſumma cœli rubedine, quæ duas horas duravit; deinde in flavedinem converſa eſt uſque ad meridiem; dein evaneſcente flavedine nigrum evaſit cœlum, toto die iſto uſque ad craſtini meridiem, antequam diſſolveretur nigredo, neque per ſeſquidiem apparuit ſol, ex quo

concitati ſunt venti, donec evaneſceret nubes illa nigra. Rurſum anno ducenteſimo octogeſimo octavo in *Ægypto*, ineunte die *Mercurii* menſis *Dilkaadæ* nono, factũ eſt ut à media nocte uſq; ad aurorã valdè cõcitatæ ſint ſtellæ [Meteora] quas ſtellas cadentes vocant, adeo ut iis repleretur cœlum ad Orientem, Occidentem, Auſtrum, & Septentrionem diſperſis, nec poſſet quis cœlum intueri præ ſtellis iſtis. Iam anno primo Chalifatus *Al Motadeài* conſtitutus eſt *Simeon Zarnaki* filius, Patriarcha *Antiochenus*, qui annos duodecim ſedit, dein mortuus eſt. Porrò cùm *Leoni* Imperatori *Romano* mortua eſſet uxor nullâ relictâ prole, aliam ille uxorem ducere voluit; at prohibuit ipſum *Nicolaus* Patriarcha *Conſtantinopolitanus*, dicens, Non eſt tibi licitum uxorem ducere; ſiquidem *Anagnoſtes* es & precibus Sacerdotum conſecratus; quòd ſi uxorem duxeris non licet tibi ad altare accedere. Cui *Leo*; Uxorem ducere cupio quò ſit mihi filius qui poſt me regnum hæreditario poſſideat. At non permiſit ipſi Patriarcha conjugium. Scripſit ergò *Leo* Imperator ad Patriarcham *Romanum*, *Michaëlem* Patriarcham *Alexandrinum*, *Eliam Manſuri* filium Patriarcham *Hieroſolymitanum*, & *Simeonem Zarnaki* filium, *Antiochenum*, rogans ut ad ipſum accederent, quò diſpicerent, liceret, nécne ipſi uxorem ducere: at noluit eorum quiſpiam ad ipſum accedere, niſi quòd ſinguli nomine ſuo

وثمانين ومايتين حدث ايضا بمصر صبيحة الاربعا لتسع
خلون من ذي القعدة من نصف الليل الي الصبح اضطربت
الكواكب الذي يقال لها الشهب اضطرابا شديدا
وكانت السماء مملوة كواكب شهب بقت شرقا وغربا
وجنوبا وشمالا ولم يكن يتهيأ لاحد ينظر الي السما
من كثرة الكواكب الشهب وفي اول سنة من
خلافة المعتضد صهر سمعان ابن زرداق بطريركا علي
انطاكية اقام اثني عشر سنة ومات فاما لاون ملك
الروم فمات امراته ولم يكن له منها ولد فاراد ان
يتزوج فمنعه ذيولاوس بطريرك القسطنطينية وقال له
ليس يجوز لك التزويج لانك انغنسطت وعليك صلاة
الكهنوت فان تزوجت لم يجز لك ان تدخل المذبح
فقال له لاون الملك انما اردت ان اتزوج ليكون لي
ولد يرث الملك بعدي فلم يطلق له البطرك فكتب لاون
الملك الي بطرك رومية والي ميخايل بطرك
الاسكندرية والي ايليا ابن منصور بطرك بيت المقدس
والي سمعان ابن زرداق بطرك انطاكية يسئلهم الشخوص
اليه لينظروا هل يجوز له التزويج ام لا فلم يتهيا لواحد
منهم الشخوص اليه غير اذنه وجه كل واحد
منهم

منهم رهولا من قبله فاجتمع مع الرسل جماعة اساقفة
بالقسطنطينية فنظروا في امر الملك واوجبوا له
التزوج فتزوج لاون الملك وولد ولدا فسماه
قسطنطين وذفا ديقولاوس البطريرك من الكرسي
وصير بدله اثيمووس بطرك علي القسطنطينية
وتوفي المعتضد بالله يوم الاحد لتسع ليالي
بقين من شهر ربيع الاخر سنة تسعة
وثمانين ومايتين وكانت خلافته سبع سنين
وتسعة اشهر ويومين وتوفي وله سبعة واربعون سنة
وكان الغالب علي امره بدر مولاه وعبيد الله ابن
سليمان وصار مكانه ابنه القسم ابن عبيد الله
وكان المعتضد جميلا حسن الوجه والجسم
رجلا يحفظ الاموال

خلافة المكتفي بالله

وبويع المكتفي وهو ابو محمد ابن احمد المعتضد
ببغداد في اليوم الذي توفي فيه المعتضد وكان
المكتفي بالرقة فنفذت اليه الكتب والرهايل
ان يشخص الي بغداد فشخص الي بغداد واقام
بها واسم امه ختجكنة كانت ابنة لقسم ابن عبيد الله
ابن

legatum mitterent. Ac legatis se adjungentes Episcopi quidam *Constantinopoli*, de negotio Imperatoris dispicientes, matrimonium ipsi licitum pronuntiârunt: quare uxorem duxit, natúsque est ipsi filius quem *Constantinum* appellavit. Cúmq; *Nicolaum* Patriarcham cathedrâ abdicâsset, constitutus est ipsius loco *Anthimus* Patriarcha *Constantinopolitanus*. Obiit autem *Almotaded Billahi* die Dominico, nono ante *Rabiam* posteriorem finitum, anno ducentesimo octogesimo nono. Fuit Chalifatus ipsius annorum septem, cum mensibus novem, dierum duorum. Annos cùm moreretur habuit quadraginta septem. Præcipuam in res ipsius potestatem habuere *Badar* libertus ipsius, & *Obaidallah Ebn Solimani*: cujus in locum successit filius ipsius *AlKasem Ebn Obaidallahi*. Fuit *Almotaded* pulcher, facie & corpore decoris, strenuus, opum tenax.

Chalifatus *AlMoctafi billahi.*

Inauguratus est *AlMoctafi* (qui idem est *Abu Mohammed, Ebn Ahmed Almotaded,*) *Bagdadi*, eodem die quo obiit *Almotaded*. Erat tunc autem *Almoctafi Raccæ*, missæque sunt ad ipsum literæ & epistolæ, ut *Bagdadum* accederet, quò cùm perveniisset, sedem ibi fixit. Mater ejus nomine *Bachtajacnab* fuit, filia *Alkasemi Ebn Obaidallahi*

Ebn

Ebn Solimani, Ebn VVahabi. Abbaſum Ebnol *Haſun Maderanenſem* Scribã adſcivit atq; illi res in ordinẽ redactæ ſunt. Anno Chalifatus *Almoctaſi* ſecundo, qui eſt ducenteſimus nonageſimus, pertigit *Nilus Ægyptiacus* cubitos tantùm tredecim cum duobus digitis. Quare egreſſi ſunt *Moſlemii, Chriſtiani,* & *Iudæi* ad aquam precibus impetrandam, nec tamen crevit aqua ultra illud quod diximus; deinde receſſit. Anno tertio Chalifatus *AlMoctaſi* conſtitutus eſt *Elias* Patriarcha *Antiochenus*; qui Scriptor fuit; annos ſedit viginti octo, dein mortuus eſt. Capta eſt urbs *Seleucia* è terra *Romanorum* menſe *Rabia* poſteriori, unde captivos in *Ægyptum* attulerunt menſe *Rajeb*, anno ducenteſimo nonageſimo. Anno Chalifatus ejuſdem mortuus eſt *Michael* Patriarcha *Alexandrinus* die Dominico, ſexto ante finitũ menſem *Ramadan*, anno ducenteſimo nonageſimo; Patriarchatu functus triginti quatuor annis: vacavitq; poſt ipſum Cathedra *Alexandrina* Pairiarchâ quatuor annos. Anno quinto Chalifatus ejuſdem conſtitutus eſt *Chriſtodulus Halebenſis* Patriarcha *Alexandrinus*; creatus eſt *Hieroſolymis* die Sabbati magni, quinto menſis *Niſan*; *Barmudæ* ſeptimo. Die autem *Iomadæ* prioris conſecravit ipſum *Elias* filius *Manſoris* Patriarcha *Hieroſolymitanus*. Cúmque *Alexandriam* veniſſet, dixerunt urbis illius incolæ, Nolumus hunc, niſi repetitis

ابن سليمان ابن وهب واستكتبه العباس ابن الحسن
الماذراني واستقامت له الامور وفي السنة الثانية من خلافة
المكتفي وهي سنة تسعين ومايتين بلغ نيل مصر ثلاثة
عشر ذراعا واصبعين فخرج المهلون والنصاري واليهود
واستسقوا فلم زداد الماء علي ماقلناه وانصرف الما وفي
السنة الثالثة من خلافة المكتفي صير ايليا بطريركا
علي انطاكية وكان كاتبا اقام تماديه وعشرين سنة ومات
وفتحت مدينة سلوقية من ارض الروم في شهر ربيع
الاخر ودخلوا بالسبي الي مصر في رجب سنة تسعين
ومايتين وفي السنة الثانية من خلافته مات ميخاييل
بطريرك الاسكندرية يوم الاحد لعشرة ليالي بقين من شهر
رمضان سنة تسعين ومايتين وله بطرك اربعة وثلثين
سنة وبقا بعده كرسي الاسكندرية بغير بطرك اربع
سنين وفي السنة الخامسة من خلافة المكتفي صير
اخرسطودلس من اهل حلب بطرك علي الاسكندرية
وصير في بيت المقدس يوم السبت الكبير لاربع خلون من
نيسان ولسبع خلون من برمودة وفي تسعة عشر من تمادي
الاخر صير ايليا ابن منصور بطرك علي بيت المقدس
وشخص الي الاسكندرية فقال اهل الاسكندرية لارضا

اوتعين عليه صلاة البطركية واعان واعليه صلاة البطركية
وذلك لاربع خلون من شهر رمضان سنة اربعة
وتسعين ومايتين من اقسام سنة وعشرين سنة وستة اشهر
ومات ودفن بكنيسة ميكاييل بقسطاط مصر وفي
سنة سبعين من خلافة المكتفي صهر جرجس ابن
دعجان بطريرك علي بيت المقدس اقام اربع سنين
وثمانية اشهر ومات وخرج بالشام خارجي يقال
له اسماعيل القرمطي وكان بدمشق طغج ابن جف
الفرغاني من قبل خمارويه ابن احمد ابن طولون فاظهرم
طغج من يدي اسماعيل القرمطي بعد ان كانت بينهما
وقعات كثيرة وقتل من اصحاب طغج خلق كثير
فكتب طغج الي هارون ابن خمارويه يعلمه بالخبر فبعث اليه
هارون بجيش كبير فيه كل رجل منكوز من الطولونية
وكانت الوقعة بين عساكر هارون وبين القرمطي بقرية
يقال لها كناكر من عمل دمشق والموضع يعرف باغسكفة
في رجب سنة تسعة وثمانين ومايتين فاشتبكت الحروب
بينهم فقتل القرمطي وقتل من الفريقين نحو من عشرين
الف وانهزم الفريقان فتوجه من بقي من جيوش هارون
الي دمشق والي طبرية وتوجه من بقي من
جيوش

petitis precibus [quibus consecratur] Patriarcha, quare preces Patriarchales rursum adhibuerunt: idque mensis *Ramadani* quarto, anno ducentesimo nonagesimo quarto: sedit annos viginti sex, & sex menses, dein obiit: sepultúsque est in *Ecclesia Michaelis, Phostati Ægyptiacæ.* Anno Chalifatus ejusdem constitutus est *Georgius, Daajani* filius, Patriarcha *Hierosolymitanus*, qui annos quatuor & sex menses sedit, dein mortuus est. Porrò prodiit in *Syria* rebellis, nomine *Ismael Karmatianus*, cùm *Damasci* esset nomine *Chamarawaihi Ebn Ahmed, Ebn Toluni, Toguj Ebn Ioffi Pharganensis*; qui ab *Ismaele Karmatiano* in fugam versus est post multa inter ipsos commissa prælia, cæsis è commitibus ejus multis. Scribens ergò *Togus* ad *Harunem Chamarawaihi* filium ipsum rei certiorem fecit. Misit ergò ad ipsum *Harun* exercitum magnum, in quo erant omnes *Tolonensium* nomine insignes; comissúmque est prælium inter exercitus ipsorum in vico *Canacar* dicto, ditionis *Damascenæ*, loco quem *Al Ascapham* vocant, mense *Rajeb*, anno ducentesimo octogesimo nono: & post frequentes inter ipsos pugnas interfectus est *Karmatianus*, cæsis ex utroq; exercitu viginti circiter hominum millibus, quorũ & utrique in fugam se dederunt; petentibus qui ex *Harunis* copiis superstites fuerunt, *Damascum* & *Tiberiadem*; qui è *Karmatiani*,

